אָמַן Aman. Credere. fidelem eſſe. ſtabilē eſſe. permanere. Geneſis. 15. Credidit Abraam deo. vbi ponitur הֶאֱמִין Heemin. quod eſt verbum tertie coniugationis. Et Exo. 4. Non credent mihi. Et in eo. Vt credāt inquit quod apparuerit tibi dñs. Et in eo. Si non crediderint inquit tibi Et in eo. Credent verba ſigni ſequētis. et in eodem. 14. Et crediderūt dño. p̄s. 26. Credo videre bona dñi. Et. p̄s. 115. Credidi propter qđ locutus ſum. p̄s. 77. Nec fideles habiti ſunt in teſtamēto eius. Significat etiā ſtabilem eſſe. aut permanere. vt Iob. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles. et Eſa. 7. Si nō crediderītis non permanebitis. vbi ſil'is dictio ponitur pro pmanebitis ſicut pro crediderītis. inde. אֱמוּנָה Emuna. i. fides. credulitas. veritas. ſtabilitas. indeficiens. 4. Reg. 12. Sed in fide tractabant eam. p̄s. 32. Et omnia opera eius in fide. Eſa. 11. Et fides cinctorii⁹ renum eius. Et oſee. 2 Sponſabo te mihi in fide. Item ponitur pro veritate. vt p̄s. 35. Et veritas tua vſq; ad nubes. p̄s. 118. Et in veritate tua humiliaſti me. Et in eodē. omnia mādata tua veritas. Significat etiā ſtabilitatē vel firmitatē. vt. Exo. 17. Et factū eſt vt manus illius non laſſarētur. i. non deficerēt: ſed eſſent ſtabiles pro quo in hebreo eſt. Et fuerūt manus eius veritas ſiue ſtabilitas. Et idē ſignificat. אֹמֶן Omen. et in plurali. אֲמוּנִים Emunim. i. veritates. ſiue fideles aut veraces. p̄s. 11. Quoniam diminute ſunt veritates a filiis hominum. & inde. נֶאֱמָן neeman. i. fidelis. verax. ſtabilis: indeficiens. Nu. 12. Qui in omni domo mea fidelis ē. 1. Reg. 2. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelē. 2. Reg. 7. Et fidelis erit dom⁹ tua et regnum tuū vſq; in eternū. 3. Reg. 11. Et ſuſcitabo tibi domū fidelē. Iob. 12. Mutans labiū veraciū. Eſa. 33. Aque eius fideles. i. ſtabiles ſiue indeficiētes. Hiere. 15. Facta eſt mihi quaſi mē dacium aquarū infideliū. pro quo in hebreo eſt. Aquarum que nō ſunt fideles. i. que nō ſunt ſtabiles. Et in lingua chaldaica dicitur. מְהֵמָן Mehemān. i. fidelis. Daniel. 2. Et fidelis interpretatio eius. Et inde. אֱמֶן Emun. i. fides ſiue credulitas. Deut. 32. Et infideles filii. pro quo in hebreo eſt filii in quibus non eſt fides: ſiue credulitas: aut veritas. Et inde. אָמֵן Amen. quod eſt aduerbium affirmandi. vt Deut. 27. Et reſpōdebit omnis populus amen. & in eodē. & dicet oīs populus amen. et Eſa. 65. Benedicetur in deo amen. Et in hebreo in hoc loco amen eſt genitiui caſus. interp̄tatur aūt amen. vere ſiue fideliter. aut fides. ſiue veritas. vnde Apocalypſis. 3. dicitur. Hec dicit amē teſtis fidelis & ver⁹. et inde. אֱמֶנָם Omnam. Siue. אָמְנָם Vmnam. i. vere. vti ꝙ. Gen. 18. Num vere paritura ſum anus. Et idem ſignificat. אֱמָנָה omna. vt Geñ. 20. Alias autem & vere ſoror mea eſt. Item. אֹמֶן Omen. i. Alumnus. nutrici⁹ vel nutrix. vt Nu. 11. Sicut portare ſolet nutrix infantulū. Eſter. 2. Qui fuit nutricius filie fratris ſui ediſſe. Eſa. 49. Et erunt reges nutricii tui. Item. אָמָן Amman. Artifex. ſiue opifex. Canti. 6. Que fabricata ſunt manu artificis. Item. אָמוֹן Amon. i. multitudo quaſi. הָמוֹן Hamon. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine trāſtulit nabuzardan princeps militie.

Fidelis eſt

Stabilis eſt

Fides.

Veritas.

Stabilitas

Veritates.

Fidelis.

Credere.

Credere.

Fidelis eſt

Stabilis eſt

Fides.

Vere

Vere

Nutrix.

Nutricius

Artifex.

Multitudo.

אָמַץ Amas. Prevalere. ſuperare. firmare. vel roborare. confortare. Roboratū vel robuſtum eſſe. ſiue viriliter agere. Geñ. 25. Populuſq; populū ſuperabit. Deut. 2. Et offirmauerat cor illi⁹. i. cōfortauerat ſiue roborauerat cor illius. Iob. 4. Et genua trementia confortaſti. p̄s. 26. Et confortetur cor tuū & ſuſtine dñm. Et. p̄s. 141. Quia cōfortati ſunt ſup me. Ruth. 2. videns ergo noemi ꝙ obſtinato

Superare Offirmare Cōfortare

Universidad de Deusto Biblioteca

ruth animo decreuiſſet ſecum pergere. pro quo hebrei legunt. Et vidit ꝙ ipſa confortabatur ad eundum ſecum. 3. Reg. 12. Porro rex roboam feſtinus aſcendit currum. Pro quo hebrei legunt. porro rex roboam confortatus eſt vt a ſcenderet currum. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum in locis predictis. Prouer. 8. Quando ethera firmabat ſurſum. & Zach. 12. Confortentur mihi habitatores ieruſalem in domino deo ſuo. Iob. 16. Roborarē vos in ore meo Ioſ. 1. Et eſto robuſtus valde. & in eodem. & viriliter age. in

Firmare.

Roborare. Robuſtum eſſe.

אַמִּיץ Fortis. Robuſtus.

de אַמִּיץ Amis. ideſt fortis vel robuſtus. Iob. 9. Sapiens corde & fortis robore. Amos. 2. Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in die illa. Et aliquando ſcribitur cum littera

מְאֹמָץ Meames. vt Prou. 24.

מַאֲמַצֵּי Robuſti.

mem in principio & dicitur. מְאֹמָץ Et vir doctus robuſtus & validus. cuius plurale מַאֲמַצֵּי Ma amaſſe. ponitur. Iob. 36. vbi dicitur. Et omnes robuſtos fortitudine. & inde אָמוּץ Amus. ideſt fortis. vt Zach. 6. In

אָמוּץ Fortis.

quadriga quarta equi varii & fortes. & dicunt hebrei ꝙ in hoc loco ſignificat ſubruffos vel rubicundos. Alii vero dicunt ꝙ in predicto loco accipitur pro equis qui ſunt coloris cineris.

אָמַר Dicere.

אָמַר Amar. dicere. loqui. precipere. cogitare. eligere: ſiue exaltare. Geñ. 1. Dixitq; deus fiat lux. Et in eo. Dixit quoq; fiat firmamentum. Et in eo. 4. Dixitq; cayn ad abel fratrē ſuum. Ps. 148. Quia ipſe dixit & facta ſunt. Exo. 5. Hec dicit dominus deus. & inde. לֵאמֹר Lemor. ideſt ad dicendum: pro quo in tranſlatione noſtra communiter ponitur dicens. vt Exo. 40. Locutuſq; eſt dominus ad moyſen dicens. pro quo hebrei legunt. Locutuſq; eſt dominus

לֵאמֹר Dicens.

Ad dicēdū

ad moyſen ad dicendum ſcilicet: filiis iſrael vel aliis. Nam illud lamed quod ponitur in principio dictionis communiter ponitur pro ad: quando preponitur gerundio vel in finitiuo vt לַעֲשׂת Laaſoth. ad faciendum. לֶאְסֹר Leeſor. ad alligandum. vt. Ps. 149. Ad faciēdam vindictam in nationibus. & in eodem ad alligandos reges eorum in compedibus. ponitur etiam לֵאמֹר Lemor pro verbo inperſonali ideſt dicitur. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vulgo dicitur. Hiere. 3. Vulgo dicitur. ſi dimiſerit vir vxorem ſuam. Et aliquādo ſcribitur ſine aleph. vt. 2. Reg. 19. Et amaſſe dicite. vbi ponitur. תֹּמְרוּ Thomru. pro תֹּאמְרוּ Thomru. Et. pſ. 136. Quia dicitis in cogitatione. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Quia contradicent tibi ſcelerate: quod magis conſonat cum hebreo. vbi ponitur יֹמְרוּךָ iomrucha pro יֹאמְרוּךָ iomrucha. & inde

לֵאמֹר Dicitur.

Contradicere.

אֹמֶר Verbum. Eloquium

אִמְרָה Imrath. ideſt verbum vel eloquiū. vt Ps. 18. Non ſunt verba neq; ſermones. & Ps. 147. Qui emittit eloquium ſuum terre. & in plurali. אֲמָרִים Amarim

אֲמָרִים אִמְרֵי אֲמָרוֹת Verba. Eloquia.

ſiue אִמְרֵי imre. aut אֲמָרוֹת Amaroth. ideſt verba ſiue eloquia. Iob. 6. Et in ventum verba profertis. Et pſ. 11. Eloqa domini eloquia caſta. Prouer. 1. Ad intelligendum verba prudentie. Et ēt ſupradicta dictio אָמַר Amar. ponitur pro

אָמַר Precipere.

pcipere. vt Geñ. 3. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex oī ligno paradiſi. & Eſter. 6. Iuſſitq; ſibi afferri hiſtorias. & Iob. 9. Qui pcipit ſoli & nō oritur. Et in eo. 37.

מַאֲמָר Verbum.

Precipit niui vt deſcendat in terrā. & inde מַאֲמָר Maamar. ideſt verbū ſiue preceptū. vt Eſter. 2. Quidquid enī ille pcipiebat obſeruabat eſter. Pro quo in hebreo habetur. verbū ſiue pceptū mardochei faciebat Eſter. Itē אָמַר Amar. ſignificat cogitare vel putare: ꝙ eſt dicere in corde. vt. Iudi. 15. putaui ꝙ odiſſes eā. Et ī eo. 20. putauerūt ſolito more cedere. 4. Reg. 5. Putabā ꝙ egrederetur ad me. 2. Reg. 21. niſus eſt peutere dauid. pro quo he. le. dixit. ſ. in corde ſuo ſiue cogitauit percutere dauid. & Eccl's. 2. Dixi ergo in corde meo. Itē ponitur pro exaltare ſiue eligere. vt Deut. 26.

אָמַר Putare.

Cogitare. Eligere.

Dñm elegiſti hodie. Et in eo. en dominus elegit te hodie: vbi ponitur הֶאֱמִיר Heemir: quod eſt verbum tertie conjugationis. Et dicunt hebrei ꝙ ſignificat exaltare. Et inde ille ramus qui eſt in ſummitate arboris dicitur אָמִיר Amir vt Eſa. 17. Et ſicut excuſſio olee duarum vel trium oliuarū in ſummitate arboris. pro quo he. le. in ſūmitate rami. ſ. illius qui eſt in ſūmitate arboris. Et in eo. ponitur pro ſegete. vbi dicitur: ſicut aratra & ſegetes que derelicta ſunt a facie filiorum iſrael. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ramum ſiue virgultum. de quo vide etiam infra in dictione חָרַשׁ Charas. Item ponitur pro ſuperbire. vt Eſa. 61. Et in gloria eorum ſuperbietis vbi ponitur תִּתְיַמָּרוּ thithiamaru ſine aleph: ſicut in aliquibus locis ſupradictis. Itē אֲמַר Imar in lingua chaldaica ſignificat arietem ſiue hedū Eſdre. 6. Et hedos in holocauſta.

הֶאֱמִיר

אָמִיר Arbor.

Ramus. Seges.

תִּתְיַמָּרוּ

אַמַּר Aries.

אֶמֶשׁ Heri.

אֶמֶשׁ émes. heri. nocte preterita. Geñ. 19. Ecce dormiui heri cum patre meo. Et in eodem. 31. Sed deus patris tui heri dixit mihi. Et in eodem. Reſpexit dominus & arguit te heri. Et accipitur ibi heri pro nocte preterita. nā premittitur in textu. Viditq; in ſomnis dicentem ſibi dominum. Pro quo in hebreo habetur: & venit de? ad laban ſyrum in ſomno noctis.

אֱמֶת Veritas. Verus.

אֱמֶת Emeth. veritas. verus. Geñ. 47. Et facias mihi miſericordiam & veritatem. 3. Reg. 10. Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea. Ioſ. 2. Detis mihi verum ſignū. 4. Reg. 20. Fiat tantum pax & veritas in diebus meis. Ps. 18. Iudicia domini vera. Ps. 84. Veritas de terra orta eſt.

אַמְתַּח Saccus.

אַמְתַּח Amthach. ſaccus. vt Geñ. 44. Imple ſaccos eorum frumēto quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.

אָן Quo.

אָן An. quo. aduerbium īterrogandi loci vel temporis. vt. 1. Reg. 10. Quo abiſti. & Iob. 8. Vſq; quo loqueris talia.

אָנָא Obſecro. O

אָנָא Anna. Aduerbium obſecrandi vel rogandi. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit obſecro. vt Geñ. 50. Obſecro vt obliuiſcaris ſcelerum fratrū tuorum. & Ps. 117. O domine ſaluum me fac: o domine bene proſperare. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. O domine ſalua obſecro. obſecro domine proſperare obſecro. & aliquādo ſcribitur. אָנָה Anna cum he in fine loco aleph. vt. Ps. 115. O domine libera animam meam. & in eo. O domine quia ego ſeruus tuus. vbi beatus Hieronymus etiam tranſtulit obſecro: ſicut in ſupradicta dictione. & Exo. 32. Obſecro peccauit populus iſte pctm̄ maximū.

אָנָה Obſecro. O

אֲנָא Ego.

אֲנָא Ana. in lingua chaldaica eſt pronomen prime perſone & ſignificat ego. Dañ. 4. Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea.

אִנְבָּא Fructus.

אִנְבָּא Inba. In lingua chaldaica ſignat fructū. Dañ. 4. Et fructus eius nimis. Et in eo. Et diſpgite fruct? eius.

אָנָה Quo.

אָנָה Ana. quo. aduerbium interrogandi loci vel tpis. huc & illuc. quoq;. vt Ps. 12. Vſq; quo domine obliuiſceris mei in finē: vſq; quo auertis faciē tuam a me. Et in eo. Vſq; quo exaltabitur inimicus meus ſuper me. & Ps. 138. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiā. & Canti. 5. Quo abiit dilectus tuus. & qñ duplicatur ſupradicta dictio: ſignificat. huc. & illuc. ſiue quoq;. vt. 3. Reg. 2. Et nō egredieris inde huc atq; illuc. Et in eo. Quacunq; die egreſſus fueris huc & illuc ſcito te eſſe moriturū. & 4. Reg. 5. Nō abiit ſeruus tuus quoq;. eſt ēt aduerbium obſecrandi vel rogandi vt ſupra dictū eſt. Item אָנָה Ana. lugere. contriſtari ſiue meſtū eſſe. vt Eſa. 3. Et merebunt atq; lugebunt porte eius. Et in eodem. 19. Et merebunt piſcatores. Et inde. תַּאֲנִיָּה Thaaniia & אֲנִיָּה Aniia. ideſt luctus & meror: ſiue triſtitia. vt Thren. 2. Et repleuit in filia Iuda humiliatum & hu-

Duc illuc.

Quoq;.

אָנָה Lugere. Merere.

תַּאֲנִיָּה אֲנִיָּה Humiliatū

Luctus meror.

אֲנָה Casu accidere. Occasionē quærere.

תְּאֲנָה Occasio.

miliatam. Pro quo he.le.& repleuit siue multiplicauit in filia iuda luctum & merorem vel tristitiā. Item אֲנָה ina. fortuitu vel casualiter accidit: siue occasionem quesiuit. vt Exo.21. Qui autem non est insidiatus: sed deus illum tradidit in manus eius. 4. Reg. 5. Animaduertite & videte q̄ occasiōes querit aduersum me. Et inde תְּאֲנָה thoana. idest occasio. vt Iudi.14. Et quereret occasiones cōtra philistiim. Hiere.2. in desiderio anime sue glutiuit ventū amoris sui: nullus auertet eam. pro quo hebrei legunt in desiderio aīe sue glutiuit ventum occasionis sue: quis auertet eam: siue occasiōem eius quis auertet. Nomina enim hebraica sunt

אֲנָה Ego.

indeclinabilia: vt supra dictum est. Item אֲנָה Ana in lingua chaldaica significat. ego. vt Dañ.5. Porro ego audiui de te q̄ possis obscura interpretari.

אִנּוּן Illi.

אִנּוּן Inun. in lingua chaldaica est pronomen tertie persone pluralis numeri. idest illi. siue. ipsi. Dañ.2. In diebus autem regnorum illorum.

אָנַח Ingemiscere. Gemere.

אָנַח Anach. Suspirare. ingemiscere. vt Exo.2. et īgemiscentes filii israel propter opera vociferati sunt. & Prouer.29. Cum impii sumpserīt principatum: gemet populus. & Esa.24. Ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Thren.1. Sacerdotes eius gemētes. & in eodē audierūt quia ingemisco ego. Ezech.21. Ingemisce in contritione lumborum. Ioelis.1. Quid ingemuit animal. & ide

אֲנָחָה Suspiriū. Gemitus.

אֲנָחָה Anacha. idest gemitus: vel suspirium. Iob.3. Anteq̄ comedam suspiro. pro quo in hebreo habetur. Ante cibum meum suspiriū meū venit. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. & Ps.6. Laboraui in gemitu meo. & Esa.35. fugiet dolor & gemitus. & in plurali,

אֲנָחוֹת Gemitus.

אֲנָחוֹת Anachoth. vt Thren 1. Multi enim gemitus mei.

אֲנַחְנוּ Nos.

אֲנַחְנוּ Anachnu. Nos. vt Ps.19. Nos autem surrexi mus & erecti sumus. & aliquando scribitur sine aleph. et dicitur נַחְנוּ Nachnu. vt Thren.3. Nos iniq̄ egimus et ad iracundiam prouocauimus.

אֲנִי Ego.

אֲנִי Ani. ego. vt Geñ.15. Ego dominus qui eduxi te de vr chaldeorum. & in plurali אֲנַחְנוּ ánu siue אֲנָחְנוּ Anachnu. idest nos vt supra dictū est. & hec tria pronomina. s. ego tu. ille. variantur in hebreo per omnes casus. alia vero nomina sunt in declinabilia & inuariabilia. Sed vtuntur quibusdam articulis ad denotandum casus. vt dictum fuit in p̄ cedenti tractatu de gramatica hebraica: vbi posite sunt variationes pronominum per omnes casus tā in singulari q̄m in plurali. Item

אֳנִי Nauis. Classis.

אֳנִי Oni. nauis. vt Esa.33. Non transibit super eum nauis remigum. Ponitur etiā pro classe vt.3.Reg. 9. Classē quoq; fecit rex Salomon. Scribitur etiam cum he in fine. & dicitur

אֳנִיָּה Nauis.

אֳנִיָּה Onia. vt Ione.1. Et inuenit nauem euntem in tharsis. & in plurali

אֳנִיּוֹת Naues.

אֳנִיּוֹת Onioth. i. Naues. Ps. 103. Illic naues ptrāsibunt. & Esa.23. vlulate naues maris.

אֲנָךְ Litum. Trulla cementarij. Stannum

אֲנָךְ Anach. litum. i. linitū. siue trulla cementarii qua liniunt parietes. Amos.7. Et ecce dñs stans supermurum litum & in manu eius trullam cementarii. vbi pro trulla cementarii ponitur in hebreo eadem dictio que ponitur pro lito. Et in eo. Quid tu vides amos & dixi trullam cementarii. Et in eodē. Ecce ponam trullam in medio populi mei israel. Et solum inuenitur in locis predictis. Et dicunt hebrei q̄ significat lapidem plumbeum vel stāneum quo cementarii vtuntur ne edificium sit tortuosum: quia in lingua punica vel arabica stannum dicitur אֲנָךְ Anach. & sic legunt. Ecce dominus stans super murum stanneum: idest edificatum cum tali instrumento: & in manu eius stannum idest lapidem stanneum. & sic in sequentibus.

אָנֹכִי Ego.

אָנֹכִי Anochi. ego. vt Geñ.15. Ego ptector tuus. & Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus.

אָנַס Cogere. Impossibile esse.

אָנַס Anas. cogere. compellere. vim facere: difficile siue impossibile esse. Ester.1. Nec erat qui nolentes coge ret ad bibendum. & in lingua chaldaica significat difficile siue impossibile esse. Dañ.4. Et omne sacramentum nō est impossibile tibi. & aliqui hebrei legunt. non est occultum siue coopertum tibi.

אָנַף Irasci.

אָנַף Anaph. indignari. siue iratum esse. vt Deut.1. Cum mihi quoq; iratus deus propter vos dixerit. & Ps.2. Nequando irascatur dominus. inde

אַנָּפָה Charadriō

אַנָּפָה Anapha. Nomē auis in lege prohibite. Pro quo beatus Hieronymus transtulit charadrion. vt Leuit.11. Erodionem & charadriō iuxta gen⁹ suū. & aliq hebrei dicūt q̄ signāt q̄ddā gen⁹ miluí.

אָנַק Gemere. Ingemiscere. Mugire.

אָנַק Anac. ingemiscere. dolere. mugire. vel clamare pre dolore. Ezech.8. Super frontes virorum gementiū & dolentium. Et in eo.24. Ingemisce tacens. Hiere.51. Et in omni terra eius mugiet vulneratus. & inde

אֶנְקָה Gemitus.

אֶנְקָה Enca: siue

אֶנְקַת Encath. idest gemitus. Ps.101. Vt audiret gemitus compeditorum. Inde

אֲנָקָה Mygale.

אֲנָקָה Anaca significat quoddam animal: pro quo beatus Hieronymus transtulit mygale. Leuit.11. Mygale chameleon & stellio. Et aliqui hebrei dicūt q̄ significat quoddam genus reptilium quod semper gemit vel clamat: dictum a verbo supradicto.

אָנַשׁ Desperare Miseria.

אָנַשׁ Anas. desperare. dolere. infirmari. vt. 2. Reg. 12. Percussitq; dominus paruulum quem peperit vxor vrie dauid & desperatus est. & Ps.68. Improperium expectauit cor meum & miseria. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Opprobrio contritum est cor meum & desperatus sum. Et inde

אֱנוֹשׁ Violentus Grauiter. Miserabilis. Insanabilis.

אֱנוֹשׁ Anus. idest violentus. grauatus. insanabilis. insanabilis. desperatus. vt Iob.34. Violenta sagitta mea absq̄ vllo peccato. & Esa. 17. Et dolebit grauiter. Hiere.17. Prauum est cor hominis & insanabile. Et in eo.30. Insanabilis est fractura tua. & in eodem insanabilis est dolor tuus. Et in genere femini no

אֱנוֹשָׁה Desperata

אֱנוֹשָׁה Anusa. Mich.1. Quia desperata est plaga eius. Item

אֱנוֹשׁ Homo.

אֱנוֹשׁ Enos. homo. vt quidam volunt a superiori dictione deriuatum eo q̄ in presenti vita semper est in miseriis & doloribus. Ps.102. Homo sicut fenū dies eius. & Esa. 51. Quis es tu vt timeas ab homine mortali. & Hiere.17. Et diem hominis nō desideraui. Sed hebrei in hoc loco legunt

אֱנוֹשׁ desperatio

אֱנוֹשׁ Anus: sicut supra: & sic legunt. & diem desperationis vel infirmitatis vel doloris nō desideraui: scilicet cō tra suos aduersarios & persecutores: quia non appetebat vindictam. potest etiam supradicta dictio

אֱנוֹשׁ Enos. Enos.

אֱנוֹשׁ Enos. deriuari a verbo

נָשָׁה Naſa que significat obliuionem: & additur aleph in prīcipio huius dictionis Enos sicut in multis nominibus deriuatiuis. Et idem dicit eusebius in libro de preparatione euangelica. Et allegat illud p̄si·8. Vbi dicitur. Quid est homo quod memor es eius. vbi pro homine ponitur enos. q.d. quid est iste oblitus siue obliuiosus q̄ memor es eius. Est ēt nomē propriū enos filii seth. vt habetur Geñ.5. &.1. Paralip.1. Et in plu.

אֲנָשִׁים Viri.

אֲנָשִׁים Anasim. i. hoīes. aut viri. vt Geñ.18. Apparuerūt ei tres viri stātes prope eū. Et in eo.19. Viri ciuitatis vallauerūt domū illius.1. Re.25. Hoīes isti boni satis fuerūt nobis. & Iob.4. Quādo solet sopor occupare hoīes. & ponitur

אֱנוֹשׁ Homines.

אֱנוֹשׁ Enos in singulari pro plurali. vt Ps.9. Vt sciant gentes quoniam homines sunt. Et in lingua chaldaica dicitur

אֱנָשׁ Homo.

אֱנָשׁ Enasa. siue

אֱנָשָׁא Homines.

אֱנָשָׁא Enasa. idest homo siue homines. Dañ.2. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit interpretari. Et in eodem. In quibus habitant filii hominum. Et in genere femini no amittit aleph. & dicitur

נָשִׁים mulieres.

נָשִׁים Nasim. i. mulieres: siue vxores. vt Exo.1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. & Deut.17. Nō hēbit vxores plurimas. & Esa.3. Et mulieres

dominate sunt eis.

אַנְתְּ Tu. אַנְתְּ Anthe. in lingua chaldaica est pronomen secunde persone. idest tu. Dañ. 2. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo.

אֲסָם Celaria. אֲסָם Asam. celariũ: siue horreum. & inuenitur tantum in numero plurali. Deut. 28. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua. & Prouer. 3. & implebũtur horrea tua saturitate.

אָסֹן quicq̃ mali Periculũ. Mors. אָסֹן Ason. Periculũ siue mors. Geñ. 42. Ne forte in itinere quicq̃ patiatur mali. pro quo he. le. Ne forte in itinere accidat ei periculum siue mors. Et in eo. 44. Si tuleritis & istum & aliquid ei in via contigerit. idest aliquid periculi vel infortunii ei cõtigerit. Exo. 21. Si autem mors fuerit subsecuta: reddet animam pro anima.

אָסַף Cõgregaſ. Colligere. Reuocare. אָסַף Asaph. congregare. colligere. contrahere. retrahere. reuocare. auferre. dísperdere. Geñ. 49. Congregamini & audite filii iacob. & Nu. 11. Congrega mihi septuaginta viros. Et in eodem congregãs septuaginta viros de senioribus israel. Hiere. 10. Congrega de terra confusionem tuam. Mich. 2. Congregatione congregabo iacob totum te. Item significat colligere. vt Geñ. 49. Colligit pedes suos super lectum. Nu. 19. Colliget autem vir mũdus cineres vacce. Et in eo. 20. Pergat inquit aaron ad populos suos. Pro quo hebrei legunt. colligatur Aaron ad populos suos. Et in eo. & Aaron colligetur & morietur ibi. Et in eo. 31. Et sic colligeris ad populum tuum. Iudi. 19. Nullusq̃ sub tectum suum nos vult recipere. vbi ponitur in hebreo colligere pro recipere. 4. Reg. 22. Idcirco colligam te ad patres tuos: & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. & Esa. 10. Sicut colliguntur ova que derelicta sunt. Et in eo. 57. Viri misericordie colliguntur: a facie enim malitie collectus est iustus. & inde festũ tabernaculorum vocatur

אָסִיף Cẽpus quo fructus colliguntur. אָסִיף Asiph. A colligendo eo q̃ in eo tempore colligebantur fructus & reponebantur in horreis. Exo. 23. Solẽnitatẽ quoq̃ in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et inde אֹסֶף oseph siue אֲסִיפָה Asipha. idest collectio. & in plurali. אֲסִפוֹת Asuphoth. siue אֲסֻפִּים Asuphim. idest collectiones vel congregationes. Et accipitur etiam pro concilio quod est collectio vel congregatio plurimorum. vt. 1. Paralip. 26. In qua parte domus erat seniorum concilium. Et in eo. Vbi erat concilium bini & bini. Eccl's. 12. Que per magistrorum concilium data sunt a pastore vno. Et inde illa pars exercitus que nouissime proficiscebatur in castris dicitur

אָסִיפָה אֲסִפוֹת אֲסֻפִּים Cõcilium

מְאַסֵּף Nouissimi. recolligẽs Reliquum vulgus. מְאַסֵּף Measeph. i. recolligens. quia recolligebat omnes qui dispersi erant & errauerant per viam. Nu. 10. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii dã. pro quo he. le. Et profectum est vexillum castrorum tribus dã recolligens omnia castra. & Ios. 6. Reliquum vulgus arcam sequebatur. pro quo he. le. & recolligens. & aliqñ duplicantur due vltime littere principales. &

אַסַּפְסוּף Vulgus p miſcuum. dicitur אַסַּפְסוּף Asaphsuph. idest vulgus promiscuũ quod se miscuerat & recollegerat cum populo israel qñ egressi sunt de egypto. vt Nu. 11. Vulgꝰ quipe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio. Item אָסַף Asaph. significat contrahere vel retrahere. vt. 1. Reg. 14. Contrahe manum tuam. &. 2. Reg. 10. Cõtraxit omnem israelem & transiuit iordanem. Ioelis. 2. Et stelle retraxerunt splendorẽ suũ. Itẽ ponitur pro reuocare. vt Nu. 11. Reuersusq̃ est moyses & maiores natu israel in castra. pro quo he. le. Collectus siue reuocatusq̃ est moyses. Et in eo. 12. Separetur septẽ diebus extra castra & postea reuocabitur. Et in eo. Donec reuocata ẽ maria. Significat ẽt curare vel sanare hoiem leprosum eo quod leprosus habitat extra ciuitatẽ. 4. Reg. 5. Profecto curasset eũ a lepra quã habet. Et ĩ eo. Quia iste misit ad me vt curẽ hoiem a lepra sua. Et in eo. Et curaret me. Itẽ ponitur pro auferre: quod est idem quod retrahere vt Geñ. 30. Abstulit deꝰ opprobriũ meũ. i. retraxit. et Iob. 27. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet. Ps. 103. Auferes spm̃ eorũ & deficiẽt. & Esa. 16. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo. Sigñat ẽt perire vel dísperdere: aut cõsumere. vt Iudí. 18. Et ipse cũ omni domo tua pereas. 1. Reg. 15. Discedite ab amalech ne forte inuoluã te cũ eo. pro quo hebreí legũt. Ne forte dísperdã te cũ eo. Hiere. 8. vbí nos legímus congregans congregabo eos. hebrei legũt dísperdẽs dísperdam eos. siue cõsumens consumã eos. Et sil'r. Sopho 1. vbí dicitur cõgregãs congregabo oĩa. pro quo he. le. consumẽs consumã oĩa. Et sic infra eo. capꝫ. vbí dicitur congregans homínem & pecus. Congregans volatilia celí.

Cõgregaſ. Auferre. Perire. Dísperdeꝛ Cõgregaſ

אֲסַפַּרְנָא Diligẽter. Studiose. אֲסַפַּרְנָא Asparna. in lingua chaldaica sígñat dílígẽter sí ue festinãter aut studiose. Esdre. 5. Et opus hoc dílígenter struatur. Et in eo. 6. Studiose sumptus dentur vi ris íllís. Et in eo. Diligenter executí sunt.

אָסַר Ligare. Vincire. אָסַר Asar. vincire. ligare. cõstringere. obligare Geñ. 42. Frater vester vnus ligetur in carcere. Et in eo. Et ligans illis presentibus. Iudí. 16. Vinxit eum latẽtibus apud se insidiis. Et in eodẽ saltẽ indica mihi quo ligarí debeas. Et in eo. Quibus rursum dalila vinxit eũ. 4. Reg. 13. Vinxitq̃ eum pharao nechao in rebla. Sigñat ẽt cõstringere sí ue obligare. vt Nu. 30. Aut se cõstrinxerit iuramento. Et ĩ eo. Et iuramentũ quo obligauit aĩam suã. Itẽ sígñat iungere currum vel quadrigã aut plaustrum. q̃ est ídem quod ligare. vt Geñ. 47. Iuncto ioseph curru ascendit obuiã pr̃i. & Exo. 14. Iũxit ergo currũ & oẽm populũ suũ assumpsit secum. &. 1. Reg. 6. Et duas vaccas fetas quibus non est ímpositum iugum iungite in plaustro. Et quía currus & quadrige ligabantur ad preliandum: ídeo alíquando sígnificat dísponere prelium: aut íncípere prelium. vt. 3. Reg. 20. Et ait quis íncípiet preliari. & inde אָסִיר Asir. siue אָסוּר Asur idest vinctus vel ligatus. vt Iudí. 15. Non te occídemus sed vinctum trademus. Hiere. 40. Quando tulit eum vĩctum catenis in medío omnium. Et in plurali. אֲסוּרִים Asurím. siue אֲסִירִים Asirím. vt Geñ. 39. Tradiditq̃ ioseph in carcere vbi vincti regis custodiebantur. Et in eo. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodía erant. Ps. 67. Qui educit vinctos in fortitudíne. Esa. 14. Vinctís eiꝰ nõ aperuit carcerem. Zach. 9. Tu quoq̃ in sanguine testamentí tui emísísti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Significat etiam אֲסוּרֵי Asurím. siue אֲסוּרֵי Asure ligaturas siue vincula. vt Iudí. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissípata sunt & soluta. Eccl's. 7. Vincula sunt manus eius. Et quandoq̃ deponit aleph. Eccl's. 4. Quod de carcere catenisq̃ interdum quís egrediatur ad regnum. vbí ponitur

Ligare. Vincire. אֲסִירִים אֲסוּרִים אֲסֻרוֹת Ligature. Vincula. Carcer.

הָסוּרִים Haſurím pro הָאֲסוּרִים Haasurim. inuenitur etiam אֲסֻרוֹת Asuroth. in feminina termínatione. vt. 2. Reg. 3. Manus tue ligate non sunt. Et inde מוֹסְרוֹת Moseroth. idest ligature siue vincula. vt Iob. 39. Et vincula eius absoluit. Ps. 106. Et vincula eorum dirupit. & Ps. 105. Dirupisti vincula mea. Et inde carcer dicitur בֵּית הָאֲסוּרִים Beth haasurim. idest domus vinctorum. vt Iudic. 16. Et clausum in carcere molere fecerunt. Et in eo. qui adductus de carcere ludebat ante eos. Et inde אֵסָר Esar. idest vinculum. siue edictũ aut constitutio. Dañ. 6. Locutí sunt regí super edicto.

הָסוּרִים הָאֲסוּרִים אֲסֻרוֹת Ligature. מוֹסְרוֹת Vincula. Carcer. אֵסָר Edictũ.

אַע Lignum. אַע Aa siue אַעָא Aaa. in lingua chaldaica significat lignũ. Esdre. 5. Et ligna ponantur in parietibus.

אַף Quoq̃. אַף Aph. etiam. quoq̃. attamen. etenim. quantomagís. ira. naris. Leuit. 26. Ego quoq̃ hec faciã vobís. Et in

Tamen. Etenim. Quãto magis.

eodem. Attamen etiã cum essent in terra hostili nõ penit? abieci eos. Ps. 96. Etenim correxit orbẽ terre: qui nõ cõmouebitur. Iob. 4. Quantomagis hi qui habitant domos luteas. Et qñ preponitur ei lĩa he & dicitur. הַאַף Haaph. tunc est aduerbiũ interrogandi: vel dubitandi. pro quo in translatione nr̃a ponitur nunquid. vt Geñ. 18. Nũquid perdes iustũ cũ impio. Sed hebrei legunt: nunquid ẽt perdes iustũ cũ impio: & qñ iũgitur ei hec dictio. כִּי chi. & dicitur אַף כִּי Aph chi. tunc significat. itaq;. siue quantomagis. vt Geñ. 3.

הַאַף Nũquid.

Cur. Itaq;.

Cur precepit vobis deus vt nõ comederetis ex oĩ ligno paradisi. Pro quo aliqui hebrei legũt. Itaq; precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi. Translatio chaldaica trãstulit vere. & quesitiue. q.d. Es ne verũ quod precepit vobis deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi. Sed cõmuniter significat quãtomagis. vt. 3. Reg. 8.

Quãto magis.

Quãtomagis dom? hec quã edificaui tibi. & Iob. 25. Quãtomagis homo putredo & filius hominis vermis. Et in eo.

Quantum

9. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei. Pro quo hebrei legunt. Quantomagis vt ego respondeam ei. Prouer. 11. Si iustus in terra recipit: quantomagis impius & peccator. Item אַף Aph. idest ira vel furor. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. & Ps. 77. Et ira dei ascendit super eos. Ps. 94. Quia iurauí in ira mea si introibũt in requiem meã. & Ps. 137. Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã. Significat etiã faciem siue vultum: vt Geñ. 2.

אַף Ira. Furor.

Facies. Vultus.

Et in spirauit in faciem eius spiraculum vite. Et in eo. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & in lingua chaldaica scribitur aliqñ cũ littera nũ in medio. Dañ. 2. Et cecidit in faciem suam. Significat etiam nares: vel nasum. vt Ps. 114.

Nares. Nasus.

Nares habent & non odorabunt. Canti. 7. Nasus tuus sicut turris libani. Esa. 2. Quiescite vos ab homine cuius spirit? in naribus eius est. & in plurali. אַפַּיִם Apaim. i. furores: vel nares: aut facies. Et cũ premittitur ei dictio אֶרֶךְ erech. idest longus: & dicitur אֶרֶךְ אַפַּיִם erech apaym. interpretatur longanimis. i. tardus ad iram. vt Ps. 102. Longanimis & multũ misericors. Et aliqñ interpretatur patiẽs: vt Exo. 34. Patiens & multe miserationis ac verax. Et econtrario qñ premittitur ei קָצַר cesar. i. curtus: vel breuis: & dicitur קְצַר אַפַּיִם Cesar apaim. tunc significat iracundũ. i. breuis vel facilis ad iram. Prouer. 14. Impatiens operabitur stultitiam. & etiam dictio אַפַּיִם Apaim ponitur pro tristi vel tristitia. vt. 1. Reg. 1. Anne aũt dedit vnam partem tristis.

Furores. Lõganimis Patiens. Impatiẽs אַפַּיִם Tristis.

אַפַּף Circũdare

Aphaph. circũdare. vt Ps. 17. circũdederũt me funes mortis. & Ps. 39. Qñ circundederunt me mala: quorum non est numerus.

אָפַף

אָפַד cõstringere astringere.

Aphad. cõstrigere. astrigere. cigere. Exo. 29. Qđ cõstringes baltheo. & Leuit. 8. Quod astringens cingulo aptauit rationali. & inde dicitur אֵפֹד Ephod. i. superhumerale. eo quod cõstringebatur cũ rationali. vt Exo. 28. facies aũt superhumerale. Et in eo. Et stringatur rationale anulis suis cũ anulis suphumeralis vita hyacithina vt mane at iunctura fabricata: & a se inuicem rationale & suphumerale nequeant separari. Et aliqñ ponitur in translatiõe nr̃a. pro baltheo: vel cingulo. vt Leuit. 8. In locis supradictis. Significat ẽt vestimentũ siue ornamentũ quoddã sic nominatũ. vt. 2. Reg. 6. Porro dauid erat accinctus ephod lineo Et recipit in fine. he vel thau. & dicitur אַפֻּדָה aphuda. siue אַפֻּדַת aphudath. vt Exo. 28. Ipsa quoq; textura & cũcta operis varietas erat ex auro. & Esa. 30. Et vestimẽtũ cõflatilis auri tui. vbi ponitur p vestimẽto. & ide deriuatur אַפַדְנוֹ Apadno. Dañ. 11. Et figet tabernaculũ suũ apedno ĩter duo maria. pro quo in hebreo est. Et figet tabernacula apedno

אֵפֹד Super humerale.

Baltheus. Cingulum Ephod.

אַפֻּדָה אַפֻּדַת Textura. Vestimẽtũ

אַפַדְנוֹ Apedno.

inter duo maria. Et dicunt hebrei quod apedno significat ornamentum suum. & sic ipsi legunt: & figet tabernacula ornamenti sui inter duo maria.

ornamẽtũ.

אָפָה Coquere.

אָפֶה Pistor.

אֹפִים Pistores.

אֹפוֹת Panisice.

מַאֲפֶה Coctum.

אֲפִיכֵי אֲפֶה Vbi.

אֹפֶל Tenebros? turbo. Caligo.

Mozroz.

אֲפֵלָה Caligo.

מַאֲפֵל Tenebre.

Serotinũ.

מַאֲפֵלָה

אֲפִלוֹת Serotina.

אָפָה Apha. coq̃re. vt Geñ. 19. Et coxit azyma: & comederunt. Exo. 12. Coxeruntq; farinã quã dudũ de egypto cõsper sam tulerant. Exo. 16. Coquite que coquẽda sunt. & cõiter accipitur pro coctione panis. Et inde אֹפֶה ophe. i. panificus siue pistor. vt Geñ. 40. Pincerna regis egypti & pistor. & in plurali. אֹפִים ophim. In eodem. Videns pistorum magister q; prudenter somniũ dissoluisset. Hiere. 37. Et daretur ei torta quottidie panis excepto pulmẽto. Pro q; he. le. Et daretur ei torta quottidie panis de vico pistorũ. & in ge. fe. אֹפוֹת ophoth. 1. Re. 8. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Et inde מַאֲפֶה Maaphe. i. coctura: siue coctũ. vt Leuit. 2. Cum aũt obtuleris sacrificiũ coctũ in clibano. & aliqñ scribitur sine aleph & cũ tau in principio & nũ in fine. vt Leuit. 6. Offeret aũt eã calidam. & sequitur in hebreo. Coctã oblationẽ minutatim diuisam. vbi ponitur תְּפִינֵי thuphine. in numero plu. quia secundum hebreos duplici coctione coquebatur. Itẽ אֲפֵה Epho siue אֲפוֹא Epho. i. vbi. de quo vide supra in dictiõe.

אֲפֵה Epho cum iod in medio dictionis.

אֹפֶל Ophel. tenebrosũ: siue caliginosum. caligo. tenebre: aut serotinũ. Iob. 3. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Et ĩ eo. 23. Nec faciẽ meã opuit caligo. et Amos. 5. Et caligo & nõ splendor in ea. & qa caligo est cã timoris vel horroris ideo ponitur pro horrore: vt Iob. 10. vbi dicitur. Sed sempitern? horror ĩhabitat. & recipit in fine. he. & dicitur. אֲפֵלָה Aphela. Prouer. 7. In noctis tenebris & caligine. & Ioelis. 2. Dies tenebrarũ & caliginis. Et quandoq; recipit mem in principio. & dicitur. מַאֲפֵל Maaphel. vt Iosue. 24. Et posuit tenebras inter vos & egyptios. Significat etiam serotinũ eo quod diu ocultatur sub terra & ẽ in tenebris. Exo. 9. Triticum & far non sunt lesa: quia serotina erant. vbi ponitur אֲפִלוֹת Aphiloth. & Hiere. 2. Nunquid solitudo factus sum israeli aut terra serotina. vbi ponitur מַאֲפֵלָה Maaphelia. tamen hebrei primam significationem sequentes legunt. aut terra tenebrosa vel caliginosa.

אֹפֶן Rota.

אֹפַן Ophan. siue אוֹפַן ophan. rota. Exo. 14. Et subuertit rotas curruũ. Et in hebreo est in numero singulari. s. subuertit rotã curruũ. Sed in hebreo aliqñ põitur singulare p plurali & ecõuerso. Esa. 28. nec rota plaustri sup cyminũ circuibit. Ezech. 1. Apparuit rota vna sup terrã. Et in eo. qua si sit rota ĩ medio rote. Et in eo. 10. Et rotas istas vocauit volubiles audiẽte me. pro q; in hebreo ẽ rotã vocauit volubilẽ in auribꝰ meis. i. audiẽte me. & in plu. אֹפַנִּים ophanim. i. rote. vt in eo. 1. Et aspectus rotarũ et opus earũ. Et in eo. Spus eñ vite erat in rotis. Signãt ẽt tps opportunũ vel congruum ad aliqd loquẽdũ vel operãdũ. vt Prou. 25. Mala aurea in lectis argenteis: q loqtur verbũ in tpe suo. vbi p eo quod in lĩa nr̃a est in tpe suo in hebreo ponitur. אָפְנִיר Ophnau. Et in ista significatione solum inuenitur in loco predicto.

אֹפַנִּים Rote.

Opportunum.

אָפְנִיר

אָפֵס Deficere.

Finiri.

Aphes. deficere. finiri: comsumari. complere. Geñ. 47. Quare morimur corã te deficiente pecunia. Et in eo. Si preciũ nõ habetis. Pro quo in hebreo est. Si defecit argentũ vel pecunia. Esa. 16. Finitus est puluis. Psal. 76. aut in finẽ misericordiã suã abscindet. Pro q; btus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. ergo ne compleuit vsq; in finem misericordiam eius. & inde.

Cõplere.

אֶפֶס Defectus. Terminus Finis.

אֶפֶס ephes. idest defectus. terminus. finis. nihilum. non. sed. veruntamen. Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Esa. 5. Agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci. Amos. 6. Et respondebit finis est. Et in plurali.

אַפְסֵי Termini. Fines.

אֶפֶס Nihilum. Non.

Absq; vlla Causa.

Sed. Caue ne. Verũtamẽ

אֲפָלַיִם Tali.

אֶפֶע Idq; non est.

אֶפְעֶה Vipera.

אָפַק Continere Cohibere.

necessitate compelli. Cõfortari. Dissimulare.

אֲפִיק Torrens.

אֲפִיקִים Torrẽtes. Riui.

Fontes.

Rupes.

Fortes.

Fistule.

אֹפֶר Cinis.

Puluis.

אַפֵּר Velamen.

אַפִּרְיוֹן Ferculum

אוֹפִיר

אַפְסֵי Aphse. ídest termíní vel fines. vt. Ps. 2. Et possessiõnẽ tuam terminos terre. Et ps. 66. Et metuant eum omnes fines terre. Item אֶפֶס éphes. ídest non siue níhílum. vt Esa. 40. Quasi nihilum & inane reputate sunt ei. Et ín eodẽ. 45. Quoníam absq; me non est deus. & ín eo. & nõ est deus absq; me. & ín eo. 47. Et non est preter me alíus. Et ín eo. 52. Ecce accola veníet qui non erat mecum. et ín eo. Et assur absq; vlla causa calũníatus est eum. pro quo hebrei legunt. Et assur pro níhílo calũníatus est eum: quod est ídem sensus. Item sígnificat. sed. verũtamen. caue ne. vt Nu. 13. Sed cultores fortíssímos habet. Et ín eo. 22. Caue ne alíud quam precepero tíbi loquaris. 3. Reg. 12. Verũtamen quía blasphemare feciſti ínímícos nomen domíní. Et quía vt supradictum est: sígnificat terminum vel finem alícuíus reí: Et talus est terminus vel finis corporís humaní: índe dícitur. אֲפַלַּיִם Aphsáim. ídest talí. vt Ezech. 47. Et traduxit me per aquam vsq; ad talos.

אֶפֶס Apaa. Nihil sive íd quod nõ est. vt Esa. 41. Ecce vos estis ex níhílo: & opus vestrum ex eo quod non est. et solum ínuenitur ín predícto loco. Et cum scríbitur cum lítera he ín fine & dícitur. אֶפְעֶה Epheh. tunc sígnificat vipe ram. vt Iob. 20. Et occídet eum vípere língua. et Esa. 30. Vípera & regulus volans.

אָפַק Aphac. continere se. vel cohíbere. Confortarí. Genẽ. 43. Rursumq; lota facie egressus continuit se. Et ín eo. 45. Nõ se poterat vltra cohibere ioseph. & Esa. 63. Multitudo víscerum tuorum & míserationum tuarũ super me continuerunt se. Et ín eodẽ. 64. Nunquíd super íis continebis te domíne. 1. Reg. 13. Necessítate compulsus obtulí holocaustum domíno. pro quo hebrei legunt. Et confortatus sum & obtulí holocaustum domíno. Ester. 5. Et dissímulata ira reuersus ín domum suam. Inde. אֲפִיק Aphic. i. fortis decursus. fluctus. torrens. ríuus. fons. Iob. 6. sícut torrens qui raptim transít ín conuallíbus. & ín plura. אֲפִיקִים Aphicim. Ps. 125. Sicut torrens ín austro. quod ín hebreo legitur ín plurali scílicet sícut torrẽtes vel ríuuli ín austro. et Esa. 8. Et ascendet super omnes ríuos eius. & Ezech. 35. Atq; ín torrentíbus ínterfecti gladio cadent. Ioel. 3. Et sup omnes ríuos íuda íbunt aque. Item ponítur pro fontíbus. Ps. 17. Et apparuerũt fontes aquarum. Et ps. 41. Sícut cervus desíderat ad fontes aquarum. Item ponítur pro rupíbus. ut Ezech. 6. Hec dícit dominus deus montíbus & collíbus rupíbus & vallíbus. Et ín eo. 31. Et ín vníuersís rupíbꝰ terre. Tamẽ hebrei ín hiís duobus locís pro rupíbus legũt rupturís terre: vbí torrentes vel ríuí decurrunt. Accípitur etíam pro fortíbus. vt Iob. 12. vbí nos habemus & eos qui oppressí sunt releuat: íbí hebrei legũt: & cingulũ fortíũ dís soluit. Item ponítur pro fístulís eris vel ferrí: eo quod sunt fortíssíme. Iob. 4. Ossa eius velut fístule eris.

אֹפֶר Epher. cinis. fauílla. vt Genẽ. 18. Cũ sim puluís & cinis Ps. 101. Quía cinerem tanq; panem manducabã. Iob 42. Et ago penitentíã ín fauílla & cinere. Ponítur ẽt pro puluere. vt. 3. Re. 20. Et mutauit aspersíone pulueris os & oculos suos. & ín eo. At ílle statím absterſit pulueren de facie sua. Sed ín ístís duobus locís predictís pro puluere ín hebreo habetur. אַפֵּר Apher. & dícũt hebrei quod sígñat velamen sive tegumẽtũ. Et sic legunt. Et mutauit se velamíne sive tegumẽto sup oculos suos. Et ĩ eo. At ílle abstulit velamen sive tegumentum ab oculís suís. Et secundum hebreos índe deríuatur. אַפִּרְיוֹן Apírion. i. tabernaculum vel lecti ca cortínis velata. Pro quo ín nra trãslatione ponítur ferculũ. Canti. 3. Ferculũ fecit sibí rex Salomon de lígnís líbaní. Item. אוֹפִיר Ophir. fílíus fuit Iectan. vt habetur Genẽ. 10. Is sortitus est terram ditíssímã ín índia vbí multum aurũ ínuenítur & ab eo ílla terra nomen accepit: et vocata est.

Ophir. אוֹפִיר Ophir. vt. 3. Reg. 9. Qui cũ veníssent ín ophír sumptum índe aurum quadríngentorũ vígíntí talẽtorũ detulerũt ad regẽ salomonẽ. Iob. 28. Nõ comparabítur tínctís ín

Indie. die colorĩbus. ubí pro índiã ponítur ophír. Et ẽt ponítur

Obrizū. p auro obrizo. vt Esa. 13. Precíosíor erít vír auro & homo

Aurum. mundo obrizo. Et Iob. 22. Et pro sílice torrentes aureos.

אִפְתּוֹם Apethos. ín língua chaldaíca sígnificat preceptũ sive statutũ. Esd. 4. Et vsq; ad reges hec noxa p= ueníet. pro quo he. le. Et precepto vel statutís regũ nocet. & solum ínuenítur ín predícto loco.

Preceptũ Statutum

אָזַן As. ínstanter hortarí. cogere. festínare. De quo vide supra ín dictíone אוֹן Os.

Cogere.

אֶצְבַּע Esbaa. dígítus. de quo vide ínfra ín dictíone צְבַע Sebaa.

Digitus.

אָצַל Asal. Reseruare. vl' seperare. auferre. dimíttere. Genẽ. 27. Nunquíd nõ reseruastí & mihí bñdictionẽ. Nu. 11. Et auferam de spíritu tuo tradãq; eís. Et ín eo. Auferẽs de spíritu qui erat in moyse: & dans septuagĩta vírís. Eccl's. 2. Et oía que desíderauerũt oculi mei nõ negaui eís. Pro q' hebrei legunt. Et oía que desíderauerũt oculi mei non separaui vel nõ abstuli ab eís. Ezech. 42. Propterea emínebant de ínferioríbus & de mediís a terra. vbí pro eo quod ín lra nra est emínebant ín hebreo habetur. נֶאֱצָל Neesal. quod est verbũ passíuũ prime cõiugatiõís. Pro quo he. le. ꝓpterea seperabatur vel seperatũ erat de ínferioríbus. Et índe אֲצִילָה Asila. i. dístantia sive spatiũ. vt Ezech. 41. Sex cubitorũ spacío. Et índe. אֲצִילִי Asíle. i. seperatí. vel lõginqui: aut quí ꝓcul recesserũt. Exo. 24. Nec sup eos q procul recesserãt de fíliís ísrael mísit manũ suã. et Esa. 41. Et a longinquís eius vocaui te. Tamen hebrei dicũt q' ín ístís duobus locís predictís ponítur pro prícipíbus vel magnatíbꝰ: eo qđ sunt díuísí & seperatí a relíquo vulgo. Itẽ אֶצֶל ésel. í. Prope. íuxta. apud. Genẽ. 39. Et ille recusabat stuprũ. Pro q' ín hebreo sic habetur. Et non exaudiebat eã: vt concũberet íuxta eã velapud eã: et vt esset cũ ea. sed beatus Hieronymus transtulit sensũ. & Leuít. 6. Et pones íuxta altare. et Ezech. 40. Et límẽ porte íuxta vestíbulũ porte íntrínsecus calamo. vno índe אֲצִילוֹת Asíloth. i. cubíti. Hiere. 38. Sub cubito manuũ tuarum. Pro quo ín hebreo est sub cubítis manuum tuarũ. Ezech. 13. Ve qui cõsuunt puluíllos sub omní cubito manus. Et etíam ín hoc loco ín hebreo est ín mu. plu. s. sub oĩbus cubítis manus. Nam hec dictío אֲצִילוֹת Asíloth non ínuenítur ín hebreo ín numero síngulari in ísto sígnificato. Et dicũt hebrei q' sígñat partẽ brachíí ab humero vsq; ad cubitũ. Nã alias cubít? אַמָּה Amma dícitur.

Juxta.

Cubiti.

אָצַר Asar. recondere. reponere. thesaurízare. vt. 4. Reg. 20. Auferẽtur oía que sunt ín domo tua: & que condíderũt pres tuí. et Esa. 23. Nõ condentur neq; reponẽtur. & Amos. 3. Thesaurízãtes íníquítates & rapínas ín edíbꝰ suís. Et índe. אוֹצָר Osar. í. thesaurus vel cellaríũ. vt Deut. 28. Aperíet tíbí dominus thesaurum suum optímũ cellũ. & Nee. 10. ad gazophylacíũ ín domo thesauri. & Hiere. 38 Ingressus est domũ regis que erat sub cellarío. & ín plurali אוֹצָרוֹת Osroth secundũ terminationẽ femininorũ. í. thesaurí: vel cellaria: aut celle. vt Ps. 134. Qui producít vẽtos de thesaurís suís. et. 1. Paralíp. 27. Super cellís autem vinaríís zabdías Aphonítes.

Condere. Thesaurízare. Thesaurus Celarium. Thesaurí. Celle.

אַקּוֹ Aco. Genus aĩalís sílueſtrís. Pro quo beatus híerony mus transtulit tragelaphum. vt Deut. 14. Bubalũ. tragelaphum. pygargum. Et solum ínuenítur ín predícto loco. Et dícunt hebrei q' sígnificat hírcum sílueſtrem.

Tragelaphus.

Universidad de Deusto Biblioteca

אָרַר maledicere

אָרַר Arar.maledicere.execrare.Geñ.5.In terra cui maledixit dñs.&in eo.27 Qui maledixerit tibi sit ille maledict9.Iob.3.Qui maledicūt diei.Et aliqñ scribitur cū simplici res.vt Nu.22.Veni igitur & maledic ppl'o.et in eodē. Et maledictus in quē maledicta cōgesseris.et Iudi.5.Maledicite terre meroz.Malach.2.Et maledicā benedictionib9 vestris:et maledicā illis. Et inde אָרוּר Arur.i. maledictus. vt Geñ.3.Maledictus eris inter oia animātia. Et in co.49. Maledictus furor corū quia pertinax.Hiere.17.Maledict9 homo qui cōfidit in hoie.et in plurali אָרוּרִים Arurim.siue מְאֻרִּרִים Mearerim.i.maledicti siue maledicētes. vt Nu.5. Ingrediētur aque maledicte in ventrem tuū. et.1.Reg.26. Maledicti sunt in cōspectu dñi.Et inde מְאֵרָה Meera.i.maledictio.pro q' trāslatio nra egestatē siue penuriā traduxit. vt Prouer.3.Egestas a dño in domo ipii.et Malach.3.Et in penuria vos maledicti estis. Significat ēt supradicta dictio cū simplici res Collígere.vel.decerpere fructus.de quo vide infra in dictione אָרָה Ara.

אָרוּר Maledict9

אָרוּרִים מְאֻרָּרִים Maledicti

מְאֵרָה Egestas ℘enuria. Collígere

אֲרִיאֵל Videtes.

אֲרִיאֵל Erelam.videntes.Esa.33.Ecce videtes clamabūt foras.hebrei tamē dicūt q'd אֲרִיאֵל Erelam est nomen cuiusdam hierarchie angelorum. et sic legunt. Ecce angeli eorum clamabunt foras. Beatus vero hieronymus in suis explanationibus sup hoc loco sic ait. Verbū hebraicū arelā p quo aquila symmachus & theodotio interpretati sunt apparebo eis:extremā syllabam diuidētes & legētes Are lam: hebrei significare āgelos arbitrātur:& esse prophetiā:post vocationē gentiū & diuitias ecclesie de subuersiōe templi quod flebāt angeli nequaq̄ intus habitātes sed exeuntes foras.hec hieronymus.

אָרַב Insidiari.

אָרַב Arab.insidiari.Deut.19.Siquis aūt odio habens proximū insidiatus fuerit vite eius. Ps.10.Insidiatur in abscōdito quasi leo in spelūca sua.Prouer.1. Si dixerint veni nobiscū insidiemur sanguini.Et in eodē.12.Verba ipiorum insidiātur sanguini.Et scribitur aliquādo sine aleph. vt.1.Reg.15.Vbi dicitur. Et tetendit insidias in torrente.

וַיֹּרֶב ℘ro. וַיַּאֲרֶב

אֹרֵב Insidie

מַאֲרָב Insidie.

אֹרֶב Latibulū.

אֲרֻבּוֹת Cataracte. Fenestre. Fumariū.

אֲרֻבָּה

אֲרֻבּוֹת Allisio. Insidie

אַרְבֶּה Locusta.

וַיֹּרֶב Vbi ponitur וַיַּאֲרֶב Vaiareb.pro וַיַּאֲרֶב Vaiaareb. inde אֹרֵב Oreb.i.insidians.siue insidie.Ios.8. Pone insidias vrbi.Et in eodē.Consurgetis de insidiis & vastabitis ciuitatē.& recipit in fine mem.& dicitur מַאֲרָב Maarab. Ps.10.Sedet in insidiis cū diuitibus.& inde אֹרֶב áreb.i.latibulū vnde prospicientes insidiātur.Iob.37.Ingredietur bestia latibulum suū. et inde אֲרֻבּוֹת Aruboth.i.cataracte siue fenestre ex quibus aliqñ insidiatur.Geñ.7.Et cataracte celi apte sunt.Esa. 60. Et quasi colūbe ad fenestras suas.Accipitur etiā pro fumario quod est foramē siue fenestra quedā.vt Osee.13. Et sicut fum9 de fumario.vbi pōitur אֲרֻבָּה Arubba in nūero singulari.Itē אֲרֻבּוֹת Arubboth.ponitur pro allisione.Esa. 25.Et humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Tamen hebrei primā significationē sequētes legūt.Et hūiliabit gloriā eius cū insidiis manuū eius.Itē אַרְבֶּה Arbbe.locusta.Exo.10. Ecce ego inducā cras locustam in fines tuos. Et in eodē. Ventus vrens leuauit locustas.

אַרְבַּע Quattuor.

אַרְבָּעָה

אַרְבַּע Arbaa.siue אַרְבָּעָה Arbaa.quattuor.vt Geñ.2.Qui inde diuiditur in q̄ttuor capita. Prouer.30. Quattuor sunt minima terre.Esa.11.A quattuor plagis terre.

אָרַג Texere. Plectere.

אֶרֶג

אָרֹג Tela.

אֹרֵג Texens

אֹרְגִים

אָרַג Arag.texere.plectere.Exo.35.Et texant oia.Iudi.16 Si īquit septem crines capiti s cū licio plexueris.Esa. 59. Et telas aranee texuerunt.& inde אֶרֶג E'reg.siue אָרֹג áreg.i.tela.siue textura.Iudi.16.Extraxit clauū cū crinibus et licio.pro quo hebrei legūt.Extraxit clauū cū tela & licio. Iob.7. Dies mei velocius transierūt q̄ a texente tela succiditur.Et inde. אֹרֵג Oreg.i.textor siue texens. Esa.38.Prescissa est velut a texēte vita mea.Et in p'rali אֹרְגִים órguim. 1.Reg.17.Hastile aūt haste eius erat quasi liciatoriū texentium. Esa.19.Et texentes subtilia. & in genere femínino. אֹרְגוֹת Orgoth. 4. Reg. 23. Pro quibus mulieres texebant quasi domūculas luci.

Texentes

אֹרְגוֹת

אַרְגָּמָן Purpura.

אַרְגְּוָן Argueuan in lingua chaldaica significat purpurā. Dañ.5.Purpura vestietur.

אַרְגָּז Area vel capsella.

אַרְגָּז Argaz.Arcula.i.arca paruula.vel capsella.1. Reg.6. Ponetis capsellam ad latus eius.

אַרְגָּמָן Purpura. purpureū.

אַרְגָּמָן Argaman.purpura siue purpureū. Exo.25. Hyacinthum & purpuram cocūq̄ bis tinctum. Canti. 3.Accensum purpureum.

אָרָה Metere. Decerpere Collígere. vídemiare. maledicer.

אָרָה Ara.Colligere.decerpere.metere.maledicere.vt Cāti.5. Mesui myrrhā meā cum aromatibus meis. Pro quo hebrei legūt. Decerpsi vel collegi myrrhā meā.Ps.79. Vindemiāt eam omnes qui pretergrediūtur viam.pro quo hebrei legūt.colligūt vel decerpunt.ponitur etiā pro maledicere.vt Nu.22. Veni igitur & maledic popl'o qui fortior me est. Et de hoc vide supra in dictione אָרַר Arar.& inde.

אֲרִי Leo.

אֲרִיֵּה

אֲרִיאֵל Leo.

אֲרִיאֵל Ari siue אֲרִיֵּה Arie.i.leo.de q' vide infra post dictionē אָרָח Arach.vide ēt ibi de dictiōe אֲרִיאֵל Ariel.et inde אֲרוּת Vruoth.i.p̄sepia.3.Reg.4.Et hēbat salomō q̄draginta milia presepia equorū.2.Paral'.32.Et presepia oīm iumētorū.

אֲרוּת ℘resepia.

אֲרוּ Ecce.

אֲרוּ Aru.in lingua chaldaica significat ecce: siue en. Dañ. 7.Et ecce quattuor venti celi pugnabant in mari magno.Et in eodē.Et ecce bestia quarta terribilis.

אֶרֶז Cedrus.

אֶרֶז E'rez.cedrus.vt.3. Reg.4. Et disputauit sup lignis a cedro que est in libano vsq̄ ad hyssopū que egreditur de pariete. Ps.91.Sicut cedrus libani multiplicabitur. Et in plurali אֲרָזִים Arazim.vt Ps.148.Lingna fructifera et oēs cedri.Scribitur etiā cū puncto surech in secūda syllaba:et dicitur אֲרֻזִּים Aruzim.Ezech.27.Cedros quoq̄ habebant in negociationibus tuis.Et inde אַרְזָה Arza.quod secundū hebreos significat cōtignationē domorū ex lignis cedrinis factā.Soph.2.Vbi nos habemus qñ attenuabo robur eius.hebrei legūt.Quoniā cōtignatio nudata est: siue dissipata est.potest etiā deriuari a verbo רָזָה Raza.quod significat attenuare sicut est in littera nostra.Et tūc illa littera aleph que ponitur in principio dictonis erit prime persone futuri indicatiui.

אֲרָזִים Cedri.

אֲרֻזִּים Cedri.

אַרְזָה Attenuare cōtignatio

אָרַח Gradíri.

אָרַח Arach.itinerare.ire.gradíri.vt Iob.34. Qui gradi tur cū operātib9 iniquitatē.inde אֹרַח órach.i.semita via.iter.cōsuetudo.Geñ.49.Cerastes in semita.Iob.16. Et semitā p quā nō reuertar.Ps.26 Et dirige me ī semitā rectā. Ps.138.Semitā meā & funiculū meū inuestigasti.Proue.2. Qui derelinquūt iter rectū.Et in eodē.15. Doctrina mala deserentiū viam Et in eodē.Via iustorū absq̄ offendiculo. Acipitur etiā pro cōsuetudine. Geñ.18. Desierant sare fieri muliebria.pro quo in hebreo est. desierat sare fieri concōsuedo mulierum·Et in plurali אֹרְחוֹת Orchoth.i.semite. vie.calles.Iudi.5.Quieuerūt semite & qui ingrediebantur per eas ambulauerūt per calles deuios.& inde אֹרֵחַ Oreach idest viator.vt Hiere.15.Et quasi viator declinās ad manēdum.Et in plurali אוֹרְחִים orchim.vt in eo.9. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum. Et inde אֻרְחָה Orchath.i.comitatus viatorū. Geñ.37.Viderunt ísmaelitas viatores venire de galaad.Et inde אֲרוּחָה Arucha.idest annona siue viaticum vel cibarium quod datur per singulos dies.vt.4.Reg.vltimo. Annonam quoq̄ constituit ei sine intermissione: que dabatur ei a rege per singulos dies.Hiere.vltimo. Et cibaria eius cibaria perpetua dabātur ei a rege babylonis statuta p singulos dies,Prouer.15.Melius est vocari ad olera cum charitate: q̄ ad vitulum saginatum cum odio.Pro quo hebrei legūt.melius est cibariū si-

Semita

אֹרַח Iter.

אֹרַח Via.

Cōsuetudo

אֹרְחוֹת Semite. Calles.

אֹרֵחַ Viator.

אוֹרְחִים Viatores.

אֻרְחָת Viatores

אֲרוּחָה Annona. Cibaria.

ue viaticum oleris cum charitate: ꝙ vitulum saginatum cū odio. Sed idem est sensus cum littera nostra.

אַרְיֵ Leo. אַרְיֵה Leo.

Ari. Leo. Nu. 23. Et quasi leo erigetur. 1. Reg. 17. Et veniebat leo & vrsus & tollebat arietē. Et in eo. Leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. & aliquando scribitur cum littera he in fine & dicitur. אַרְיֵה Arieh. ideſt leo Gen. 1. Accubuisti vt leo. Ps. 7. Nequando rapiat vt leo animam meam. Ps. 21. Salua me ex ore leonis. Amos. 3. Nunquid rugiet leo in saltu. Est etiam nomen propriū loci. 4. Reg. 15. Iuxta argob & iuxta ariph. debet legi. iuxta argob & iuxta arieh. & in plurali. אַרְיוֹת Araioth. secundum terminationem femininorum. vt. 3. Reg. 10. Et duo leones iuxta manus singulas. Inuenitur etiā אַרְיִים Araiim secundum terminationem masculinorum. vt in eo. 10. Vbi dicitur leū culi stantes. & in lingua chaldaica dicitur אַרְיָא Aria. ideſt leo & in plurali אַרְיָוָתָא Ariauatha. i. leones. Dañ. 6. Mittetur in lacum leonum. inde אַרִיאֵל Ariel. ideſt fortis. magn? aut robustus quasi leo. 2. Reg. 23. Ipse ꝑcussit duos leones moab. quod hebrei exponunt duos fortissimos moab. vel secundum translationem chaldaicam: duos magnos & prīcipes moab. & componitur ab אַרִי Arí. ideſt leo: & אֵל El quod significat fortem. accipitur etiam אַרִיאֵל Ariel pro altari holocausti. vt Ezech. 43. Et ab ariel vsq; ad sursum cornua quattuor: & ariel duodecim cubitorum in lōgitudine. Scribitur etiam sine iod & cum he in principio & dicitur הַאַרְאֵל Haarel. vt in eo. caꝑ. 43. vbi dicitur. Ipse autem ariel quattuor cubitorum. accipitur etiam ariel pro ciuitate ierusalem in qua erat altare holocausti. Esa. 29. Ve ariel ariel ciuitas quam expugnauit dauid. De dictione autē אֲרִיאֵלָם Erelam vide supra post dictionem אֲרַר Arar.

אַרְיֵ Leo. אַרְיוֹת Leones. אַרְיִים Leunculi. אַרְיָא Leo. אַרְיָוָתָא Leones. אַרִיאֵל Leones. אַרִיאֵל pro altari. הַאַרְאֵל אֲרִיאֵלָם

אָרַךְ Prolōgat Longiores esse. Lōgū facē In longus differre. אֹרֶךְ Lōgitudo. Dilatatio. אֲרוּךְ Longus. אֲרוּכָה Longa. אַרְכָּה Lēpus lōgum. אֲרוּכָה Sanitas. Cicatrix. אֲרִיךְ Sanum. אַרְכֻּבָּה

Arach. prolongare. in longum differre. longū facere. siue longum esse. Geñ. 26. Cūq; pertransissent dies plurimi. pro quo hebrei legunt. Cūq; prolongarentur sibi ibi dies. Deut. 6. vt prolongentur dies tui. Et in eo. 22. Et longo viuas tempore. 2. Paralipo. 5. Quia paululū longiores erant. Prouer. 28. Qui autem oderit auariciam longi fient dies eius. Esa. 54. Longos fac funiculos tuos. Ezech. 12. In longum differentur dies. Et in eo. 31. Et elevati sunt rami eius. Pro quo hebrei legunt. Et prolongati sunt rami eius. & inde אֹרֶךְ órech. ideſt longitudo dilatatio. Geñ. 6. Trecentorum cubitorū erit longitudo arce. & Exo. 25. Duos cubitos & dimidiū tenebit longitudo eius. Deut. 30. Ipse est enim vita tua & longitudo dierū tuorū. Ezech. 17. Longo membrorum ductu. Et in eo. 31. In dilatatione arbustorum suorum. & inde אֲרוּךְ Aruch. ideſt lōgus. & in genere femínino אֲרוּכָה Arucha. ideſt longa siue longior. vt Iob. 11. Longior terra mēsura eius. & inde אַרְכָּה Archa. Quod in lingua chaldaica significat temporis longitudinem. Dañ. 7. Et tempora vite constituta essent eis. Accipitur etiam אֲרוּכָה Arucha pro medicina vel sanitate post longum tempus acquisita. vt Esa. 58. Et sanitas tua citius orietur. Dañ. 4. Forsitan ignoscet deus delictis tuis. pro quo hebrei legunt. forsitan erit sanitas seu medicina delicto tuo. In aliis vero locis beatus Hieronymus transtulit cicatricē. 2. Paralipo. 24. Et obducebatur parietum cicatrix. Nec. 4. Quod obducta esset cicatrix muri ierusalē. Hiere. 8. Quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei. Et in eo. 30. Obducam enim cicatricem tibi. Et inde אֲרִיךְ Arich. quod in lingua chaldaica significat sanum vel conueniens Esdre. 4. Et lesionē regis videre nefas ducimus. Pro quo hebrei legunt. Et damnum siue lesionem regis non est sanū nobis videre: siue nō ē cōueniēs nobis videre.

אַרְכֻּבָּה Arcubba. in lingua chaldaica significat genu. Dañ. 5. Et genua eius ad se iuicem collidebantur.

Genua.

אֲרָם Syria. אֲרַמִּי Syrus. אֲרַמִּיָּה Syria. אֲרָמִית Syriace. אַרְמֹן Palatius

אֲרָם Aram. syria. vel syrus. 2. Reg. 8. Facta ē syria seruiens dauid. Et in eo. 10. Conduxerunt mercede syrū roob. Scribitur etiam cum iod in fine & dicitur אֲרַמִּי Arami. ideſt syrus. Deut. 26. Syrus persequebatur patrem meum. & in genere femenino אֲרַמִּיָּה Aramia. ideſt mulier de siria. & inde. אֲרָמִית Aramith. ideſt siriace. Dañ. 2. Responderunt chaldei regi siriace. Esdre. 4. Epistola autem accusationis scripta erat siriace & legebatur sermone siro. Item אַרְמֹן Armon. palatium. domus magna. 3. Reg. 16. Ingressus est palacium & succendit se cum domo regia. Prou. 28. Et iudicia quasi vectes vrbium. pro quo hebrei legunt. Et iudicia quasi vectis palatii. Esa. 25. Domum alienorum vt non sit. & in plurali אַרְמְנוֹת Armenoth. i. palatia. domus. edes. Esa. 23. Suffoderunt domos eius. Hiere. 49. Et deuorabit menia benadab. pro quo hebrei legunt. Et deuorabit palatia benadab. Amos. 1. Et deuorabit edes eius. Et in eo dē. 2. Et deuorabit edes ierusalē Scribitur ēt cū littera he in principio & in fine. & dicitur הַרְמֹנָה Harmóna. Amos. 4. Et proiiciemini in armon. & dicunt hebrei ꝙ est nomē appellatiuum et ꝙ significat palatium siue domum magnam sicut supra armon cum aleph in principio.

Syrus. Syriace. Palatius Urbs. Domus. Domus. Menia. Palatia. Edes. Palatius.

אָרֹן Arca. Loculus. אֹרֶן Pinus.

אָרֹן Aron. arca. Exo. 25. Arcam de lignis setim compingite. Deut. 10. Faciesq; arcam ligneam. accipitur etiā pro loculo in quo mortuus reponitur. vt Geñ. 50. Repositus est in loculo in egypto. Item אֹרֶן óren. genus arboris quod translatio nostra pinum nominat. Esa. 44. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit.

אַרְנֶבֶת Lepus. אַרְבַּע Terra. אַרְעָא Terra. Inferiori? אַרְעִית Pauimentum.

אַרְנֶבֶת Arnebeth. lepus. vt Leui. 40. Lepus quoq; nā & ipse ruminat.

אַרְבַּע Araa. siue אַרְעָא araa. In lingua chaldaica significat terram. Hiere. 10. Pereant de terra & ab iis que sub celo sunt. Significat etiam inferius seu minus. Dañ. 2. et minus te argenteum. ideſt inferius te. & inde אַרְעִית arith. ideſt pauimentum. Dañ. 6. Et nō peruenerunt vsq; ad pauimentum laci.

אֶרֶץ Terra. Patria. Regio. אַרְצוֹת Regiones Terre.

אֶרֶץ Cres. Terra. patria. regio. Geñ. 1. In principio creauit deus celum & terram. Et in eo. Terra autem erat inanis & vacua. Et in eo. 12. Et veni in terram quam monstrauero tibi. Iob. 28. Terra de qua oriebatur panis. Ps. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Hiere. 22. Terra terra terra: audi verbum domini. Accipitur etiam ꝑ patria vel regione. Geñ. 30. Dimittite me: vt reuertar in patriam meam. Leuit. 18. Iuxta morem regionis chanaan ad quam ego introducturus sum vos non agetis. Et in plurali אַרְצוֹת arasoth. ideſt terre vel regiones. vt Geñ. 26. Tibi enī & semini tuo dabo vniuersas regiones has. Ps. 104. Et dedit illis regiones gentium. Ps. 114. Placebo domino in regione viuorum. pro quo in hebreo habetur. Deambulabo coram domino in terris viuentium siue in regionibus viuorum. & sic transtulit beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. scilicet deambulabo coram domino in terris viuorum.

אַרְקָא Terra. אָרַשׁ Desponsare. אֹרָשׁ Orasa. מְאֹרָשָׁה Desponsata

אַרְקָא Arca. in lingua chaldaica significat terrā. Hiere. 10. Dii qui celum & terram non fecerunt. & solum inuenitur in predicto loco.

אָרַשׁ aras. despondere. desponsare. Deut. 20. Quis est homo qui desponsauit vxorem & non accepit eā. Osee. 2. Et desponsabo te mihi in sempiternum. & desponsabo te mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & in miseratiōibus & desponsabo te mihi in fide. & inde אֹרָשׁ Orasa. siue מְאֹרָשָׁה Meorasa. ideſt desponsata. vt Exo. 22. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatā. Deut. 22.

אֹרֶשֶׁת Voluntas.

Si puellam virginem desponderit vir. pro quo hebrei legunt. Si puella virgo fuerit desponsata viro. Item אֹרֶשֶׁת Aréseth. eloquiũ. sermo. pro quo translatio nostra volũtatem transtulit. Ps. 20. Et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eum. Et solum inuenitur in predicto loco.

אֵשׁ Ignis.

אֵשׁ Es. ignis. Genñ. 22. Ecce inqt ignis & ligna. Exo. 12. Edent carnes nocte illa assas igni. Et in eodẽ. 19. Eo quod descendit sup eum dñs in igne. Nu. 11. Et absorptus est ignis. Deut. 4. Quia dñs deus tuus ignis cõsumens est. Ps. 17. Et ignis a facie eius exarsit. Ps. 38. In meditatione mea exardescit ignis. Ps. 65. Trasiuimus per ignẽ & aquã. Michee. 6. Adhuc ignis in domo impii. Et licet in supradicto loco quidã legũt. אֵשׁ Is. i. vir. Tamẽ ad hoc quod significaret virũ debebat scribi cũ iod in medio dictionis. & in lingua chaldaica scribitur aliqñ cum aleph in fine. Dañ. 7. Et traditũ esset ad cõburendũ igni. & inde. אִשֶּׁה Ise. i. oblatio vel sacrificiũ quod in igne offerebatur. Leuit. 1. Adolebitq; ea sacerdos sup altare in holocaustũ & suauẽ odorem dño. Pro quo he. legũt. Adolebitq; sacerdos oĩa sup altare in holocaustũ & oblationẽ vel sacrificiũ odoris suauissimi dño. et sic infra vbi similia verba habẽtur. Et eodẽ. 3. Et offerent de hostia pacificorum in oblationẽ dño. Et in eodẽ. Adolebũtq; ea sup altare ĩ holocaustũ lignis igne suppositio in oblationẽ suauissimi odoris domino.

אִשׁ Vir.

אִשָּׁה Oblatio.

אָשַׁשׁ Cõfundere Cõfortare. Fundare

אֲשִׁישֵׁי ꝙ letantur.

Fũdamẽta

אָשַׁשׁ Asas. Confundere. erubescere. Esa. 46. Memẽtote istud & cõfundemini. Tamẽ hebrei dicũt ꝙd significat cõfortare siue fundare. vnde in supradicto loco ipsi legunt. Memẽtote hoc & cõfortamini siue fundamini. & ide אֲשִׁישֵׁי Asise. i. fundamẽta. Esa. 16. His qui letãtur sup murum cocti lateris loquimini plagas suas. Pro quo hebrei legunt. Fundamẽtis muri cocti lateris. Et dicũt hebrei ꝙ per fundamẽta intelligũtur viri fortes atq; primarii sup quib9 fundabatur illa ciuitas: que habebat muros cocti lateris: q hebraice dicitur chareseth. i. murus fictilis. & sic transtulit beatus hieronymus Hiere. 48. vbi dicitur. Et cor meũ ad

אֲשֵׁרָא Parietes. Fũdamẽta

אֲשִׁישֵׁי Vinacia.

viros muri fictilis dabit sonitũ tibiarũ. & inde אֲשֵׁרָא Vsaia quod in lingua chaldaica significat parietes siue fundamẽta. Esd. 4. Et parietes cõponentes. Et in eodẽ. 6. Et ponant fundamẽta supportãtia. Itẽ אֲשִׁישֵׁי Asise. i. vinacia. Osee. 3. Et diligũt vinacia vuarũ. Sed hebrei dicunt ꝙ significat dolia siue lagenas aut cyphos. & sic legunt. Et diligunt dolia siue lagenas vuarũ. i. vini. & inuenitur in femínina terminatione. אֲשִׁישׁוֹת Asisoth. Pro quo beatus hieronymus transtulit flores. Canti. 2. Fulcite me floribus. & in nũero singulari אֲשִׁישָׁה Asisa. Pro quo translatio nostra traduxit Similã frixã oleo. 2. Reg. 6. Et similã frixam oleo. 1. Paral. 16. Et frixam oleo similã. Sed etiã in his locis hebrei legũt: et lagenam siue cypum. s. plenum vini.

Lagene.

אֲשִׁישׁוֹת Flores.

אֲשִׁישָׁה Similã frixa oleo.

Lagena

אָשׁוּר Scopulus

אָשׁוּר E'sed. Effusio. siue decursus. s. aquarũ. aut radix mõtis: vbi aque pluuiales cõfluũt. Nu. 21. Scopuliq; torrentiũ inclinati sunt: vt requiescerent in arnõ. Pro quo hebrei legunt. Effusio siue decursus torrẽtium inclinatus est vt requiesceret in arnon. et in plurali אֲשֻׁרֹת Asdoth. Deut. 4. vsq; ad radices montis phasga.

Effusio.

אַשְׁרַת Radices.

אִשָּׁה Mulier.

אִשָּׁה Isa. Mulier. virago. vxor. vnaquecq;. De quo vide supra in dictione אִישׁ Is. i. vir. a quo deriuatur. Item

אִשֶּׁה Oblatio.

אִשֶּׁה Ise. i. oblatio siue sacrificiũ quod offerebatur in igne super altare. De quo vide supra in dictione אֵשׁ Es.

אַשְׁרָה Fũdamẽta

אֲשׁוּרוֹת

אָשֻׁר Testiculus

אֲשֵׁרָה Asiia. fundamẽtum & solũ inuenitur in nũero plurali. vt Hiere. 50. vbi dicitur. Ceciderũt fundamẽta eius. vbi pro fundamentis ponitur אֲשׁוּרוֹת Asioth. secundum terrminationẽ pluralem femininorum.

אָשֻׁר Asech. Testiculus. Leuit. 21. Vbi ponitur in nra trãslatione hernioſus. Pro quo hebrei legunt. Compressus vel attritus testiculo. & solũ inuenitur in predicto loco.

אִשְׁכָּר Munus.

אֶשְׁכָּר Escar. Munus. siue donum. De quo vide infra in dictione שָׂכַר Sacar.

אֶשֶׁל Nemus.

אֶשֶׁל E'sel. Arbor. & est nomẽ generale ad omnẽ arborẽ. Pro quo beatus hieronymus nemus transtulit. Genñ. 21. Abraã vero plantauit nemus. 1. Reg. 31. Et tulerũt ossa eorum & sepelierunt in nemore iabes.

אָשַׁם Delinq̃re.

אָשַׁם Asam. delinquere. peccare. errare. perire. disperire. Leuit. 4. vt faciat quiq̃ de iis que lege dñi prohibẽtur: atq; delinquat. Et in eodẽ. 5. Subiacebit delicto. Et in eodẽ. Quia per errorem deliquit in dñm. Et in eodem. 6. Pro singulis que faciẽdo peccauit. Hiere. 2. Omnes qui deuorant eum delinquẽt. Et in eodẽ. 50. Et hostes eorũ dixerunt non peccauimus. Significat etiã quãdo aliquis cõuincitur delicto: & quando cognoscit peccatũ suum & agit penitentiã. Leuit. 5. Oblitaq; postea intellexerit delictũ suũ: agat penitentiã pro peccato. Et in eodẽ. 6. Conuicta delicto reddet omnia que per fraudẽ voluit obtinere. Zach. 11. Occidebant & non dolebãt. i. non penitebat eos: quia non reputabãt hoc peccatũ. Significat etiã perire vel disperire. aut interire. vt Ezech. 6. Et dissipabũtur & interibunt are vestre. Osee. 14. Pereat samaria: qm̃ ad iracũdiam prouocauit deũ suũ. Ioel. 1. Sed & greges pecorum disperierũt. Ps. 5. Iudica illos deus. Pro quo hebrei legũt. Disperde illos deus. & inde אָשֵׁם Asam. siue אָשְׁמָה Asma. i. peccatũ. delictum. error. vt Leuit. 6. Iuxta estimationẽ mensurãq; delicti. Et in eodẽ. 4. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populũ. Pro quo in hebreo habetur. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit pro delicto populi siue pro peccato populi. Et in eodẽ. 5. Quia per errorem deliquit in dñm. Et in eodẽ. 6. Pro peccato aũt suo offeret arietem immaculatũ. Esa. 53. Si posuerit pro peccato animam suam. Accipitur etiã pro victima siue hostia que offerebatur pro delicto vel peccato. Leuit. 7. Hec est lex hostie pro delicto. Et in eodẽ. Mactabitur & victima pro delicto. Accipitur etiam pro mulcta vel pena que imponitur alicui pro aliquo delicto vel peccato.

Peccare

Delictũ cognoscere.

Cõuincere delicto.

Dolere.

Perire.

Interire.

Disperire.

אָשֵׁם Delictũ.

אָשְׁמָה Error. peccatũ

Hostia pro delicto.

Mulcta vl pena.

אָשְׁמָן Caliginosum.

אָשְׁמָן Asman. Locus immundus. vel desolatus. Pro quo translatio nostra habet caliginosum. Esa. 59. Impegimus meridie quasi in tenebris: in caliginosis quasi mortui. & solũ inuenitur in numero plurali in predicto loco.

אָשַׁף Magus.

אַשָּׁפִים Magi.

אַשְׁפָּה Pharetra

אַשְׁפּוֹת Stercus. sterquilinũ.

אַשְׁפּוֹת Stercora.

אָשַׁר Beatificare.

Bẽm facere

bẽm dicere

bẽz pdicare

אֲשֻׁרִי Beatus.

אָשַׁף Asaph. magus. Dañ. 2. Verbum huiusmodi scisscitatur ab omni hariolo & mago & chaldeo. & in pl̃ali. אַשָּׁפִים Asapim. vt in eodẽ. Precepit aũt rex vt cõuocarentur harioli & magi & malefici & chaldei. Item אַשְׁפָּה Aspa. pharetra. Iob. 39. Super ipsum sonabit pharetra. Esa. 49. In pharetra sua abscondit me. Threñ. 3. Misit in renibus meis filios pharetre sue. Item אַשְׁפּוֹת Aspoth. stercus siue sterquilinũ. Ps. 112. De stercore erigens pauperem. Nee. 3. vsq; ad portã sterquilinii edificauit melchias. & scribitur in plu. אַשְׁפָּתוֹת Aspathoth. Threñ. 4 Amplexati sũt stercora.

אָשַׁר Asar. Beatificare. beatũ facere. beatum dicere. siue beatũ predicare. beatum esse. Iob. 29. Auris audiẽs beatificabat me. Esa. 9. Et erunt qui beatificant populum istum seducentes. Ps. 40. Et beatum faciet eum in terra. Genñ. 30. Beatã quippe me dicent omnes mulieres. Esa. 30. Qui beatũ te dicunt: ipsi te decipiunt. Canti. 6. Et beatissimam predicauerunt eam. Et inde אֹשֶׁר Oser. i. beatitudo. Genñ. 30. Dixitq; lia: hoc ꝑ beatitudine mea. & inde אַשְׁרֵי Asre. i. beatus. siue beati. aut beata. nam scribitur pluraliter et est omnis numeri & ois generis. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur a dño. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio

Beatitudo.

Beatus.

Universidad de Deusto Biblioteca

impiorū.Ps.32. Beata gens cuius est dñs deus eius. Eccl's. 10.Beata terra cuius rex nobilis.3.Reg.10.Beatí virí tuí & beatí seruí tuí.Ps.83. Beatí quí habitant in domo tua dñe. Ps.118.Beatí imaculatí in via.scribitur etiā cum littera mē in prīcipio & dicitur מְאַשָּׁר Meusar.Prouer.3.Et quí tenue rit eam beatus. Item אָשַׁר Iser.ambulare.dirigere.subueni re.Prouer.9.Et ambulate per vías prudētie. Et in eodē.4. Nec placeat malorū via.Pro quo hebreí legunt. Necambu les:síue ne gradíaris in via malorū.Ps.16. Proiicientes me nunc circūdederūt me.Pro quo btūs hieronymus in psalte rio iuxta hebraicā veritatē transtulit.Incedētes aduersum nos nunc circūdederūt nos.significat etiā dirigere vel sub uenire.Prouer.23.Et dirige in via animū tuum.Esa.1.Sub uenite oppresso iudicate pupillo.Inde אֲשׁוּרִי Asure.i.gre sus aut vestigía.Ps.16.Perfice gressus meos in semitis tuis. Ps.36. Non supplantabūtur gressus eius. & aliqñ ponitur אַשַׁר Asur in singulari sine vau in medio:& significat gres sus vel vestigía aut semitā.Iob.23.Vestigía eius secutus est pes meus. Et in eodē.31.Si declinauit gressus meus de vía. Itē אֲשֶׁר Aser.dictio est relatiua oīs generis & vtriusq; nu meri.i.quis.vel qui.que.quod.quí.que. & est īdeclinabilis sicut alia noīa hebraica.Geñ.1. Diuisitq; aquas q̄ erant sub firmamēto ab iis que erant sup firmamentū.Et in eodem. Cuius semen in semetipso sit.& in eodē.3.Mulier quā dedí sti mihi.Nu.13.Hec sunt noīa virorū quos mísit moyses.Po nitur ēt pro cōiunctione q.quia. qm̄.eoq.vt.3.Reg.15.Eo q fecisset dauid rectū in oculis dñi. Ps. 118. Quia eloquía tua non custodierūt. Itē significat vt:vel immo. Ruth.3.Et prouidebo vt bene sit tibi.1.Reg.15.Et ait saul ad samuelē: immo audiuí verbū dñí. Itē significat.sí.Leuí.4.Sí pecca uerit princeps.Deut.11. Sí obedieritis mādatis dñí dei vr̄í. Habet etiā alios modos significandí qui possunt reduci ad supradicta. Itē אֲשֵׁרָה Asera.lucus. Deut.16.Non plantabis tibí lucū & omnē arborē iuxta altare dñí dei tuí.3.Reg.15. Et in luco ei9 quē cōsecrauerat.Et in pl'alí אֲשֵׁרִים Aserim. secundū formā masculinorū. Exo.34. Lucosq; succide.3. Reg.14.Edificauerūt enim & ipsí aras & statuas et lucos. Et inde dī אֲשׁוּרִים Asurim.Pro quo btūs hieronym9 trās stulit pretoriola que sunt cellule parue in nauí ex lignis fa cte.Ezech.27.Pretoriola de insulís italie.& per additionē tau in principio dī תְּאַשּׁוּר Theasur.quod significat quodā genus arboris.quod nostra translatio buxū nominat. Esa. 41.Ponā in deserto abietē & vlmū et buxum símul.

אֵת Eth. Articulus est obliquorū casuū.& preponitur per sone patientí.& cōíter ponitur ad denotandum accusa tiuū casum. Geñ.1.In principío creauit deus celū & terrā. Vbi ante celū p̄ponitur predictus articulus אֵת Eth.et símí liter ante terrā.& sic infra. Et fecit deus firmamentū. Et in eodē.Fecitq; deus duo luminaria magna. & in eo. Et crea uit de9 hominē.Et in eodē.44.Iam vrbem exierāt.Et in pluribus aliis locis sacre scripture.quia vt sepe dictū est no mina hebraica sunt indeclinabilia.& ideo habent aliquos articulos per cōpositionē vel per appositionē:qui denotāt casus nominū:qui ōmittūtur in nr̄a trāslatione:eo q̄d noīa declinantur per casus.& aliqñ in hebreo cognoscitur casus nominū ex cōtextu orationis sine aliquo articulo. Geñ.5. In die qua creauit deus hominē. Vbi nullus articulus pre ponitur huic dictoni hominē que hebraice dicitur Adam. Et aliqñ supradictus articulns אֵת Et.Preponitur noīatiuo. Geñ.49.Et omnipotens benedicet tibí. Vbí huic nomini oīpotens preponitur predictus articulus. et. 1. Reg.17. Et veniebat leo vel vrsus & tollebat arietē.4.Reg.6.Caderet ferrū securis in aquā.& in eo. 9.Sedentes in currībus seque bamur achab patrē huius.Nec.9.Reges nostrí non fecerūt legem tuā.Hiere.35. Preualuerunt sermones ionadab filíi rechab. Ezech.43. Filíi hoīs locus solíi mei & locus vestí giorū pedum meorū.Et in eodē.39.Qui sepeliāt & requí rant eos qui remanserāt.Pro quo in hebreo habetur. Sepe lientes transeuntes eos qui remanserant.vbí huic dictioní transeūtes preponitur p̄dictus articulus.& similiter oībus noīatiuis predictis.et aliqñ ponitur ad denotandū datiuū casum.vt Leuí.13.Ostenderturq; sacerdotí.Iob.26.Quem docere voluísti.Pro quo in hebreo habetur.Cuí annūciasti sermones síue verba.& aliq̄ndo ponitur predicta dictio אֵת Eth.pro ad.vt Iudí.19.Et nūc vadim9 ad domū dei.1.Reg. 30.Accedens autē dauid ad populū salutauit eos .Itē ponī tur pro de.vl' a.vt Iosue.22.Et a nostro cōsortio ne receda tís. Hiere.15. Et adducā inimícos tuos de terra quā nescís. Ponitur etiā pro cum.Geñ.25. Potuit coire quispiā de po pulo cum vxore tua.Et in eodē.37. Pascebat gregem cum fratribus suís.et in eo.Et erat cū filiis bale & zelphe.Exo.1. Qui ingressi sunt in egyptū cum iacob.Ps.77.Et non est creditus cum deo spūs eius.Itē ponitur pro cōtra.Geñ.14. Inierunt bellū cōtra bara regem sodomorū : & cōtra bersa regem gomorre.& cōponitur cum pronoībus hoc modo. אִתִּי Othí.idest me.אִתָּךְ óthcha síue אַתָּךְ Othach.idest te.vt Geñ.12. Et interficient me & te reseruabunt.אִתּוֹ Otho.i.eum vel ipsum aut illū.אִתָּנוּ Othanu.i.nos accusa tiui casus.אִתְּכֶם Ethchem.i.vos.accusatiui casus.אִתְּכִי Ethchen.i.vos fe.gñis.אִתָּם Otham.i.eos. aut semetipsos. vt Ezech.34.Ve pastorib9 ísrael qui pascebant seipsos.אִתָּנָה Othána síue אִתְּהֶן Ethhen.i.eas.& aliqñ scribitur cum vau in prima & pūcto olem & dicitur אוֹתְהֶן Othhen.vt Ezech. 23.Et cōfodiātur gladiis eorū. pro quo in hebreo habetur Et cōfodient eas gladiis eorū. Et similiter cōponitur cum pronominibus: quando ponitur pro cum.hoc modo.אִתִּי Ithí.i.mecū. & aliqñ est aduerbiū hortandí. Pro quo btūs hironymus transtulit venī.Canti.4. Venī de líbano spon sa mea:venī de líbano.אִתְּךָ Ithecha síue אִתָּךְ Ithach.i.tecū אִתּוֹ Itho.i.secū aut cum eo.אִתָּהּ Itha.i.cū ea.אִתָּנוּ Ithánu ídest nobíscum.אִתְּכֶם Ithechem.i.vobíscū.אִתְּכִי Ithechen. ídest.vobíscum.fe.gene.אִתָּם Itham.cum eis vel cum illis aut cum ípsis.אִתָּן Ithan.cum eis vel cum illís.fe.ge.Itē אַתְּ Ath.i.tu.fe.ge.& aliquādo ponitur pro masculo.vt Nu.11. vbí dicitur. Sín autē aliter tibí vídetur. Pro quo hebreí le gunt.Sí autē sic tu facies mihí.Deut.5.Cuncta que dixerit deus noster tibí:loqueris ad nos.Pro quo in hebreo est. Tu loqueris ad nos.Ezech.28.Tu cherub extentus & ptegens In aliis vero locis scribitur cum he in fine. & dicitur אַתָּה Atha.i.tu.Geñ.3.Et tu insidiaberís calcaneo eius. Et in eo. 4.Et tu dñaberis illíus. Exo.19. Tu enim testificatus es & iussísti dicens.& in eodē. Ascendesq; tu & aaron tecū.Sed quādo refertur ad feminā:semp scribitur sine he.et in pl'alí אַתֶּם Athem.i.vos.vt Geñ.43. Vos autē eritís innoxíi. Et in eodē. Vos aūt abite liberí ad patrem vestrū.& q̄ñ refer tur ad femínas scribitur cū littera nū in fine.et dicitur אַתֶּן Athen.i.vos.fe.ge. Et aliqñ additur he in fine. & dicitur אַתֶּנָה Athéna.vt Geñ.31.Et ipse nostís q̄ totís víribus meís seruierim patrí vestro.pro quo in hebreo est.Et vos nostís. Et in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine etiā sí re feratur ad masculos.et dicitur אַתּוּן Athun.i. vos. Dañ.2. Quod tēpus redímitis.pro quo hebreí legūt.Quod tēpus vos redímitis.Item אֵת Eth.i.ligo instrumentū quo terrā fodímus.vt.1.Reg.3.Vt acueret vnusquisq; vomerē suū & ligonē. Et in plurali אִתִּים Ithim.i.ligones.vt.1. Reg.13. Retuse ítaq; erant acies vomerū et ligonum. & aliqñ bea-

Beatus. Beatí.
מְאֻשָּׁר Beatus
אָשַׁר Ambulare
Incedere
Dirigere subuenire.
אַשּׁוּרִי Gressus.
אֲשַׁר Vestigia.
אֲשֶׁר Que.
Cuius. Quam. Quos. Eo q. Quia.
Vt. Immo. Si.
אֲשֵׁרָה Lucus.
אֲשֵׁרִים Luci.
אֲשׁוּרִים pretoriola.
תְּאַשּׁוּר Buxus.
אֵת Articulus accusatiui.
אֵת Articulus noīatiui.
Artículus datiuí.
אֵת Ad. A. De. Cum
Contra.
אִתִּי Me.
אִתָּנוּ Nos.
אִתְּכֶם Vos.
אִתְּכִי Vos
אִתָּנָה Vos.
אִתּוּן Vos.
אֵת Ligo.
אִתִּים Ligones.
אַתָּה Tu.
אַתֶּם Vos.
אַתֶּן Vos
אַתֶּנָה Vos.
אַתּוּן Vos.
Mecum.
Veni

Universidad de Deusto Biblioteca

Vomeres. Aratra. tus hieronym⁹ transtulit vomeres siue aratra. Esa. 2. Et cõflabunt gladios suos in vomeres. Ioel. 3. Concidite aratra vestra in gladios.

אָתָה Venire. אָתָה Atha. Venire. accedere. Iob. 37. Ab aquilone aurum venit. Esa. 21. Venit mane & nox. Deut. 33. Et cũ eo sanctorũ millia. Pro quo hebrei legũt. Et venit de millibus sanctorũ. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te. Mich. 7. In die illa vsq; ad te veniet. Et aliq̃ndo scribitur sine he in fine. vt Esa. 41. Et veniet ab ortu solis. Et quãdoq; mutatur he finalis in iod. vt Iob. 3. Quia timor quẽ timebã venit mihi. et Esa. 21. Conuertimini & venite. Et in eodẽ. 41. Appropinquauerũt & accesserũt. Et in eo. 56. Omnes bestie agri venite ad deuorandũ. & in eodẽ. Venite sumamus vinum. Inuenitur etiã sine aleph in principio: & ponitur in fine loco he finalis. Deut. 33. Qui venit cum principibus populi. Et aliq̃n ponitur he in prĩcipio loco aleph. Esa. 21. Occurrentes sitienti afferte aquã. Hiere. 12. Properate ad deuorãdum. pro quo hebrei legũt. Venite ad deuorãdum siue ad comedendũ. & inde אֹתִיּוֹת Othiioth. i. ea que vetura sunt. Esa. 41. Annũciate que ventura sunt in futurũ. Et in eodẽ. 45. Ventura interrogate me.

Accedere. Afferre אֹתִיּוֹת Ventura.

אָתוֹן Asina. אָתוֹן Athon. Asina. vt Nu. 22. Et strata asina profectus est. Et in eodẽ. Cũq; vidisset asina stantẽ angelũ. Et in eo. Et aperuit dñs os asine. scribitur etiã cum littera vau in secunda syllaba in eodẽ capto. & in plurali אֲתֹנוֹת Athonoth. idest asine. vt Geñ. 32. Asinas viginti & pullos earũ. Iudi. 5. Qui ascenditis sup nitentes asinos. Pro quo in hebreo habetur. Qui ascenditis sup nitẽtes asinas. 1. Reg. 9. Perierant autẽ asine eis patris saul. Item אֵתָן Ethan. fortis vel robust⁹ aut asperũ vel saxosum. De quo vide supra in dictiõe אית Eth. quia cõiter scribitur cum littera iod in medio dictionis. Itẽ אֲתוּנָא Athun siue אַתּוּנָא Athuna. In lingua chaldaica significat fornacẽ siue furnũ. Dañ. 3. Eadẽ hora mittetur in fornacẽ ignis ardentis. Et in eo. Missi sunt in mediũ fornacis ignis ardentis. Et in eodẽ. Fornax autem succensa erat nimis.

אֲתוֹנוֹת Asine. אֵתָן Fortis. אֲתוּן אַתּוּנָא Fornax

אָתַר Excutere Locus. אָתַר Athar. In lingua chaldaica significat excutere. Dañ. 4. Excutite folia eius. Significat etiã locũ. vt supra in eodẽ. 2. Nullusq; locus inuẽtus est eis. Esd. 6. Et referatur in templũ ierusalẽ in locum suum.

De incipiẽtibus a littera. ב. Beth.

בְּ In. Cum. Quando. Ad. Per Contra בְּ Be. In. cum. quãdo. ad. per. contra. Sed hec littera be nũq; reperitur sola per se sicut nec vlla alia littera hebraica reperitur sola sed in cõpositione cum noie vel pronomine aut cum verbo siue participio vel gerũdiis. & ponitur pro in. aut cum vel cõtra. vt Geñ. 1. In principio creauit deus celum & terrã. Et in eodẽ. 35. Et prosequerer te cum gaudio et cum canticis & cũ tympanis & cum citharis. Ps. 125. In cõuertendo dñs captiuitatẽ sion. Osee. 6. Cum cõuertero captiuitatẽ populi mei. Item ponitur pro quando. Geñ. 2. Quãdo creati sunt. Et in eodẽ. 16. Qñ peperit ei Agar ismaelem. Et in eodẽ. 25. Quãdo nati sunt paruuli. & in eo. 41. Quãdo stetit in conspectu regis. Item ponitur pro ad. Geñ. 1. Faciamus hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ nr̃am. Et in eodẽ. Et creauit deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem suã: ad imaginẽ dei creauit illum. Et in eodẽ. 5. Ad similitudinẽ dei fecit illum. Item ponitur pro per. Geñ. 21. Iura ergo per dñm ne noceas mihi. Et in eodẽ. 22. Per me metipsum iurauí dicit dñs. Et in eodẽ. 28. Angelos quoq; dei ascendẽtes & descendẽtes per eam. Ps. 65. Transiuim⁹ per ignem & aquã. Ponitur etiã pro cõtra. Geñ. 16. manus eius contra oẽs & manus omniũ cõtra eum. Exo. 14. Dñs enim pugnat pro eis cõtra nos. Nu. 12. Locutaq; est maria et aaron contra moysen. Deut. 2. Ne mouceamini cõtra eos. Et in eodẽ. 5. Ne loquaris contra proximũ tuũ falsum testimoniũ. Iob. 22. Et erit oĩpotens contra hostes tuos. & cõponitur cum pronoĩbus sic. בִּי Bi. i. in me. בְּךָ Becha siue בָּךְ Bach. i. in te. בּוֹ Bo. in illo aut in eo vel in ipso. בָּהּ Ba. in illa vl̃ in ea aut in ipa. בָּנוּ Bánu. in nobis. בָּכֶם Bachem. ĩ vobis בָּכֶן Bachen. in vobis. fe. ge. בָּם Bam siue בָּהֶם Bahem. in illis aut in eis vel in ipsis. בָּהֶן Bahen in eis vel in ipsis: aut in illis. femínini generis.

בִּי In me.

בָּבַת Pupilla בָּת Pupilla. בָּבַת Babath. Pupilla. s. oculi. Zach. 2. Qui autem tetigerit vos tangit pupillam oculi sui. Inuenitur etiã cum simplici beth. et dicitur בָּת Bath. i. pupilla. Threñ. 2. Ne taceat pupilla oculi tui.

בָּא Venire. בּוֹא בָּא Ba. venire. ingredi. De quo vide infra in dictione בּוֹא Bo cum vau in medio: quia ab eo deriuatur.

בֵּאַר Explanare בְּאֵר Baar. Explanare. declarare. elucidare. Deut. 1. cepit moyses explanare legẽ. Et in eodẽ. 27. Et scribes sup lapides oĩa verba legis huius plane & lucide. Abac. 2. Scribe visum & explana eũ sup tabulas. Item בְּאֵר Beer. Puteus Geñ. 21. Quoniã ego fodi puteũ istum. Et in eodẽ. 26. Et reperierũt aquã viuam. Pro quo in hebreo habetur. Et reperierunt puteũ aquarũ viuentiũ. Et in eo. Fodit aliũ puteum. Et in plurali בְּאֵרוֹת Beeroth. i. putei. Geñ. 14. Vallis aũt siluestris habebat puteos multos bituminis. et in eodẽ. 26. Omnes puteos quos foderãt serui Abraam.

בְּאֵר Puteus. בְּאֵרוֹת Putei.

בָּאַשׁ Fetere putrescere Computrescere. Baas. Fetere. computrescere. fedare. confundere. odiosum esse. tristari. displicere. Exo. 5. Quoniã fetere fecistis odorem nostrũ corã pharaone. Et in eodẽ. 7. Et putrescet aqua. Et in eodẽ. Cõputruitq; fluuius. & in eo. 16. Et scatere cepit vermibus atq; cõputruit. Ps. 37. Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee. Eccl's. 10. Musce morientes perdunt suauitatẽ vnguenti. Pro quo hebrei legunt. Musce morientes fetere faciũt. Significat etiã odiosum esse siue fedare vel confundere. Geñ. 34. Odiosum fecistis me chananeis. 1. Reg. 27. Multa mala operatus est cõtra populum suũ israel. Pro quo hebrei legũt. Odiosus factus est cũ populo suo israel. 2. Reg. 10. Videntes aũt filii Amon q̃ iniuriam fecissent dauid. pro quo hebrei legũt. Videntes aũt filii amon q̃ odiosi siue fetidi essent dauid. Et in eode. 16. Vt cum audierit oĩs israel q̃ fedaueris patrẽ tuũ. & Prouer. 13. Impius autẽ confundit. Et in lingua chadaica significat cõstristari siue displicere. Dañ. 6. Satis cõtristat⁹ est. & inde. בְּאֵשׁ Beos. i. fetor vel putredo. Esa. 34. Et de cadaueribus eorũ ascendet fetor. Ioel. 2. Et ascendet fetor ei⁹. Amos. 4. Et ascendere feci putredinẽ castrorũ vr̃orũ. Et inde בָּאֻשָׁה Basa. i. vua fetida & pessimi saporis que vocatur labrusca. Iob. 31. Et pro ordeo spina. pro quo hebrei legunt. Et pro ordeo labrusca. cuius plurale בְּאֻשִׁים Beusim habetur Esa. 5. An quod expectaui vt faceret vuas & fecit labruscas.

Fedare Cõfundere Cõtristari בְּאֵשׁ Fetor. בָּאֻשָׁה Vua fetida Spina. בְּאֻשִׁים Labrusce.

בָּגַד Direptio Cibus. בָּגַד Bag. Cibus. esca. Ezech. 25. Et tradam te in direptionẽ gentiũ. Pro quo hebrei legunt. Et tradam te in cibũ vel in escam gentibus. Nam supra dixerat ipsi comedẽt fruges tuas: & ipsi bibent lac tuũ. & preponitur ei פַּת Path. Quod significat panẽ vel cibũ. & dicitur פַּתְבַּג Pathbag. Pro quo beatus hieronym⁹ aliq̃n transtulit cibos. vt Dañ. 1. Et cõstituit eis rex annonã per singulos dies de cibis suis. Et in eo. Ne polluerẽtur de mensa regis. i. de cibis regis. Et in eodẽ. Qui vescuntur cibo regio. & aliq̃n transtulit panẽ. vt in eodem. 11. Et comedẽtes panẽ cum eo cõterent eum.

פַּתְבַּג Cibi. Panis.

בָּגַד Bagad. Preuaricari. aspernere. contẽnere. spernere. despicere. Esa. 24. Preuaricantes preuaricati sunt. בָּגַד Preuaricari.

Hiere.12. Bene est oībus qui preuaricantur & iniqꝫ agunt.

Spernere. Osee.5. In dño preuaricati sunt. Significat etiā spernere

Contēnere aut contēnere vel despicere. Exo.21. Si spreuerit eam. Esa. 33. Et qui spernis: nōne tu sperneris. & in eodē. Cum fatigatus desieris contēnere cōtemneris. Hiere.3. Quomodo si contēnat mulier amatorē suū: sic contēpsit me dom⁹ israel. Threñ.1. Oēs amici eius spreuerūt eam. Malach.2. Quare ergo despicit vnusquisqꝫ vestrū fratrem suū. et in eodē. Et vxorem adolescentie tue noli despicere. & inde בָּגֵד Béged

Despicere. לָגוֹד

בָּגֵד siue בָּגֶד Báged. i. preuaricatio vel contemptio. Esa.24. Et

Puaricatio בִּגְדוֹת preuaricationē trāsgressorū. & in plurali בִּגְדוֹת Bógdoth. ideſt preuaricatiōes. & inde בֹּגֵד Boged. i. preuaricator. vel qui spernit. Esa.21. Qui incredulus est infideliter agit. pro quo hebrei legūt. Qui spernit p̄uaricator est: siue qui preuaricator est spernit. & in eodē.33. Et qui spernis: nōne tu sperneris. et in plurali בֹּגְדִים Bógdim. i. preuaricatores vel transgressores. Esa.24. Et preuaricationē transgressorum preuaricati sunt. Hiere.9. Quia oēs adulteri sunt & cetus preuaricatorū. & in gñe fe. בְּגֵדָה Bagoda siue בֹּגֵדָה Bógeda vt Hiere.3. Et vidit preuaricatrix soror eius iuda. et in eo. Et non timuit preuaricatrix iuda soror eius. Itē בָּגֶד Béged Pānus. vestis. siue vestimentū. vt Geñ.28. Et dederit mihi panem ad vescendū et vestimentū ad induendū. Exo.28. Faciesqꝫ vestem sanctā aaron fratri tuo. Ps.101. Et oēs sicut vestimentū veterascent. Esa.64. Et quasi pānus mēstruate vniuerse iustitie nostre. Et in plurali בְּגָדִים Begadim. i. pāni vel vestimenta. Leui.12. Lauabit vestimēta sua. Itē בָּגָד In felicitate aut venit felicitas. De quo vide īfra in dictione בַּד gad: quia est dictio composita.

Inuidus. בֹּגְדָנִים

Preuaricatrix. בְּגֵדָה

בְּגֵדָה

Vestimētū. בָּגֶד

Pānus. בְּגָדִים

Vestimēta. בָּגָד

Felicitate. בִּגְלַל

Ob grām. Vt. Propter.

בִּגְלַל Biglal. Propter. ob gratiā. Geñ.12. Et viuet aīa mea ob gratiam tui. Deut.15. Vt benedicat tibi dñs deus tuus in omni tēpore. Pro quo hebrei legūt. Quia propter hanc rem benedicet tibi dñs deus tuus in omni ope tuo.

בַּד Bad. linū. vel lineus. diuinus vel diuinator: aut mēdax. vectis. ramus. pondus. Leui.16. Tunica linea vestietur

Linum. feminalib⁹ lineis verenda celabit: accīgetur zona linea cidarim lineā imponat capiti. Significat etiā diuinū vel diuinatorem. & solū inuenitur בַּדִּים Badim in nūero plurali. Esa.44. Signa diuinorū irrita facit Hiere.50. Gladius ad diuinos eius qui stulti erunt: et quia isti cōmuniter mentiū tur ideo secundū hebreos etiā significat mēdaces siue mendacia. Iob.11. Vbi nos habemus: tibi soli tacebūt homines? hebrei legūt. Mendacia tua tacebūt hoies? Et in eodē.41.

Diuini. בַּדִּים

Soli. Mēdacia. Potentes

Non parcā ei verbis potentibus. pro quo ipsi legūt. Non tacebo mendacia eius. Vide etiā de hoc īfra in dictione בָּרָא bada. Significat etiā vectes siue fortitudinē. Exo.25. Faciesqꝫ vectes de lignis setim. Esa.16. Et indignatio ei⁹ pluscꝫ fortitudo eius. Accipitur etiā pro membris vel brachiis eo quod sunt quasi vectes & in illis est fortitudo. Iob.18. Deuoret pulchritudinē eius: & cōsumat brachia ei⁹ primogēita mors. & etiā pro pulchritudine habetur ibi eadē dictio. Ponitur etiā pro profundo. vt in eodē.17. In profundissimū infernū descendant oia mea. Sed etiā in hoc loco hebrei legunt. Membra siue brachia. s. mea in īfernū descendāt. Itē accipitur pro ramis arboris eo q̄d sunt sicut mēbra in homine. vt Ezech.19. Et egressus ignis de virga ramorū ei⁹. et in eodē.17. Et fructificauit in palmites. significat etiā בַּד Bad. equalitatē ponderū vel mensurarū. s. qñ de diuersis rebus tantū accipitur de vno q̄tum de alio. vt Exo.30. Equalis ponderis erunt oia. Pro quo in hebreo habetur. Bad cū bad erunt. i. tantū cum tanto erunt: quasi dicat tantum de vno quantum de alio.

Vectes. Fortitudo

Brachia. Pulchritudo. Profūdissimum.

Rami. בַּד

Eqle pōd⁹

בָּדָד Badad. solus. solitarius. Et est oīnis generis & vtriusqꝫ

Solus. numeri. Leui.13. Solus habitabit extra castra. Deut.32. Dominus solus dux eius fuit. et in eodē.33. Habitabit israel cōfidenter & solus. Esa.27. Ciuitas enī munita desolata erit. ideſt sola vel solitaria. Hiere.49. Soli habitabūt. Threñ.1. Quomodo sedet sola ciuitas. Et in eo.3. Sedebit solitarius et tacebit. & aliqñdo scribitur cum vau in prima syllaba. et dicitur בּוֹדֵד Boded. i. solitarius. Ps.101. Sicut passer solitarius in tecto. Osee.8. Onager solitarius sibi ephraim. & recipit articulum lamed in principio. & dī לְבָדָד Lebadad. i. solus. solitarie. singulariter. et est oīs generis & vtriusqꝫ numeri. vt Nu.23. Populus solus habitabit. Ps.4. Quoniā tu domine singulariter. Mich.7. Habitantes solos in saltu. Et aliqñ scribitur cum simplici daled. & dicitur לְבַד Lebad ideſt sol⁹. seorsum. singulariter. Zach.12. Et plangēt terre: familie & familie seorsum: familie domus dauid seorsum: et mulieres eorū seorsum. Et cōponitur cum ꝓnominibus hoc modo. לְבַדִּי Lebadi. solus ego. Deut.1. Non possum solus sustinere vos. לְבָדֶךָ Lebadécha. solus tu. Exo.18. Solus illud non poteris sustinere. לְבַדּוֹ Lebado. solus ille. Geñ. 32. Mansit solus. & in nostra trāslatione amittūtur iste persone. s. ego. tu. ille. quia subintelligūtur ex verbis appositis לְבַדָּהּ Lebada. sola illa. לְבַדֵּנוּ Lebadénu. soli nos לְבַדְּכֶם Lebadechem. soli vos. לְבַדְּכֶן Lebadechen. sole vos. feme. ge. לְבַדָּם Lebadam. soli illi. לְבָדָן Lebadan. sole ille. Item לְבַד Lebad. i. preter. excepto. absqꝫ. Deut.18. Excepto eo q̄d in vrbe sua ex paterna eis successione debetur. 3. Re.5. Absqꝫ prepositis qui p̄erant singulis operibus. & etiā preponitur ei lr̄a mem. & dicitur מִלְבַד Milebad. i. absqꝫ. excepto. preter. Geñ.46. Absqꝫ vxorib⁹ filiorū ei⁹. Leui.23. Exceptis sabbatis dñi. Deut.4. Non est alius preter eum.

Solus.

Desolata

Soli.

Sola.

Solitari⁹.

Solitari⁹.

Solus.

Singulr.

Soli.

Seorsum.

Solusego

Excepto.

Absqꝫ.

Absqꝫ.

Excepto.

Preter.

בָּרָא Bada. Fingere. mētiri. 3. Reg.12. Quintadecima die mensis octaui quem finxerat de corde suo. Nec.6. De corde enim tuo tu cōponis hec. i. tu fingis hec mendacia. Et dicunt aliqui q̄ ab hac dictione deriuatur. בָּדִים Badim. quod in supradicta dictione dixim⁹ significare diuinatores seu mendaces.

Fingere.

diuīatores

בָּרַל Badal. Diuidere. separare. Geñ.1. Diuisit lucem a tenebris. & in eodem. Et diuidat aquas ab aquis. Exo.26. Quo & sanctuariū & sanctuaria sanctuarii diuidētur. Nu. 16. Nunquid parū vobis est q̄ separauit vos deus. & in eo. Separamini de medio cōgregationis huius. Deut.10. Eo tē pore separauit dñs tribum leui. Esd.6. Et oīes qui se separauerant a coinquinatione gentiū terre. Et in eodē.9. Non est separat⁹ populus israel. Et in eodē.10. Separamini a populis terre. Esa.56. Et non dicat filius aduene qui adheret domino dicens: separatione diuidet me dñs a populo suo. Item בְּדִיל Bedal. cartilago. siue extremum auris. Amos.3. Quomodo si eruat pastor duo crura aut extremū auricule Item בְּדִיל Bedil. stannū. Nu.31. Et stannū & plumbū. Esa. 1. Auferam omne stannū tuū. Ezech.27. Argento ferro stāno plumboqꝫ repleuerūt nundinas tuas. Zach.4. Et vidēbunt lapidē stāneū in manu zorobabel.

Diuidere

Separe

Extremū auricule.

Stannū.

בְּדֹלַח Bedólach. bdeliū. quod secundū aliquos est genus lapidis precioſi. Geñ.2. Ibi inuenitur bdeliū & lapis onychinus. et Nu.11. Erat autē man quasi semen coriandri coloris bdelii.

Bdeliū.

בָּדַק Badach. instaurare. vel reparare ruinam vel fissuras domorum. 2. Paral.34. Vt instaurarent templū & infirma queqꝫ sarcirent. In lingua vero chaldaica significat scrutari vel rimari: aut inuestigare. Inde בֶּדֶק Bédec. i. rima vel scissura: siue illud quod venit ad restaurandū: vel indiget restauratiōe. vt. 4. Reg.12. Et instaurarēt sartatecta domus siquid necessariū viderint instauratione. Ezech. 27.

Instaurare.

Scrutari

sartatecta

Instauratio.

Senes biblii & prudentes eius habuerūt nautas ad miniſteriū varie ſupellectilis tue. pro quo hebrei legūt. Senes gi-
ſciſſura vel rima. blii & prudētes eius fuerūt in te: cōfortantes vel reparātes rimam vel ſciſſuram tuā.i.reſtaurātes quicquid indiget reſtauratione.

Diſpgere בָּדַר Badar. In lingua chaldaica ſignificat diſpergere vel diſſeminare.vt Dañ.4. Diſpergite fructus eius.

In ea. בָּהּ Ba.in illa.vel in ea.aut in ipſa.ſiue in qua. Et eſt dictio compoſita cuius partes non inueniūtur per ſe.vt dictū eſt ſupra in principio huius littere Beth.

Vacuū. בֹּהוּ Bohu.vacuum.ſiue vacuitas.aut nihil. Geñ.1. Terra autē erat inanis & vacua. Vbi pro inanis ponitur. תֹּהוּ Thohu.et pro vacua ponitur בֹּהוּ Bohu.cum vau in fine loco he.& habētur eedē dictōes. Hiere.4 vbi dicitur. Aſpexi terram & ecce vacua erat & nihil.vbi pro vacua ponitur.

Nihil. תֹּהוּ Thohu.& pro nihil ponitur. בֹּהוּ Bohu.et Eſa.34. Vbi nos habemus & extendetur ſup eam menſura vt redigatur

Deſolatio. ad nihilū & perpendiculū in deſolatione:in hebreo habetur & extendetur ſup eam menſura thohu & lapides bohu. vbi tranſlatio nra pro thohu tranſtulit nihilū.& pro bohu deſolationē. Et aliqui hebrei dicunt q thohu ſit res omni forma carens.vt eſt materia prima. Et bohu aptitudo habendi:ſiue deſiderium quod mouet materiam primam ad omnem formam naturalem.

ſmaragd⁹ בַּהַט Bahat.genus lapidis.pro quo btūs hieronymus ſmaragdum tranſtulit. Eſter.1. Super pauimentū ſmaragdino et pario ſtratū lapide.& ſolū inuenitur in p̄dicto loco.

Cōturbari בָּהַל Bahal.Turbare.conturbare.feſtinare. accelerare.terrere.timere.temere loqui.vel temere feſtinare. Exo. 15. Tunc cōturbati ſunt principes edom.1.Reg.28. Cōturbatus enī erat valde. Iob.4. Tetigit te & cōturbatus es.

Cōturbare Turbare. Et in eodē.23. Et omnipotens cōturbauit me.et Ps.2. Et in furore ſuo cōturbabit eos.et Ps.6. Et aīa mea turbata eſt valde. & in eodē. Erubeſcant & cōturbētur vehemēter oēs inimici mei.et. Ps.29. Et factus ſum cōturbatus.et Ps.82. Et in ira tua turbabis eos. Significat etiā feſtinare vel acce-

Feſtinare. Cito pgere lerare.vt.2.Paralip.25 Ad quā me deus feſtinato ire precepit. Eſter.6. Et cito eum ad conuiuiū quod regina parauerat pergere cōpulerūt. Et in eodē.8. Egreſſi ſunt veredarii

Accelerat. Feſtinari celeres. Prouer.20. Hereditas ad quā feſtinatur in principio Et in eodē.28. Qui feſtinat ditari & aliis inuidet. Eccl's.7. Ne ſis velox ad iraſcendū. & in eodē.8. Ne feſtines recedere a facie eius· Item ſignificat terrere.vel pertimeſcere.aut temere loqui. Geñ.45. Et non poterāt reſpondere fratres

pterrere. ptimeſcere Temere loqui. nimio terrore perterriti. Iob.21. Et ego quādo recordatus fuero pertimeſco. Eccl's.5. Ne temere quid loquaris.et ide

Velociter. Feſtinatio cōturbatio Feſtinatio בְּהָלָה Behala ſiue נִבְהָלָה Nibhala.i.feſtinatio.velociter.conturbatio.terror. Leui.26. Viſitabo vos velociter.& Ps.77. Et anni eorū in feſtinatione. Soph.1. Quia cōſummationē cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Eſa.65. Nec generabūt in conturbatione. et in lingua chaldaica dī הִתְבַּהֲלָה Hithbehala.i. feſtinatio ſiue feſtinanter. Dañ. 2. Tunc arioth feſtinus introduxit danielē. Pro quo hebrei legunt. Tunc arioth cum feſtinatione introduxit danielem. Et in eodē.3. Surrexit prope.i.feſtināter. Eſd.4. Et abierunt feſtini. pro quo hebrei legūt. Et abierūt cū feſtinatiōe.

In illis בָּהֶם Bahem.in illis. vel in eis.aut in ipſis.et eſt dictio cōpoſita vt dictum eſt ſupra.

Animal Beſtia. Jumentū Pecus. בְּהֵמָה Behema.animal. beſtia.iumentū.pecus. Deut.14. Hoc eſt animal quod comedere debetis. Nec.2. Niſi aīal cui ſedebam. Prouer.30. Leo fortiſſimus beſtiarum. Exo.19. Siue iumentū fuerit ſiue homo nō viuet. Nu.3. Ab homine vſq; ad pecus mei ſunt. Et quādo poſt ſe regit geni

tiuū: vel quādo cōponitur cum pronominib⁹ : tunc mutat he in tau. ſicut & alia noīa hebraica in he deſinētia. vt Nu. 3. Et pecora leuitarū pro pecoribus eorū. quod in hebreo legitur ſingulariter. ſ. Et pecus leuitarū pro pecore eorū. Et in plurali בְּהֵמוֹת Behemoth. Deut.32. Dentes beſtiarū immitā in eos. Iob.12. Interroga iumēta & docebūt te. Et in eodē. Qui docet nos ſuper iumēta terre. Eſa.30. Onus iumentorū auſtri. Ps.8. Inſuper & pecora campi. Ioel.2. Nolite timere aialia regionis. Abac.2. Et vaſtitas animaliū deterrebit eos. Accipitur etiā pro noīe proprio quod ponitur pro demone. vt Iob.40. Ecce behemoth quē feci tecū fenum quaſi bos comedet. Tamē hebrei qui occidentē litteram ſequūtur dicunt: q in hoc loco accipitur pro quodā animali ignoto incredibilis magnitudinis quod vocatur behemoth in plurali terminatione.

בְּהֵמוֹת Beſtie. Jumēta Pecora Bialia. behemoth

Poller בֹּהֶן Bohen.pollex. Leuit.14. Et ſuper pollicē manus eius ac pedis dexteri. & in plurali בְּהֹנוֹת Behonoth.i.pollices. Iudi.1. Quē perſecuti cōprehederūt ceſis ſūmitatibus manuū eius ac pedum. Pro quo hebrei legūt. Quem perſecuti cōprehenderūt: et abſciderunt pollices manuū eius ac pedum. et in eodē. Septuaginta reges ceſis manuū ac pedū ſummitatib⁹. pro quo hebrei legūt. ceſis pollicibus manuū ac pedum. ſed idem eſt ſenſus.

בְּהֹנוֹת ſūmitates Pollices.

Macla coloris candidi. בֹּהַק Bohac. macula incute coloris candidi. Leui.13. Sciat non eſſe lepram: ſed maculam coloris candidi & hominem mundum.

Candor בָּהָר Bahar. candor. albedo. inde בָּהֶרֶת Bahereth.i.macula candida vel quaſi lucens. Leuit.13. Aut quaſi lucens quippiā.i.plaga lepre.& in eodē. Sin autē lucis candor fuerit in cute.& in eodē. Sin aūt in ſuo loco candor ſteterit. et in eodē. Vir ſiue mulier in cuius cute candor apparuerit. & in eodem. Si deprehenderit ſubobſcurū alborem lucere in cute. Et inde בָּהִיר Bahir.i.lucidū vel candidū ſicut eſt nix. Iob.37. Subito aer cogetur in nubes . p quo hebrei legūt Lucidū vel candidū eſt in nubibus.

בָּהֶרֶת q̄ſi lucens. lucis cādor Candor

Lucidū. בָּהִיר

In illo. בּוֹ Bo. In illo.vel in eo.aut in ipſo.et eſt dictio cōpoſita cuius partes nō inueniūtur per ſe.vt ſupradictū eſt.

Venire. בּוֹא Bo.venire.ingredi.intrare. introducere. ītromittere afferre. adducere. Geñ.6. Finis vniuerſe carnis venit ad me.et in eodē.19. Venerūt duo angeli ſodomā. & in eo. 24. Veni ergo hodie ad fontem aque.& in eodē.27. Venit germanꝰ tuus fraudulēter.et Exo.22. Maxime ſi cōductū venerat pro mercede operis ſui.et in eodē.20. Veniā ad te et benedicā tibi.1.Reg.4. Venit deus in caſtra. Ps.35. Non veniet mihi pes ſuperbie. Abac.2. Quia veniens veniet & non tardabit. Significat etiā ingredi: vel introire. Geñ.6. Et ingredieris arcam tu & filii tui. et in eodē.7. Ingredere tu & oīs domus tua in arcam. Et in eodē.34. Ingreſſi ſunt vrbem cōfidenter.& in eo.38. Et accepta vxore ingreſſus eſt ad eam. et Ps.5. Introibo in domū tuam. et Ps.17. Et clamor meus in cōſpectu eius introibit in aures eiꝰ. Ps.62. Introibūt in inferiora terre. Ps.78. Introeat in cōſpectu tuo gemitus cōpeditorū. Ps.99. Introite portas eius in confeſſione. et Eſa.2. Introibūt in ſpelūcas petrarū. et ſepe ſcribitur ſine vau in medio: vt in aliquibus locis predictis. & aliquādo loco vau ponitur iod. ſ. quādo eſt verbū tertie coniugationis: et tunc ſignificat afferre: vel introducere. aut adducere :vel offerre. Geñ.27. Affer mihi de venatione tua. Et in eodē.33. Suſcipe benedictionē quā attuli tibi. & in eo. 42. Adducite fratrē veſtrū. et in eodē. Obtulerū ei munera et in eodē. Et deferte viro munera. & in eo. Introduc viros domū. & in eodē. Introducti ſumus vt deuoluat in nos calūniā. Exo.35. Omnis multitudo filiorū iſrael obtulit mente

בּוֹא Venire. Introire Afferre Adducere. Offerre. Deferre. Introducere

בָּשַׂר Nūciare בָּשַׂר Baſar. Nunciare. annunciare. bonum nuncium portare. euangelizare. 2. Regum.18. Curram & nunciabo regi. et in eodem. Non eris nuncius in hac die: ſed nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare. Et in eodem. Bonum apporto nuncium. Eſa.60. Et laudes domini annunciantes. Hiere. 20. Qui annunciauit patri meo dicens: natus eſt tibi puer maſculus. Et inde מְבַשֵּׂר Mebaſer. ideſt Annuncians: vel euangelizans: ſiue qui annunciat vel qui euangelizat. Eſa.52. Quam pulchri ſuper mōtes pedes annunciantis & predicantis pacem annunciantis bonū. Et in ge.fe. מְבַשֶּׂרֶת Mebaſéreth.i. que annunciat vel que euāgelizat. Eſa.40. Super montem excelſum aſcende tu qui euāgelizas ſion. quod in hebreo legitur in ge.fe. ſcilicet tu que euangelizas ſion. Et in eodem qui euangelizas ieruſalem. pro quo hebrei legunt que euangelizas ieruſalem. cuius plurale מְבַשְּׂרוֹת Mebaſeroth habetur Ps.67. Dominꝰ dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et inde בְּשׂוֹרָה Beſora.i. nuncius ſiue annūciatio: vel euangeliza tio. 2. Reg.18. Non eris boni nuncii baiulus. Accipitur etiam pro premio vel mercede quod datur pro bono nūcio relato. 2. Reg.4. Cui oportebat me mercedem dare pro nuncio. Item בָּשָׂר Baſar. caro. ſiue carneus. Geñ.2. Et caro de carne mea. Et in eodem.6. Nō permanebit ſpiritus meus in homine in eternū quia caro eſt. Et in eodem. Excepto q carnē cū ſanguine non comedetis. Exo.30. Caro hominis non vngetur ex eo. Iob.10. Nunquid oculi carnei tibi ſunt. Ps.15. Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Eſa. 17. Et ponit carnē brachium ſuū. Et accipitur caro aliquando pro cōſanguinitate. Geñ.29. Os meum es & caro mea. Et in eodem.37. Frater enim & caro noſtra eſt. Eſa.58. Et carnem tuā ne deſpexeris. 2. Reg.5. Os tuum & caro tua ſumus. Accipitur ēt pro omni animato. Geñ.6. Finis vniuerſe carnis venit ad me. Et in eodem vt interficiam omnē carnē in qua eſt ſpiritus vite. Ps.135. Qui dat eſcam omni carni. Et aliqñ accipitur pro ſolo homīe. Ps.64. Ad te omnis caro veniet. Eſa.40. & videbit omnis caro pariter qd os domini locutum eſt.& in eodem.66. Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea dicit dñs.& in lingua chaldaica ſcribitur aliqñ cū aleph in fine & dicitur בְּשָׂרָא Biſra. Dañ. 2. Quorum non eſt cum hominibus conuerſatio. vbi ponitur caro pro hominibus. & inde בְּשׂוּר Beſur. ideſt incarnatio. Oſee.9. Vbi nos habemus ſed & ve eis cum receſſero ab eis. in hebreo habetur: ſed & ve eis incarnatio mea ex eis. vbi ponitur בְּשׂוּרִי Beſuri cū littera ſin. Ad hoc enim q ſignificaret cum receſſero debebat ſcribi cū littera ſamach.

Nūciare. Bonuz nūciū portare annūciare. Mūcius Merces. Caro. Carneus Caro Caro pro hoībus. incarnatio בְּשׂוֹרִי

Vnde.lxx.Interpretes ita transtulerunt .Sed & ve eis caro mea ex eis.vt refert beatus Hieronymus super hoc loco. Et dicit ve eis: quia ex hoc quod iudei pro maiori parte remā serunt in infidelitate secuta fuit eis miseria & infelicitas.Et hoc idem dicit Nicolaus de lyra in tractatu de differentiis nostre translationis ab hebreo.

בַּת Bathus. בַּת Bath.bathus.genus mensure liquidorū.3.Reg.7. Duo milia bathos capiebat.Ezech.45.Statera iusta: & ephi iustum: & bathus iustus erit vobis.& in eodem.vt capiat decimam partem chori bathus: & decimam partē chori ephi & in plurali בַּתִּים Bathim.vt in eodem.quia decē bathi implent chorum. Item בַּת Bath.idest filia. & in plurali בָּנוֹת Banoth.i.filie.de quo vide supra in dictione בָּנָה Bana.

בַּתִּים Bathi.

בַּת

בָּנוֹת

בָּתָה Halles. בָּתָה Batha.vastitas vel desertum.Esa.5.Et ponam eam desertam.& in plurali.בָּתוֹת Bathoth.Pro quo beatꝰ Hieronymus trāstulit valles.Esa.7. Et veniēt & requiescēt oēs in torrentibus vallium.

בְּתוּלָה Virgo. בְּתוּלָה Bethul.virgo.incorruptus. tamē nō inuenitur in scriptura nisi בְּתוּלָה Bethula in.ge.fe.i. virgo incorrupta Geñ.24. virgoq; pulcherrima incognita viro. Deut.32. Iuuenem simul ac virginem.Esa.37. Virgo filia syon.Hiere.31.Reuertere virgo israel.& in plurali.בְּתוּלוֹת Bethuloth. idest virgines.Esa.23.Nec ad incrementum perduxi virgines.& Amos.8. In die illa deficient virgines pulchre. Et inde בְּתוּלִים Bethulim siue בְּתוּלֵי Bethule.i.virginitas.vel signa virginitatis.Deut.22. Non inueni filiam tuam virginem.Pro quo hebrei legunt non inueni filie tue virginitatem.& in eodē.Et ecce hec sunt signa uirginitatis filie mee Iudi.11.Et plāgam virginitatem meam cū sodalibus meis. & semper inuenitur in numero plurali secundum terminationem masculinorum.& caret singulari.

בְּתוּלוֹת Virgines.

בְּתוּלִים

בְּתוּלֵי virginitas

בָּתַק Crucidare בָּתַק Bathac.Perfodere.trucidare.Ezech.16.et trucidabūt te gladiis suis.& solum inuenitur in predicto loco.

בָּתַר Diuidere. בָּתַר Bathar. diuidere. partiri. Geñ.15. Qui tollēs vniuersa hec diuisit ea per mediū.& in eodem. Aues aūt non diuisit. Inde בַּתָּר Bather.siue בֶּתֶר Bether.i.diuisio siue portio aut pars.vt Geñ.15.Et vtrasq; partes contra se altrinsecus posuit.& in eodem. Transiēs inter diuisiones illas. Vbi ponitur בְּתָרִים Betharim in numero plurali.et Hiere.34. Et transierunt inter diuisiones eius.Et in eodē qui transierunt inter diuisiones vituli.pōitur etiā בַּתֶּר Bather pro nomine proprio.Canti.2.Similis esto dilecte mi capree hinnuloq; ceruorum super montes bether. Vbi vicio scriptorū ponitur ibi in nostra translatione Bethel pro Bether. Nā debet scribi cum littera.t.& non cum.l. Et interpretatur diuisio siue partitio. Item בַּתַּר Bathar in lingua chaldaica significat post vel postea.Dañ.2.Et post te cōsurget regnum aliud.

בָּתָר Pars. Diuisio. בָּתָרִים

בֶּתֶר Bether.

בַּתַּר Post.

De incipiētibus a littera. ג Gimal.

גַּג Tectum. Solarium גַּגּוֹת Tecta. גַּג Gag.tectū vel solarium. Deut.22. Facies murum tecti p circuitū.Ios.2.Ipsa vero fecit ascendere viros in solariū domus sue.1.Reg.9.Et locutꝰ est cū saule in solario.Ps.101. Sicut passer solitarius in tecto. Et in plurali גַּגּוֹת Gagoth.i. tecta vel solaria.Ps.128.Fiant sicut fenum tectorū. Esa.22. Quia ascendisti & tu omnis in tecta.

גָּאָה Magnificari. גָּאָה Gaa.magnificari.exaltari vel eleuari. crescere. superbire. Aut in superbiā eleuari.Exo.15. Cantemꝰ dño: gloriose enim magnificatus est.Pro quo hebrei legūt.Magnifice enim magnificatus est: siue magnificatione magnificatus est: aut exaltatione exaltatꝰ est.vbi ponitur גָּאֹה גָּאָה Gao Gaa.significat etiā crescere Iob.8.Nunquid potest virere scirpus sine humore. Ezech.47. Qm̄ intumuerant aque profundi torrentis.i.creuerant aque profundi torrētis. Item significat superbire vel in superbiā eleuari.Iob.8 Et propter superbiam quasi leena capies me. Et inde גֵּאֶה Gee.i.superbꝰ. elatus.arrogans. Iob.40.Et respiciēs oēm arrogantem humilia eum.& in eodem.Respice cunctos superbos & humilia eos.Esa.2.Quia dies domini exercituū super omnem arrogantem & excelsum.& aliquando scribitur sine he in fine.Esa.16.Superbus est valde.& in plurali. גֵּאִים Geim.Prouer.15.Domum superborū demolietur dominus.& idem significat גֵּאוֹנִים Geeionim.Ps.122. Opprobrium abundantibus & despectio superbis.& inde גָּאוֹן Gaon.i.Superbia.arrogantia.altitudo.Prouer.16.Contritionem precedet superbia.Esa.13.Et quiescere faciam superbiam infidelium.& in eodem.16.Et arrogantia eius & indignatio eiꝰ plusquā fortitudo eius.Hiere.12.Quid facies in supbia iordanis. et Osee.7.Et humiliabitur supbia isrl' in facie eius.Amos.6. Detestor ego supbiā iacob.Zach.11. Vox rugitus leonum: quia vastata est superbia iordanis.i. altitudo iordanis.Et sic est in chaldaica translatione.s. altitudo iordanis.Ponitur etiam pro gl'ia vel maiestate. Exo. 15.Et in multitudine glorie tue deposuisti oēs aduersarios tuos.Esa.2.A facie timoris domini & a gloria maiestatis eius.Inde גַּאֲוָה Gaaua.i.superbia.arrogantia.elatio.Ps.30. In superbia & abusione.Ps.35.Non veniat mihi pes superbie.Esa.30. Et arrogantiam fortium humiliabo.ponitur etiam pro corpore.Iob.41.Corpus illius quasi scuta fusilia.De quo vide infra in dictione גֵּו Geu. Et aliquando scribitur sine vau. Et dicitur גְּאָה Gea. Prouer.8. Arrogantiam & superbiam & viam prauam & os bilingue detestor. & inde גְּאוּת Geuth.i.superbia.Ps.6.Os eorum locutū est superbiam.Accipitur etiā pro excellentia vel gloria. Ps.92. Dominus regnauit decorem indutus est.pro quo btūs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Dominus regnauit: gloria indutus est.

גָּאָה Crescere. Supbire

גֵּאֶה Arrogans

Superbꝰ.

גֵּאִים Superbi.

גְּאוֹנִים

גָּאוֹן Superbia

Arrogātia

גַּאֲוָה Altitudo. Gloria. Maiestas.

גַּאֲוָה Superbia

Arrogātia Corpus.

גְּאָה Arrogātia

גְּאוּת Superbia

Gloria.

גָּאַל Redimere גָּאַל Gaal.Redimere.emere.inquinare.Exo.6.Ac redimā in brachio excelso.Et in eodem.15.Dux fuisti in misericordia tua pplo quem redemisti.Ps.71.Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Esa.43. Noli timere quia redemi te.& in eodem.48. Dicite redemit dominus seruū suum iacob. & in eodem.63.Ipse redemit eos. Osee.13. De morte redimā eos.Significat etiam emere vel redimere iure propinquitatis rem propinqui venditam vel alienatam vel si ipsemet redimat quod vendiderat. Leuit.25. Pōt redimere quod ille vendiderat.Et in eodem.Si non redemerit.Et in eodem.Qui voluerit ex fratribus eiꝰ redimet eū. & in eodem.Sin aūt ipse potuerit redimet se. Ruth.3. Si te voluerit propinquitatis iure retinere: bene res acta est: si aūt noluerit ego te absq; vlla dubitatione suscipiā. pro quo hebrei legunt. Si redemerit te: bene: redimat: & si non redemerit: ego te redimā. Sed btūs Hieronymꝰ trāstulit sensum Et in eodem.4.At ille respondit ego agrum emā.Et in eodem.Cedo iuri propinquitatis.Pro quo hebrei legunt.Nō possum redimere siue non possum emere. Et in eodem.tu vero vtere priuilegio quo me libēter carere profiteor. Pro quo hebrei legunt.Tu vero redime tibi redemptiōe mea: quia non possum redimere. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum in locis predictis . Et inde גְּאוּלָה Geula. i. redēptio aut facultas vel licentia redimendi.Leuit.25.Sub redemptionis conditione vendetur. & in eodem.Habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus.& inde גֹּאֵל Goel idest redemptor.Iob.19.Scio enim q redemptor meus viuit.Ps.18.Domine adiutor meus & redēptor meꝰ

Redimere

Emere.

גְּאוּלָה Redēptio. Licētia redimendi.

גֹּאֵל

Esa.41.Et redemptor tuus sanctus israel. Et in eodem.59. Et venerit siō redemptor. Accipitur etiam pro propinquo vel proximo: eo q̄ iure propinquitatis habebat licentiā redimendi vt supradictum est. Leuit.25. Propinquus eiꝰ pōt redimere. & in eodem. Si aūt nō habuerit proximū. Ruth. 4. Cūq̄ vidisset propinquū preterire. Ponitur etiam predicta dictio גָּאַל Gaal. p antiphrasin pro inquinare vel coinquinare. aut cōtaminare. vel polluere. aut fedare. siue obscurare. Esa.63. Et oīa vestimenta mea inquinaui. Thren. 4. Polluti sūt sanguine. Dañ.1. Proposuit aūt daniel in corde suo vt non pollueretur de mensa regis. & in eodem. Et rogauit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. Malach.1. Offertis super mensam meam panem pollutum: & dicitis in quo polluim⁹ te. Soph.3. Ve prouocatrix & redēpta. pro quo hebrei legunt. Ve prouocatrix & contaminata siue fedata vel deturpata. Potest etiam significare redēptā sicut est in littera nostra. Significat etiam obscurare vel deturpare. Iob.3. Obscurent eum tenebre & vmbra mortis. Item ponitur pro eiicere vel separare aliquem tanquā pollutum & immundum. Esdre.2. Et eiecti sunt a sacerdotio. & similiter. Nec.8. vbi eadem verba habentur.

Propīqu⁹ Proxim⁹.

Inquinare Polluere.

Cōtamiare

Obscurare.

Eiicere.

גַּב Gab. altitudo. eminentia. dorsum. supercilium. statura. Ps.128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores Leuit.14. Radet capillos capitis barbamq̄ & supercilia. Ezech.1. Statura quoq̄ erat rotis. & in eodem. Et totū corpus oculis plenum. pro quo hebrei legunt. Et dorsa eorū oculis plena. Quod est idem sensus cum littera nostra. Et in eodem.43. Hec quoq̄ erat fossa altaris. pro quo hebrei legunt. Et hec erat altitudo siue statura altaris. Potest etiā deriuari a sequenti dictione גֵּבֶא Gébe. quod significat cisternam vel fossam: sicut est in littera nostra. Item ponitur pro lupanari. eo quod meretrices stabant in loco eminēti: vt viderentur a transeuntibus. Ezech.16. Edificasti tibi lupanar. & in eodem. Et destruent lupanar tuum. ponitur ēt גֵּבִים Gebim in plurali pro cisternis vel fossīs. de quo vide infra in dictione גוב Gob. & inde גֵּבֶן Giben. per additionē nun in fine. quod secūdum hebreos significat excelsum vel eminentem. Ps.67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Mons excelsus &c. de quo vide infra in dictione גֵּבֶן Giben. quia secundum aliquos hebreos illa littera nun est de substantia dictionis.

Dorsum supercilīū. Statura.

Lupanar.

Excelsus.

גֵּבֶא Gébe. cisterna. vel palus. Esa.30. Aut hauriatur parū aque de fouea. Pro quo hebrei legunt. Aut hauriatur parum aque de cisterna siue de palude. Cuius plurale ponitur pro palustribus. Ezech.47. In littoribus aūt eius & in palustribus non sanabuntur.

cisterna vt palus. Palustres

גָּבַהּ Gaba. exaltari. sublimē esse. eleuatū esse siue eleuari. superbire. Iob.11. Excelsior celo est: & quid facies. Ps. 112. Qui in altis habitat. Ps.130. Domine non est exaltatū cor meum nec elati sunt oculi mei. Prouer.16. Et ante ruinam exaltabitur spirit⁹. & in eodem.17. Qui exaltat ostiū suum querit ruinam. Esa.3. Pro eo quod eleuate sunt filie sion. & in eodem.5. Et exaltabitur dominus exercituū in iudicio. & in eodē.52. Et sublimis erit valde. & in eodē.55 Sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vestris. Ezech.16. Et eleuate sunt & fecerunt abominatiōes & in eodem.19. Et exaltata est statura eius. & in eodem.31. Propterea eleuata est altitudo eius. vbi ponitur גָּבָא Gaba. cum aleph in fine loco he. Abdie.1. Si exaltatus fueris vt aquila. & inde גָּבָה Góba. siue גַּבְהוּת Gabhuth. i. altitudo. sublimitas. exaltatio. eleuatio siue elatio. 1. Reg.16. Non respicias vultum eius: neq̄ altitudinem stature eius. Ps.102. Secundum altitudinem celi a terra. Esa.2. Incuruabitur oīs sublimitas hominū. & in eodē.7. Siue in excelsum supra. vbi ponitur הַגְּבֹהָה Hagbóha. & inde גָּבֹהָּ Gabóha. vel גְּבֹהָה Geboha. i. excelsus. sublimis. eleuatus. 1. Reg.2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. pro quo hebrei legunt. Nolite multiplicare loqui sublime sublime. Eccl's.5. Quia excelso excelsior est alius. & Esa.2. Et super omnem turrē excelsam. & in plurali גְּבוֹהִים Gebohim. Eccl's.5. Et super hos quoq̄ eminentiores sunt alii. Item גֵּבָה Geba. i. elatus. superbus. arrogās. Ps.100. Superbo oculo & insaciabili corde. Prouer.16. Abominatio domini omnis arrogans.

Altitudo. sublimitas הַגְּבֹהַ גָּבֹהַּ גְּבֹהָה Sublime. Excelsus. Excelsior Excelsa גְּבוֹהִים Eminentiores. גֵּבָה Superbꝰ. Arrogans

גִּבַּהַּ Gibéah. recaluaster. depilatus. Leuit.13. Et si a fronte ceciderint pili recaluaster & mundus est. & inde גַּבַּחַת Gabácbath. i. recaluatio. depilatio. vt in eodem. Si autem in caluitio siue in recaluatiōe albus vel ruffus color fuerit. Accipitur etiam pro depilatione panni aut vestimenti. vt in eodem. Eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. pro quo hebrei legunt. Corrosio enim est in caluitio suo vel in recaluatione sua. & dicunt hebrei qnod caluitium quod in hebreo dicitur קָרַחַת Caráchath est a parte posteriori. & גַּבַּחַת Gabáchath. i. recaluatio est a pte anteriori. & idem videtur innere textus cum dicit. & si a fronte ceciderint pili: recaluaster & mundus est.

Gibꝰ Recaluaster. גַּבַּחַת recaluatio

גָּבַל Gabal. terminare. limitare. i. terminum vel limitē ponere. Exo.19. Cōstituesq̄ terminos populo per circuitum. & in eodem. Tu enim testificatus es & iussisti dicēs. Pone terminos circa montem. Deut.19. Non assumes & transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores. Ios. 18. Qui est terminus illius ab oriente. Pro quo hebrei legunt. Et iordanis terminabit illum ab oriente. Zacha. 9. Emath quoq̄ in terminis eius. s. erit vel cōputabitur. pro quo hebrei legunt. Emath quoq̄ terminabitur siue limitabitur in ea. & inde גְּבוּל Gebul. i. termin⁹ vel confinium. Nu.21. Arnon terminus est Moab. & Ios.1. Erit terminus vester. Ps. 103. Terminum posuisti: quem non transgredientur. Et in plurali. גְּבוּלוֹת Gebuloth. siue גְּבוּלֵי Gebule. Iob.24. Alii terminos transferūt. Ps.73. Tu fecisti omnes terminos terre. Esa.60. Vastitas & contritio in terminis tuis. Accipitur etiam aliquando pro fine vel definitiōe. Ps.147. Qui posuit fines tuos pacem. Esa.28. Et milium & viciam in finibus suis. ubi ponitur in hebreo singulare p plurali. Ezech. 43. In summitate montis omnes fines eius. & in eodē. Et definitio eius vsq̄ ad labium eius. & in eodem. ca. ponitur in translatione nostra pro corona que fit ad decorem in sūmitate alicuius vasis & est definitio vel terminus ipius vasis. vbi dicitur. Et corona in circuitu eius dimidii cubiti. & in eodem. Et super coronam in circuitu. Significat etiā qñ terminus vel finis alicuius rei iungitur cum termino vel fine alterius: & maxime quando ambe sunt similes. Exo.28 Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes. vbi ponitur גַּבְלוֹת Gabluth. pro eo quod in littera nostra est sibi inuicem coherentes.

Terminos constituere Terminos ponere.

Termīare. גְּבוּל Terminus

גְּבוּלוֹת גְּבוּלֵי Fínis.

Definitio.

Corona.

Sibi inuicem coherentes. גַּבְלוּת

גֵּבֶן Giben. Eleuatus. excelsus. Et significat etiam Gibbosum: eo quod gibbus est eleuatio vel tumor in dorso. Leuit.21. Si fracto pede: si manu: si gibbus: si lippus. & scribitur in plurali cum duplici nun. & dicitur גַּבְנוּנִים Gabnunim. Ps.67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo hebrei legunt. Mons eleuationū: mons basam. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē sic traduxit. Mons excelsus: mons basam. Alii vero interpretantur. Mons gibbosus a predicta dictione גֵּבֶן Guiben: que significat gibbosum. Potest etiam significare coagulatum Sicut. lxx. transtulerunt: a dictione גְּבִינָה Gebina. i. caseus

Gibbus גַּבְנוּנִים Coagulat⁹ eleuatio.

Excelsus.

quiſ. t coagulatione lactis. Iob. 10. Et ſicut caſeum me coagulaſti.

גִּבְעָ Collis.

גִּבְעָ Gebaa. collis. Zach. 14. De colle remon ad auſtrū ieruſalem. & aliquando ſcribitur cum he in fine: & dicitur

גִּבְעָה Collis.

גִּבְעָה Gibaa. Hiere. 2. In omni enim colle ſublimi. Et in eodem. 16. Et venabuntur eos de omni monte & de omni colle. & in eodem. 50. De monte in collem tranſierunt. & quādo poſt ſe regit genitiuum ſcribitur cū tau in fine loco he. & dicitur

גִּבְעַת Colles.

גִּבְעַת Gibaath. Ioſ. 5. Et circuncidit filios iſrael in colle preputiorum. & in plurali

גִּבְעוֹת Gabaa.

גִּבְעוֹת Gebaoth. ſiue גִּבְעוֹת Giboth. i. colles: Geñ. 49. Donec veniret deſiderium collium eternorum. Nu. 23. De collibus cōſiderabo eū. Deut. 33. Et de pomis collium eternorum. Ps. 64. Et exultatiōe colles accingentur. eſt etiam nomen proprium loci: eo qđ erat ſitus in colle. Iudi. 19. Sed tranſibo vſq; gabaa. Eſa. 10.

גָּבִיעַ Scyphus.

Gabaa ſedes noſtra. Inde גָּבִיעַ Gabiaa. i. calix. vel ſcyphus. Geñ. 44. Scyphum aūt meum argenteum & preciū quod dedit tritici pone ī ore ſacci iunioris. & in plurali

גְּבִעִים Scyphi

גְּבִעִים Gebiim. Exo. 25. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos. & inde

מִגְבַּעַת Tiara

מִגְבַּעַת Migbaath. i. pileus vel tiara. Exo. 29. Et baltheos ac tiaras in gloriam & decorem. & ſolum inuenitur in numero plurali.

גִּבְעֹל Folliculus

גִּבְעֹל Gibood. Folliculus lini. Exo. 9. Et linum iam folliculos germinaret. Et ſolum nuenitur in predicto loco.

גָּבַר preualere. Cōfortari. fortiorē eē. Roborari. Violētū eē

גָּבַר Gabar. preualere. cōfortari: vel confirmare. roborare vel roborari. fortem vel violentum eſſe. Confirmare Geñ. 7. Et aque preualuerunt nimis ſuper terrā. & in eodē. 49. Benedictiones pris tui confortate ſunt. 1. Reg. 2. Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. 2. Reg. 1. Aquilis velociores leonibus fortiores. ſ. ſunt. Iob. 15. Et contra omnipotentem roborat⁹ eſt. Et in eodem. 21. Subleuati ſunt confortatiq; diuitiis. & in eodem. 36. Quia violēti fuerūt. Ps. 11. Linguam noſtram magnificauimus. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicā veritatem trāſtulit. Linguam noſtram roboremus. Ps. 64. Verba iniquorum preualuerunt ſuper nos. Ps. 102. Corroborauit miſericordiam ſuā ſuper timentes ſe. Eccl's. 10. Multo labore exacuetur. Pro quo hebrei legunt. Et exercitus ſuperabitur. Poteſt etiam legi ſic. ſ. & viribus preualebit. quod eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Dañ. 9. Cōfirmabit autem pactū multis. Zach. 10. Et confortabo domum Iuda & domū Ioſeph. & in eodem. Cōfortabo eos in domino. & inde

Corroborari. Superare. Cōfirmare Cōfortare.

גְּבוּרָה Robur. Potentia.

גְּבוּרָה Gebura. i. robur. potentia. virtus. Iudi. 8. Iuxta etatem robur eſt viri. 2. Paralip. 10. In manu tua eſt fortitudo & potētia. Ps. 64. Accinctus potentia. Ps. 79. Excita potentiam tuam & veni. & in lingua chaldaica dicitur

גְּבוּרְתָּא Fortitudo.

גְּבוּרְתָּא Gebutha. Dañ. 2. Quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. & in plurali

גְּבֻרוֹת Potētat⁹. Potentie.

גְּבֻרוֹת Geburoth. i. potentie. vel potentatus. aut virtutes. vel fortitudines. Ps. 19. In potentatibus ſalus dextere eius. Ps. 70. Introibo in potentias domini. Ps. 88. Si aūt in potentatibus octoginta anni. Ps. 105. Quis loquetur potētias domini. Ps. 150. Laudate eum in virtutibus eius. Et inde

Virtutes

גִּבּוֹר Potens Robuſtus Fortis.

גִּבּוֹר Gibor. i. potens. robuſtus. fortis. Geñ. 10. Ipſe cepit eſſe potens in terra. & in eodem. Et erat robuſtus venator coram domino. Ruth. 2. Homo potens & magnarum opū Ps. 23. Dominus fortis & potens: dominus potēs in prelio. Eſa. 3. Fortem & virum bellatorem. & in eodem. 49. Numquid tolletur a forti preda. & in pl'ali

גִּבּוֹרִים Fortes.

גִּבּוֹרִים Giborim. i. potentes: vel fortes: aut robuſti. Canti. 3. En lectulum ſalomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortibus iſrael. & in eodem

Potentes

Omnis armatura fortium. Eſa. 5. Ve qui potentes eſtis ad bibendum vinum. & inde

גְּבִיר Dominus

גְּבִיר Gebir. i. dñs vel dominator aut ſuperior. Geñ. 27. En dñm tuū illum conſtitui. & in genere femininoגְּבִירָה Gebira ſiue גְּבֶרֶת Gebéreth. Geñ. 16. De ſpexit dominam ſuam. & Eſa. 47. In ſempiternū ero dña. Hiere. 13. Dic regi & dominatrici. & inde

גְּבִירָה Domina. Dñatrix.

גֶּבֶר Geber. ſiue גֶּבֶר Gebar. i. vir. ſiue homo. eo quod habet poteſtatem vel dominium ſupra mulierem. Deut. 22. Nō induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte feminea. Iob. 3. Viro cuius abſcondita eſt via. & in eodem. 34. Quis eſt vir vt eſt Iob. & in eodem. 38. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Ps. 17. Et cum viro innocente innocens eris. Ps. 88. Quis eſt homo qui viuet: & non videbit mortem. Prouer. 30. Viam viri in adoleſcentia. Hiere. 17. Maledictus homo qui cōfidit in homine. & in eodem. Benedictus vir qui confidit in domino. & in eodem. 22. Virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. & in eodem. 31. Femina circundabit virum. Threñ. 3. Ego vir videns paupertatem meam. & in eodem. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Dañ. 8. Ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri. & in plurali

Vir. Domo.

גְּבָרִים Viri.

גְּבָרִים Gebarim. Exo. 10. Ite tantum viri. & in eodem. 12. ſexcenta fere millia peditum virorum. & in ligua chaldaica dicitur

גּוּבְרִין Viri.

גּוּבְרִין Gubrin ſiue גּוּבְרַיָּא Gubraia. Dañ. 3. Sūt ergo viri iudei. & in eodem viri iſti contempſerunt te. Ponitur etiā

גֶּבֶר Singuli

גֶּבֶר Geber. pro ſingulis. Ioel. 2. Singuli in calle ſuo ambulabunt. Item

גָּבֶר Gallus. gallinaceꝰ

גָּבֶר Gaber. i. gallus gallinaceus. Eſa. 22. Sicut aſportatur gallus gallinaceus.

גָּבִשׁ Eminens

גָּבִשׁ Gabis. eminens: ſiue grande. Iob. 28. Excelſa & eminentia non cōmemorabūtur. vbi pro excelſa & eminentia in hebreo habetur רָמוֹת Ramoth & גָּבִישׁ Gabis. Et dicunt hebrei quod ſunt lapides precioſi: ſic dicti propter ſuam excellentiam. Nam dictio ramoth excelſa ſiue alta interpretatur. Prouer. 24. Excelſa ſtulto ſapiētia. Vbi pro excelſa pōitur ibi ramoth ſcriptū eiſdem litteris ſicut in ſupra dicto loco. Pōitur etiam pro ſerico. Ezech. 27. Vbi dicitur. Et ſericum & chodchod propoſuerunt in mercato tuo. Sed dictio גָּבִישׁ Gabis ſolum inuēitur in ſupradicto loco: & ab eo componitur אֶלְגָּבִישׁ Elgabis. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit Pergrandes. ſiue grandes. Ezech. 13. Et dabo lapides pergrandes. Et in eodem. 38. Et imbre vehemēti & lapidibus immenſis. vbi pro immenſis pōitur elgabis. Et dicunt hebrei ꝙ ſignificat grandinem qñ. ſ. lapides grādinis ſunt magni & in magna quantitate. Nā dictio אֵל El cum qua compōitur fortem ſiue fortiſſimum ſignificat vt ſupra in dictione אֵל El dictum eſt.

Sericum. pgrandes. Immenſe.

גָּד Felicitas

גָּד Gad. felicitas. fortuna. coriandrum. Geñ. 30. Dixit feliciter. & idcirco vocauit nomē eius gad. pro qđ in hebreo habetur. In felicitate: ſiue venit felicitas: & vocauit nomen eius gad. Et. lxx. tranſtulerunt: in fortuna. Poteſt etiam deriuari a ſequenti dictione גָּדַד Gadad que ſignificat expeditionem ſiue accinctum vel procinctum. vnde beat⁹ Hieronymus in libro de hebraicis queſtionibus ſuper hoc loco ſicait. vbi nos poſuimus in fortuna: & grece dī εὐτυχικὰ quod poteſt euent⁹ dici. in hebreo habetur בָּגָד Bagad. Qđ aquila interpretatur venit accinctio. Nos autem dicere poſſumus in procinctu. Ba. enim poteſt prepoſitionem ſonare in: & venit. Gad euentus: ergo ſiue procinctus quod gad dicitur Zelphe filius gad vocatus eſt. hec Hieronymus. ponitur etiam גַּד Gad. ꝑ fortuna. Eſa. 65. Qui ponitis fortune menſam: & libatis ſuper eam. Et dicunt aliqui hebrei. quod in predicto loco accipitur גָּד Gad pro ſtella iouis: eo quod iupiter in lingua arabica ſic vocetur. Alii vero dicunt quod ſignificat certam cōſtellationem ſtellarum. De quo vide infra in ſequenti dictione גָּדַד Gadad. Item גָּד Gad. ſignificat coriandrū. Nu. 11. Erat aūt man quaſi ſemen coriādri.

Procinctꝰ Fortuna. coriandꝝ

גָּדַד Gadad. accingere ſe ad prelium. Expedire ſe: copulare

vel colligere exercitum. Incidere vel concidere. aut dilacerare. Geñ. 49. Gad accinctus preliabitur ante eum. & ipse accingetur retrorsum. Hiere. 5. Et in domum meretricis luxuriabantur. pro quo hebrei legunt. Et in domo meretricis colligebantur siue copulabantur. s. tanquam exercitus. Michee. 5. Nunc vastaberis filia latronis. Pro quo hebrei legunt. Nunc accingeris. s. ad prelium filia latronis vel filia accincti. Potest etiam interpretari Nunc concideris siue incideris. & aliquando scribitur cū simplici daleth. Abac. 2. Vt ascēdam ad populum accinctum nostrum. Ps. 93. Captabunt in animam iusti. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veri. transtulit copulabuntur aduersus animam iusti. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ab hac dictione deriuatur גַּד Gad. quod supra diximꝰ significare certam copulationē vel constellationem stellarum. Inde גְּדוּד Gedud. i. accinctus vel expeditus. s. ad prelium: vel latro siue latrūculus: aut turma vel exercitus. 2. Reg. 22. In te eñ curram accinctus. Ps. 17. Qñ in te eripiar a tentatioc. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. In te enim curram accinctus. Nam eadē verba ponuntur in hebreo in hoc loco sicut supra. 2. Reg. Hiere. 18. Adduces enim super eos latronē repente. Osee. 7. Spolians latrūculus foris. Significat etiam turmam vel exercitum. 1. Paralip. 12. Suscepit ergo eos dauid & constituit principes turme. Iob. 29. Cūqꝫ sederem quasi rex circundāte exercitu. & in plurali. גְּדוּדִים Gedudim siue גְּדוּרֵי Gedude. i. latrones vel latrunculi. aut turme vel exercitus. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. 4. Reg. 4. Immisitqꝫ ei dominus latrunculos chaldeorum & latrunculos syrie & latrunculos moab & latrunculos filiorum amon. & in eodem. 6. Et vltra non venerunt latrones syrie in terram israel. Iob. 19. Simul venerunt latrones eiꝰ Item גָּדַד Gadad. significat scindere vel incidere. aut concidere siue dilacerare. Deut. 14. Non vos incidetis nec facietis caluitium. 3. Reg. 18. Incidebant se cultris & lanceolis. Hiere. 16. Non se incident. & in eodem. 41. Rasi barba & scissis vestibus & squallentes. pro quo hebrei legunt. Rasi barba & scissis vestibus & incisi. s. vngulis quod fiebat in signum luctus & tristitie. & in eodem. 47. Vsquequo concideris. & in eodem. 48. Et in cunctis manibus colligatio. Pro quo hebrei legunt. In cunctis manibus incisiones. Potest etiam significare colligationes. sicut dictum est supra. ponitur etiam pro geniminibus vel pro frugibus. Ps. 64. Riuos eius inebria multiplica genimina eius. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Sulcos eius inebria multiplica fruges eius. Tamen hebrei dicunt quod significat riuulos qui fiunt quando agricola scindit terrā cum aratro: & ex vtraqꝫ parte sulci fiunt.

Accingere sad preliū Luxuriari Colligere vl copulare Vastare Concidere Copulare. Latro. Latrūculꝰ Accinctus Turma. Exercitus. גְּדוּדִים Latrones. Latrūculi. גָּדַד Incidere Genimina Fruges.

גְּדַבְרַיָּא Gedabraia. in lingua chaldaica significat tyrannos siue magnates. Dañ. 3. Duces & tyrannos.

Tyranni.

גָּדָה Gada. ripa. littus. & solum inuēitur גְּדוֹת Gedoth in numero plurali. Ios. 3. Iordanis autem ripas aluei sui tēpore messis impleuerat. Esa. 8. Et fluet super vniuersas ripas eius.

Ripa.

גְּדִי Gedi. hedus. Geñ. 38. Et misit hedum de capris. Exo. 24. Non coques hedum in lacte matris sue. Esa. 11. Parduscum hedo accubabunt. & in plurali גְּדָיִים Gedaiim. siue גְּדָיֵי Gedaie. Geñ. 27. Affer mihi duos hedos. Cāti. 1. Et pasce hedos tuos.

Hedus. גְּדָיִים Hedi.

גָּדַל Gadal. siue גָּדֵל Gidel. Magnificare siue magnificari. grandem vel magnū fieri. crescere. exaltare. enutrire. Geñ. 41. Vno tantum regni solio precedam te. pro quo in hebreo habetur. Tantūmodo solium magnificabo siue exaltabo supra te. Nu. 14. Magnificetur ergo fortitudo domini. Ios. 4. In die illo magnificauit dñs Iosue. 1. Reg. 26. Sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur aīa mea in oculis domini. 2. Reg. 7. Idcirco magnificatus es domine deus. & in eodem. Et magnificetur nomen tuum in sempiternum. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex salomon super omnes reges terre. Iob. 7. Quid est homo quia magnificas eum. Ps. 17. Magnificans salutes regis eius. Ps. 33. Magnificate dominum mecū. Ps. 40. Magnificauit super me supplantationem. Ps. 103. Domine deus meus magnificatus es vehementer. Ps. 137. Quoniā magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Eccls. 2. Magnificaui opera mea. Esa. 42. Et magnificaret legem & extolleret. Ezech. 16. Et grandis effecta es. & in eodē. 38 Et magnificabor & sanctificabor. Dañ. 11. Et eleuabitur & magnificabitur aduersus omnē deum. & in eodem. Quia aduersus vniuersa consurget. pro quo hebrei legūt. Quia aduersus vniuersa magnificabitur. Abdie. 1. Et non magnificabis os tuum in die angustie. Ponitur etiam pro exaltare. Ios. 3. Hodie incipiam exaltare te. Hester. 3. Post hec rex asuerus exaltauit amā. Esa. 10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Item significat crescere. Geñ. 21. Creuit puer & ablactatus est. & in eodem. 25. Quibus adultis. pro quo in hebreo habetur. Creuerūt pueri. & in eodē. 26. Ibat proficiens atqꝫ succrescens donec magnus vehementer effectus est. 1. Reg. 2. Puer aūt samuel ꝓficiebat atqꝫ crescebat. 2. Reg. 5. Et ingrediebatur proficiēs atqꝫ succrescēs Esdre. 9. Delicta nostra creuerūt vsqꝫ ad celū. Iob. 31. Quia ab infantia creuit mecum miseratio. Ione. 4. Neqꝫ fecistiv crescceret. Item significat nutrire siue enutrire. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui. & in eodem. 23. Non enutriui iuuenes. & in eodem. 49. Plantauit pinum: quā pluuia nutriuit. Et in eodem. 40. Et istos quis enutriuit. Ezech. 31. Aque nutrierunt eū. & in eodē. 44. Neqꝫ comā nutrient. Dañ. 1. Vt enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. & in de

Magnificare. Magnificari. Grandē fieri. Exaltare. Crescere. Magnus fieri. Enutrire Nutrire

גְּדֹל Gódel. i. magnitudo. siue magnificētia. Exo. 15. In magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis. Esa. 9. In superbia & magnitudine cordis. Ezech. 31. Eratqꝫ pulcherrimus in magnitudine sua. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur גְּדוֹלָה Gedula. Ps. 144. Et magnitudinis eiꝰ non est finis. & in eodem. Et magnitudinē tuam narrabūt. & inde גָּדוֹל Gadol. i. magnus. siue magnificus: qualitate siue quantitate. Exo. 11. Fuitqꝫ moyses vir magnus valde. 1. Reg. 25. Et homo ille magnus nimis. 4. Reg. 20. Fleuitqꝫ ezechias fletu magno. Ps. 75. In israel magnū nomen eiꝰ. Esa. 12. Quia magnus in medio tui sanctus israel. Hiere. 10. Magnus tu & magnum nomen tuum. Thren. 2. Magna est velut mare contritio tua. Malach. 4. Anteqꝫ veniat dies dñi magnꝰ. Et in. g. f. גְּדוֹלָה Gedola. 4. Reg. 4. Erat ibi mulier magna. Et in plurali גְּדוֹלִים Gedolim. i. Magni. 2. Re. 7. Iuxta nomen magnorum qui sūt super terram. Ps. 135. Qui fecit luminaria magna. & in eodem. Qui percussit reges magnos. & in. g. f. גְּדֹלוֹת Gedolod. i. magne: siue magna in. g. n. Hebrei enim non habent genus. n. Sed pro eo aliquando vtuntur masculino vt supra: & aliquando fe. vt Iob. 5. Fecit magna & inscrutabilia. Ps. 130. Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibꝰ super me. Ps. 135. Qui fecit mirabilia magna solus. & inde מִגְדָּל Migdal. siue מִגְדֹּל Migdol. i. turris. Geñ. 11. Faciamꝰ nobis ciuitatem & turrē. & in eodem. Fixit tabernaculum trans turrim gregis. Prouer. 17. Turris fortissima nomen domini. Canti. 4. Sicut

Magnitudo. גְּדוּלָה Magnitudo. גָּדוֹל magnus. magnum גְּדוֹלָה magna. גְּדוֹלִים magni. גְּדֹלוֹת magne. magna. מִגְדָּל Turris.

turris dauid collū tuū. Esa. 5. Et edificauit turrim in medio eius. Hiere. 31. Et edificabitur ciuitas domini a turre ananehel. Ezech. 29. A turre syene vsq; ad terminos ethiopie

מִגְדָּלִים מִגְדָּלוֹת Turres

& in plurali מִגְדָּלִים Migdalim. secūdum terminationem masculinorum. siue מִגְדָּלוֹת Migdaloth. secundum terminationem femininorum. 2. Paralip. 26. Et edificauit ozias turres in ierusalem. Canti. 8. Et vbera mea sicut turris. pro quo in hebreo habetur. Et vbera mea sicut turres. Esa. 30. Cum ceciderīt turres. Ezech. 27. Et pigmei qui erāt in turribus tuis. Inde

גְּדִילִים Funiculi

גְּדִילִים Gedilim. i. fimbrie vestium aut funiculi in fimbriis vestiū. Deut. 22. Funiculos in fimbriis facies per quattuor angulos pallii tui.

גָּדַע Succidere

גָּדַע Gadaa. succindere. proscindere. abscindere. confringere. Deut. 7. Lucos succidite: & sculptilia comburite. 1. Reg. 2. Et precidam brachium tuum. Esa. 9. Sycomoros succiderunt. Et in eodem. 10. Et excelsi statura succidentur. Hiere. 48. Abscissum est cornu moab. Significat etiā confringere. Ps. 74. Et omnia cornua peccatorum cōfringam. Esa. 14. Corruisti in terra. pro quo hebrei legunt. Cō fractus es in terra. & in eodem. 22. Et frangetur & cadet. Threñ. 2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel.

abscindere

cōfringere

גִּדֵּף Blasphemare.

גִּדֵּף Gideph. blasphemare. opprobrare. vilipendere. cōtemnere. 4. Reg. 19. Quibus blasphemauerūt pueri regis assyriorum me. & in eodem. Cui exprobrasti & quem blasphemasti. Nu. 15. Quoniam aduersus dominum rebellis fuit. Pro quo hebrei legunt. Quoniam dominum ipse contempsit vel blasphemauit. Et inde

גִּדּוּף גִּדּוּפִים Blasphemie.

גִּדּוּף Giduph. i. blasphemia vl' opprobrium. Et in plurali גִּדּוּפִים Giduphim. siue גִּדּוּפֵי Giduphe. Esa. 43. Dedi ad internicionē iacob & isrl' in blasphemias. & in eodem. 51. Et blasphemias eorum ne metuatis. Sopho. 2. Audiui opprobrium moab & blasphemias filiorum amon.

גָּדַר Circunsepire. Sepire. Circūedificare. Cōcludere

גָּדַר Gadar. sepire. circunsepire. sepem edificare. circūedificare. concludere. Iob. 19. Semitam meam circunsepsit. Osee. 2. Et sepiam eam maceria. Esa. 58. Et vocaberis edificator sepium. Threñ. 3. Circūedificauit aduersum me: & in eodem. Concluſit vias meas lapidibus quadris. & inde

גֶּדֶר Sepes. Maceria Murus Peribol9

גֶּדֶר Geder. siue גָּדֵר Gader. i. sepes. maceria. murus. peribolus. Nu. 22. Stetit angelus domini in angustiis duarum macerīarum quibus vinee cingebantur. pro quo hebrei legunt. Stetit angelus domini in semita vinearum Sepes hinc & sepes inde. & beatus Hieronymus transtulit sensum. Eccl's. 10. Qui dissipat sepem: mordebit eum coluber. Prouer. 14. Et maceria lapidum destructa erat. Esa. 5. Auferam sepem eius. Ezech. 13. Neq; opposuistis vos murum pro domo israel. & in eodem. 42. Et peribolus exterior. & in eodem. In latitudine periboli atrii. Ponitur etiā in eodē capitulo

גְּדֵרָה Vestibulū.

גְּדֵרָה Gedéreth. p vestibulo. vbi dicitur. Que via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus. & etiam in hoc loco hebrei legunt. Murum siue peribolum. Inuenitur etiam

גְּדֵרָה Sepes.

גְּדֵרָה Gedera. cū he in fine. i. sepes. 1. Paralip. 4. Habitantes in plantationibus & in sepibus apud regem. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali. Et in plurali

גְּדֵרוֹת גְּדֵרִים Macerie Sepes.

גְּדֵרוֹת Gederoth. secundū terminationem femininorum. siue גְּדֵרִים Gederim. secundum terminationem masculinorū. Ps. 79. Vt quid destruxisti macerias eius. Ps. 88. Destruxisti oēs sepes ei9. Mich. 7. Dies vt edificentur macerie tue. Naū. 3. que considēt in sepibus in die frigoris. & inde

גִּדְרוֹת Caule.

גִּדְרוֹת Gidroth. i. caule ouiū eo q9 sunt circunsepte. Nu. 32. Caulas ouiū fabricabimus.

גָּדִישׁ Aceruus

גָּדִישׁ Gadis. aceruus. aut fruges coaceruate: siue cōgeries. Exo. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas & cōprehenderit aceruos frugum. Iudi. 15. Et comportate iam fruges & adhuc stantes in stipula concremate sunt. Iob. 21. Et super congerie mortuorum vigilabit. & in hebreo non habetur illud mortuorum. debet tamen subintelligi.

Fruges

Cōgeries.

גֵּה Hic.

גֵּה Ge. hic. Ezech. 47. Hic est terminus in quo possidebitis terram. & solum inuenitur in hoc loco. Nam in aliis locis scribitur זֶה Ze cum littera Zaim.

גָּהָה Soluere. Sanare Cesare.

גָּהָה Gaha. soluere. cessare. Osee. 5. Nec soluere poterit a vobis vinculum. hebrei vero dicunt quod significat medicari vel sanare. vnde in predicto loco ipsi legūt. Et nō sanabit a vobis infirmitatem vel dolorem. In translatione chaldaica habetur. Nec cessare faciet a vobis flagellū. Et solum inuenitur in predicto loco. & Prouer. 17. vbi dicitur. Animus gaudens etatem floridam facit. pro quo hebrei legūt. Cor gaudēs bñfacit sanitatē. i. sanitatē bonā facit. vbi pro sanitate ponitur

גֵּהָה Etas florida. Sanitas

גֵּהָה Geha: a predicta dictiōe deriuatū.

גָּהַר Prosterni Incūbere.

גָּהַר Gahar. prosterni pronus in terra. Incumbere. 3. Reg. 18. Et pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua. 4. Reg. 4. Et incubuit super eum. & solum inuenitur in locis predictis.

גֵּו Corpus Tergum Dorsum.

גֵּו Geu. corpus. tergum siue dorsum. Esa. 50. Corpus meū dedi percutientibus. & in eodem. 51. Et posuisti vt terra corpus tuum. Ponitur etiam pro tergo vl' dorso. 3. Reg. 14. Me autem proiecisti post tergum tuum. Nec. 9. Et proiecerunt legem tuam post terga sua. Prouer. 10. Et virga in dorso eius qui indiget corde. Esa. 38. Quia proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Ezech. 23. Et proiecisti me post tergum tuum. & scribitur aliquando cum aleph in medio. vt Iob. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia. & aliquando scribitur cum Iod & he in fine. & dicitur

גְּוִיָּה Geuia. siue גְּוִיַּת Geuiath. i. corpus. & in plurali גְּוִיּוֹת Geuioth. De quo vide infra in dictione גְּוָה Geua. Item

גּוֹ Intus. Mediū

גּוֹ Geu. significat int9 seu medium. pro quo beatus Hieronymus transtulit cōuallem: eo quod est in medio duorum montium. Iob. 30. Qui de conuallibus ista rapientes. pro quo hebrei legunt. De intus vel de medio expellebantur vel eiiciebantur. In lingua vero chaldaica גּוֹ Go. significat intus vel medium. Dañ. 3. Eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. pro quo hebrei legunt. Eadem hora mittetur in medium fornacis ignis ardentis. & in eodem. Ceciderunt in medio camini ignis ardentis. & aliquando scribitur cum aleph in fine. vt in eodem. Nōne tres viros misimus in medio ignis. Item

גְּוָה Vagina

גְּוָה Geua. cum he in fine. ponitur pro vagina. Iob. 30. Eductus & egrediens de vagina sua. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt eductus & egrediens de interiori siue de intus aut de medio scilicet vagine.

גּוֹב Locusta

גּוֹב Gob siue גֹּבַי Gobai. locusta. Amos. 7. Et ecce fictor locuste. Naū. 3. Et paruuli tui quasi locuste locustarum. & in lingua chaldaica locusta dicitur גֻּבָּא Goba cum aleph in fine. Itē גּוֹב Gob. fouea. siue fossa. & in plurali

גֻּבִּים Fosse.

גֻּבִּים Gebim. 4. Reg. 3. Facite alueum torrentis huius fossas: Esa. 33. Velut cum fosse plene fuerint de eo. Hiere. 14. Venerunt ad hauriendum non inuenerūt aquam. pro quo hebrei legūt. Venerunt ad foueas siue ad cisternas: non inuenerunt aquā Nam in lingua chaldaica cisterna vel lacus dicitur

גֻּבָּא Fouee. Lacus.

גֻּבָּא Guba. vt Dañ. 6. mittetur in lacum leonū. vide etiam de hoc supra in dictione גַּב Gab. Ponitur etiam

גֻּבִּים Laquearia

גֻּבִּים Gebim. pro laquearibus que fiunt in tectis domorum: in quibus fiunt fosse parue. 3. Reg. 6. Texit quoq; domū laquearib9 cedrinis.

גּוֹד Conuallis

גּוֹד God. accingere se ad prelium. expedire se. scindere. aut dilacerare. De quo vide supra in dictione גָּדַד Gadad.

גְּוָה Geua. Altitudo. Exaltatio . elatio . superbia . Iob. 22. Gloria. גַּוֵּה Qui enim humiliatus fuerit: erit in gloria . Vbi ponitur exaltatio vel altitudo pro gloria. Et in eodem . 33. Et liberet eum de superbia. Hiere. 13. In abscondito plorabit anima mea a facie superbie. Ponitur etiam pro vagina . De Superbia גְּוִיָּה quo vide supra in dictione גֵּו Geu. & inde גְּוִיָּה Geuiia. idest corpus. siue statura. aut cadauer. Naum. 3. Neq; est finis cadauerum. Et quando post se regit genitiuum vel quando componitur cum pronominibus. Tunc mutat he vltimū Cadauer. in thau. Geñ. 47. Quod absq; corporibus & terra nihil habeamus. Pro quo in hebreo habetur. Quod absq; corpore Corpus. nostro & terra nostra. Iudi. 14. Et ecce examen apum in ore leonis erat. Pro quo in hebreo habetur. Et ecce examen apum in corpore leonis erat. Et in eodem . Noluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. 1. Reg. 31. Et tulerunt cadauer saul & cadauer filiorum eius de muro beth san. Dañ. 10. Et corpus eius quasi chrysolithus. vide etiā de hoc supra in dictiõe גֵּו Geu. & in plurali. גְּוִיּוֹת Geuiioth. Ps. 109. Iudicabit in nationibus: implebit ruinas . Pro quo he- Ruine. Corpora . vel cadauera. brei legunt. Iudicabit in nationibus implebit corpora siue cadauera: aut implebit corporibus vel cadaueribus . Potest etiam deriuari a dictione גֵּיא Ge: que significat vallem. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatem transtulit. Iudicabit in gentibus implebit valles Valles. Item גְּוָה Geua. idest vagina. de quo vide supra in dictione גֵּו Geu. Vagina. גּוֹז Goz. volare. tondere. extrahere. transire. Nu. 11. Ventus autem egrediens a domino arreptas trans mare coturnices detulit. Pro quo hebrei legunt. Et ventus egressus est a domino: & fecit volare coturnices de mari. Iob. 1. Et tonso capite corruit in terra . Et de hoc vide infra in dictione גָּזַז Gazaz. Ps. 70 De ventre matris mee tu es protector meus. Pro quo hebrei legunt. De ventre matris mee tu es extractor siue eductor meus . Ps. 89 . Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . Quoniam transiuimus cito & aduolauimus . Et in aliquibus locis supradictis scribitur sine vau in medio dictiõis . De quo vide infra in dictione. גָּזַז Gazaz.

Volare. Tondere . Extrahere Transire.

גּוּחַ Goach. educere. extrahere. erumpere. ingemiscere. Ps. 21. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Iob. 38 Quando erumpebat quasi de vulua procedens . Et in eodem. 40. Quod influat iordanis in os eius . Vbi ponitur גָּגִיחַ Iagiach. Quod est verbum tertie coniugationis. Pro quo hebrei legunt: quod faciat extrahi iordanem in os ei9. Ezech. 32. Et vētilabas cornu in fluminibus tuis . Pro quo hebrei legunt. Extrahebas siue crumpebas in fluminibus tuis. Potest etiam deriuari a dictione נָגַח Nagach. que significat cornu percutere siue cornu ventilare. De quo infra in suo loco dicetur. Ponitur etiam pro ingemiscere . Michee. 4. Dole & satage filia sion. Pro quo hebrei legunt . Dole & ingemisce filia siō: ab eo fortasse quod etiam educit lachrymas. Et dicunt aliqui quod ab eo accepit nomen fluuius paradisi qui dicitur גִּיחוֹן Gion. eo q; educitur ad irrigandum hortum & terram qua fluit . Et secundum hebreos ipse est nilus qui etiam educitur ad irrigandam terram egypti qua fluit.

Extrahere Erumpere Influere . Ventilare. Ingemiscere.

גּוֹי Goi . Gens . natio . Geñ . 15 . Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo . Et in eodem. 12 . Faciamq; te in gentem magnam . Et in eodem . 20 . Nun gentem ignorantem & iustam interficies. Exo. 19 . Eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta. Deut. 4. Que est alia gens sic inclyta. Et in eodem . Nec est alia natio tā grā dis. Ps. 104. Et transierunt de gente in gentem . Ps. 105. Ad letandum in letitia gentis tue. Ioelis. 1. Gens enim ascendit in terra mea. Soph. 2. Et residui gentis mee possidebunt illos. Et in plurali. גּוֹיִם Goim . idest gentes vel nationes. Geñ. 17. Eriscq; pater multarum gentium. Et in eodem. 25. Due gentes sunt in vtero tuo. Deut. 15 . Et dominaberis nationibus plurimis. Esa. 5. Et eleuabit signum in nationibus procul. Osee. 8. Nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Et in eodem. Sed & cum mercede conduxerunt nationes nunc congregabo eos. Iohel. 1 . Vt dominentur eis nationes.

Gens. Natio. גּוֹיִם Gentes. Nationes

גּוֹל Gol. Exultare. letari. De quo vide infra in dictione גִּיל Guil. quia commūiter scribitur cum iod in medio dictionis.

גּוֹל Exultare.

גָּוַע Gauaa. consumi. aut etate consumi. deficere. obire. mori. interire. Geñ. 6. Et vniuersa que sub terra sunt consumentur. Et in eodem. 7 . Consumptaq; est omnis caro. Et in eodem. 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona . Et in eodem . Deficienscq; mortuus est . Et in eo . 35. Consumptusq; etate mortuus est. Et in eodem. 49. Collegit pedes suos super lectum & obiit. Nume. 27. Ecce consumpti sumus omnes. Et in eodem . Num vsq; ad internicionem cuncti delendi sumus. pro quo hebrei legunt. num vsq; ad internicionem consumendi sumus . Et in eodem. 20. Vtinam periissemus iter fratres nostros. Ios. 22. Atq; vtinam solus periisset in scelere suo. Iob. 34. deficiet oīs caro simul . Et inde גּוֹעַ Gouea . idest deficiens vel laborans in extremis. Ps. 87 . Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . Et erumnosus sum a iuuentute mea.

Consumi . Deficere. Etate consumi. Obire. Delere. Perire גּוֹעַ Laborans Erūnosus.

גּוּף Guph. Corpus: siue cadauer . Et additur ei littera tau in fine. & dicitur גּוּפָת guphath. 1. Paralipo. 10. Et tulerunt cadauera saul & filiorum eius . Et aliquando scribitur sine littera vau in medio. Pro quo beatus hieronymus transtulit vestem. Exo. 21. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat . Et aliqui hebrei dicunt q; etiam in hoc loco significat corpus. Et legunt sic. Si cum corpore suo intrauerit: cum corpore suo exeat. idest si solus absq; vxore & liberis intrauerit: solus exeat. Iuxta illud Geñ . 47. Absq; corporibus & terra nihil habeamus . In translatiõe autem chaldaica sic habetur. Si solus intrauerit: solus exeat . Vnde sequitur si habens vxorem : & vxor egredietur simul. scilicet cum eo.

גּוּף Cadauer . Vestis. Corpus.

גּוּר Gur. Peregrinari. habitare. aduenam esse . Incolere siue incolam esse. timere. expauescere. vereri. congregare . colligere . Geñ . 12 . Descenditq; Abram in egyptum vt peregrinaretur ibi. Et in eodem . 19 . Ingressus est inquiunt vt aduena. Pro quo hebrei legunt . Ingressus est ad peregrinandum. Et in eodem. 26. Et peregrinare in ea Geñ. 47 . Ad peregrinandum in terram tuam venimus. Exo. 12. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam. Pro quo in hebreo habetur . Et si peregrinatus fuerit apud vos peregrinus. Iudic. 17. Peregrinari voluit vbicunq; sibi cōmodum reperisset. Ruth . 1. vt peregrinaretur in regione moabitide. 4. Reg. 8 . Et peregrinare vbicunq; repereris. Iob. 28 . Diuisit torrentem a populo peregrinante. Ps. 5. Nec habitabit iuxta te malignus Ps. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Esa. 15. Habitabunt in te profugi mei. Et in eodem. 33 . Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante : quis poterit

Peregrinari. Habitare .

Universidad de Deusto
Biblioteca

דּוּן Dun. iudicare. iudicium esse. iudicio contēdere. certare. litigare. Geñ. 6. Non permanebit spūs meus in homine in eternum. Pro quo bebrei legunt. Non certabit siue non litigabit spiritus meus in homine in eternum. Alii vero legunt sic. Non iudicabit spūs meus in hoīe in eternum. Vñ beatus Hieronymus in libro de hebraicis questionibus sup predicto loco sic ait. In hebreo scriptum est: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum: qm̄ caro sūt. hoc est: quia fragilis est in homine conditio nō eos ad eternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituam quod merentur. Ergo non seueritatem vt in nostris codicibus legitur: sed clementiam dei sonat: dum peccator hic pro suo scelere visitatur. hec Hieronymus. Alii vero dicunt q̄ potest deriuari a dictione נִרְדֵּן Méden que significat vaginā: quasi esset spiritus in homine sicut gladius in vagina. & legūt sic. Nō vaginabitur spiritus me⁹ in homine. i. non manebit vel p̄manebit. Concordat cum hoc burgensis in additionibus super hoc loco. Iob. 19. Et scitote esse iudicium. & aliquādo scribitur sine vau in medio. Geñ. 15. Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo. Et in eodem. 30. Iudicauit mihi dominus. Hiere. 5. Causam vidue non iudicauerunt Et in eodem. 22. Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. Et aliquando scribitur cum Iod in medio loco vau. Geñ. 49. Dan iudicabit populum suum. Deut. 32. Iudicabit dominus populum suum. Iob. 35. Iudicare coram illo. Ps. 71. Iudicabit populum tuum in iustitia. Ps. 109. Iudicabit in nationibus. Eccl's. 6. Et non possīt contra iustiorem se iudicio contendere. Esa. 3. Stat ad iudicandos populos. & aliquando scribitur cum nun in principio & dicitur נָדוֹן Madon: & significat certare vel litigare. vt. 2. Reg. 19. Omnisq̄ populus certabat in cunctis tribubus israel. Inde דִּין Din. i. iudicium siue causa. s. que agitur in iudicio. Iudi. 5. Et sedetis supra in iudicio. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata est: causam iudiciumq̄ recipies. Hiere. 5. Causam vidue non iudicauerunt. & in eodē. 22. Iudicauit causam pauperis & inde דַּיָּן Daiam. i. iudex. Ps. 67. Patris orphanorum & iudicis viduarum. & inde מָדוֹן Madon. i. contentio. Lis. Rixa. Iurgium. Discordia. vt Prouer. 15. Vir ira cundus prouocat rixam. Et in eodem. 16. Homo peruersus suscitat litem. Et in eodem. 17. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Quod in hebreo legitur in numero singulari scilicet caput est iurgii. Et in eodem. 22. Eiice derisorem & exibit cum eo iurgium. 2. Reg. 21. Quartum bellū fuit in geth: in quo vir fuit excelsus. & ponitur ibi מָדוֹן Madon pro excelso. Pro quo aliqui hebrei legūt. litigiosus vel rixosus. i. bellicosus. Potest etiam deriuari a dictione מִדָּה Midda que significat mēsuram. vt sit sensus. In quovir fuit mensure siue mensuratus. i. excelsus. Et in plurali scribitur sine vau & dicitur מְדָנִים Medanim. vt prouer. 6. Qui semi nat inter fratres discordias. & in eodem. 10. Odium suscitat rixas. & aliquando scribitur cum Iod loco vau & dicitur מִדְיָנִים Midianim. vt prouer. 18. Contradictiones cōprimit fors. Et in eodem. 21. Melius est sedere in angulo domatis q̄m cum muliere litigiosa. pro quo hebrei legūt quā cum muliere litigiorumvel litium. Et in eodem. Quam cū muliere rixosa. Pro quo hebrei legunt. Quam cum muliere rixarum vel litium. Et in eodem. 27. Tecta perstillātia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur. Ponitur ēt pro iudiciis. vt prouer. 18. Et iudicia quasi vectes vrbium. Sed etiam in hoc loco hebrei legūt. Et iurgia siue lites. Itē מְדִינָה Medina. i. prouincia. de quo vide infra in dictione מָדַן Medin.

Certare. נָדוֹן

Judicare.

Esse iudicium. Judicare.

Judicio cō tendere.

Certare. נָדוֹן

Judicium Causa. דִּין

Juder. דַּיָּן

Rixa. Litis. Jurgium. מָדוֹן

Excelsus. מָדוֹן

Mensura.

מְדָנִים

Discordie. Rixe.

מְדְיָנִים

cōtradictiones. Lites.

Judicia.

מְדִינָה

Prouincia.

דוּץ Dus. Precedere. vt Iob. 41. Et facie ēius precessit egestas. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt hebrei q̄ significat letari siue gaudere: quia in lingua chaldaica significat gaudium vel letitiam. & legunt sic. Et corā eo letabitur meror: siue ante ipsum gaudebit dolor. Tamē si littera daleth mutetur in littera res: que est quasi eiusdem figure: tunc significat precurrere siue precedere. Sicut est in littera nostra.

דּוּץ precedere.

Letari.

דּוֹק Doc. Nihil. vt Esa. 40. Qui extēdit velut nihili celos. De quo vide infra in dictione דַּמֶּק Dacac.

דּוֹק Nihil.

דּוּר Dur. Habitare. durare. vt. Ps. 83. Magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum. & in lingua chaldaica aliqñ scribitur cum aleph in medio loco vau. vt Dañ. 2. Et omīa in quibus habitant filii hominū. & inde מָדוֹר Mador. i. habitatio. Dañ. 2. Quorum non est cum hominibus conuersatio. ideſt habitatio. & in eodem. 4. Et cum bestiis feris erit habitatio tua. & inde דּוֹר Dor. i. generatio. Etas. i. temp⁹ habitationis vel durationis hominis. vt Geñ. 15. Generatiōe aūt quarta reuertentur huc. Deut. 23. Tertia aūt generatiōe intrabunt in ecclesiam domini. & in eodem. 32. Generatio em̄ peruersa est. Ps. 13. Q̄m̄ dominus in generatione iusta est. Eccl's. 1. Generatio preteriit & generatio aduenit. Esa. 38. Generatio mea ablata est. & in eodem. 53. Generationē eius quis enarrabit. & in plurali דּוֹרִים Dorim. Secundum formam masculinorum siue דֹּרוֹת Doroth secūdum formā femininorum. vt Ps. 71. Et ante lunam in generatiōe & generationem. Pro quo bebrei legunt. Et ante lunam in generatione generationum. Esa. 41. Vocans generatiōes ab exordio. Item דּוּר Dur. i. strues. s. lignorum. vt Ezech. 24. Compone quoq̄ struem ossium sub ea. & inde מְדוּרָה Medura. i. pyra. focus. vt in eodem. Ve ciuitati sanguinum: cuius ego grandem faciam pyram. Esa. 30. Nutrimenta eius ignis & ligna multa. pro quo hebrei legunt. focus siue Pyra eius ignis & lingua multa.

דּוֹר Habitare.

מָדוֹר

Habitatio. דּוֹר

Generatio

דּוֹרִים

דֹּרוֹת

Gñationes דּוֹר

Strues.

מְדוּרָה

Pyra.

דּוּשׁ Dus. triturare. terere. cōterere Iob. 39. Aut bestia agri conterat. Esa. 25. Et triturabitur moab sub eo sicut teruntur palee in plaustro. Et in eodem. 28. Non enim in seris triturabitur gith. Et in eodem. Verum nō in perpetuū triturans triturabit illum. Et in eodem. 41. Triturabis mōtes & cōminues. & osee. 10. Ephraim vitula docta diligere triturā. Pro quo hebrei legunt. Ephraim vitula docta diligens triturare. Amos. 2. Eo quod triturauerunt plaustris ferreis galaad. Mich. 4. Surge tritura filia sion. Et aliqñ scribitur sine vau. vt Iudi. 8. Cōteram carnes vestras cum spinis tribulisq̄ deserti. Et aliquando scribitur cum littera

דּוּשׁ

Conterere Triturare. Terere.

Iod in medio loco vau.vt Deut. 25. Non ligabis os bouis triturantis.& inde דַּיִשׁ Dáis.i.tritura. vt Leuit.26. Et apprehendet messium tritura vindemiam.& aliquando scribitur cum mem in principio.vt Esa.21.Tritura mea & filia aree mee. Item דִּישׁן Dison.nomen est cuiusdam animalis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit.Pygargum. Deut. 14.Bubalum.tragelaphum.pygargum.

Tritura
דַּיִשׁ
דִּישׁן
Pygarg⁹

דָּחָה Dacha. Impellere.expellere.eiicere.euertere. supplãtare.decipere.preuaricarí facere.Ps.117.Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Prouer.14. In malitia sua expelletur ímpius.Hiere.23. Impellētur & corruēt in ea.& in eodem.29. De cunctis locis ad que expuli vos. Et in eodem.Cunctis gentibus ad quas ego eieci eos.Et aliqñ scribitur cum vau in medio.de quo vide supra in dictione דּוֹחַ Doach. Item significat abstrahere vel auertere. siue facere alios preuaricari.vt Deut.13.Quia voluit te abstrahere a domino deo tuo.& in eodem.Et auerterunt habitatores vrbis sue atq; dixerunt.& ponitur ibi verbum tertie cõiugationis quod scribitur cum he in principio & Iod in secunda syllaba.2.Paralip.21. Et preuaricari fecit iudam.i. auertit a cultura dei.vide etiam de hoc infra in dictiõe נָדַח Nadach.& inde דֶּחִי Dechí.i.lapsus. Ps.55.Et pedes meos a lapsu.& similiter.Ps.104.Vbi eadem verba habentur.& inde דְּחוּיָה Dechuia.i.delapsa.siue depulsa.Ps.61.Tāq; parieti inclinato & macerie depulse.& inde נִדָּחִים Nídachim .i.electi siue profugi.vt Ps.149.Dispsiones israel cõgregabit.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.electos israel congregabit.Esa.11 Et congregabit profugos israel.& in eodē.16.Habitabunt in te profugi mei moab.& etiam de hoc vide infra in dictione נָדַח Nadach.& inde מִדְחֶה Midche per additionē mem in principio.pro quo beatus Hieronymus transtulit ruinā vt prouer.26.Os lubricum operabitur ruinam.

Supplãtare Expellere. Impellere
Eiícere
Abstrahef Auertere
Preuaricari facere
דֶּחִי
Lapsus
דְּחוּיָה
Depulsa.
נִדָּחִים
Eiecti.
Profugi
מִדְחֶה
Ruina.

דָּחַל Dachal.in lingua chaldaica significat terrere siue timere.Dañ.4.Somnium vidi & perterruit me. Et inde דְּחִיל Dechil.i.terribilis.Dañ.2.Intuit⁹ei⁹erat terribilis

pterrere.
דְּחִיל
Terribilis

דַּחֲנָן Dachauan cibus siue cena.Dañ.6.Cibiq; non sunt allati coram eo.hebrei tamen dicunt quod significat instrumentum musicum:seu tibiam.

דַּחֲנָן
Cibus

דֹּחַן Dóchan.milium.vt Ezech.4.Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem & milium. & solū inuenitur in predicto loco.

Milium.

דָּחַף Dachaph.festinare.perterritum accelerare.vt.2.Paralip.26.Sed & ipse perterritus accelerauit egredi. Hester.3.Festinabant cursores qui missi erant.& in eodem.6. Et aman festinauit ire in domum suam.

perterrit⁹ accelerare. Festinare.

דָּחַק Dachac.Coarctare. Angustiare. Opprimere.Ioel.2. Vnusquisq; fratrem suum non coarctabit. & Iudi.2. Et liberabat eos de cede vastantium.pro quo hebrei legūt. A facie tribulantium & angustiantium vel coarctantiū eos

Coarctare
Vastare
Tribulare
Angustiaf

דַּי
דֵּי
Sufficiētia
Abūdātia.

Ddai. siue דֵּי De. Sufficientia.abundantia.satis.vtExo. 26.Plus offert populus q̄ necessarium est. Pro quo hebrei legunt.Plus offert populus q̄ sufficientia vel abundātia est operis.i.plus q̄ sufficit operi.& in eodem. Eo quod oblata sufficerent & abundarent.Leuit.5. Sin aūt non potuerit offerre pecus.pro quo hebrei legunt.Si non inuenerit manus eius sufficientiam pecudis.i.si non potuerit habere precium sufficiens pro emptione pecudis.& in eodē. 25.Et ipse precium ad redimēdum potuerit inuenire. pro quo hebrei legunt.Et inuenerit quantum sufficit pro redēptione sua.& in eodem.Quod si non inuenerit manus ei⁹ vt reddat precium.pro quo hebrei legunt.Quod si non inuenerit manus eius sufficientiam vt reddat ei. Deut.15. Et dabis mutuum quo eū indigere prospexeris.Pro quo hebrei legunt. Mutuans mutuabis ei iuxta sufficientiam que ei deficit.2.Paralip.30.Quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerūt.vbi preponitur lamed & mem & dicitur לְמַדַּי Lemiddáí.i.ad sufficientiam. Hester.1. Vñ regis iusta est indignatio.Pro quo hebrei legunt. Et iuxta sufficientiam vel abundantiam contemptionis vel despectionis:& indignatio.s.est.sed beatus Hieronymus in locis predictis transtulit sensum. & prouer.25.Mel inueniſti comede quod sufficit tibi.& in eodē.27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos.Esa.40.Et líbanus non sufficiet ad succendendum:& animalia eius non sufficient ad holocausta.i.non erunt satis.Hiere.29.Rapuissent quod sufficeret sibi.Naū.2.Leo cepit sufficienter catulis suis. significat ēt דֵּי Dde. Transitus vel transmigratio ex vno tēpore in aliud vel ex vno loco in alium. Et tūc cōiter scribitur cum littera mem in principio.& dicitur מִדֵּי Midde.Esa.66.Et eritmē sis ex mense & sabbatum ex sabbato.i.per singulos mēses & per singula sabbata.ponitur etiā pro a principio.1. Reg. 18.A principio aūt egressionis eorum.Ponitur etiam pro frequenter .4.Reg.4.Cūq; frequenter inde transiret.i.statutis temporibus.& aliquando hec dictio דֵּי Dde.est syllabica adiectio que ponitur causa ornatus oratiōis.vel ad denotandum multitudinem vel magnitudinem rei cui preponitur.& scribitur aliquando cum beth vl caph aut mem in principio & dicitur בְּדֵי Bede.siue כְּדֵי Chede.aut מִדֵּי Midde.& aliquando omittitur in nostra translatione.vt.3. Reg.14.Cūq; ingrederetur rex in domum domini portabant ea.vbi huic verbo ingrederetur premittitur מִדֵּי Midde.Iob.39.Vbi audierit buccinam dicit vah.pro quo in hebreo habetur בְּדֵי Bede buccine dicit vah.i. in abūdantiam vel multitudinem buccinarum dicit vah.& Hiere.51.Et labores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt. Pro quo in hebreo habetur.Et laborabunt populi in דֵּי De nihilum:& gentes in דֵּי De ignis laborabūt. Itē כְּדֵי Chede.ponitur pro instar.vt Iudi.6.Et in instar locustarū vniuersa complebāt.Item מִדֵּי Midde ponitur pro dum siue p ex quo.vt Hiere.31.Quia ex quo locutus sum de eo adhuc recordabor eius.Itē דֵּי Dí.in lingua chaldaica est ꝓnomen relatiuum & est omnis generis & vtriusq; numeri. Hiere. 10.Dii qui celum & terram non fecerūt.Dañ.4.Nōne hec est bablyon ciuitas magna quam ego edificaui & in eodem 5.Quos volebat interficiebat:& quos volebat percutiebat quos volebat exaltabat:& quos volebat humiliabat. & aliquando significat q̄ coniunctionem.Dañ.2.Certe noui q̄ tempus redímitis scientes q̄ recesserit a me sermo.& aliqñ preponitur ei littera caph & dicitur כְּדֵי Gede.&tūc in eadē lingua chaldaica significat quādo.Dañ.5.Quando autem eleuatum est cor eius. Et aliquando preponitur ei dictio הֵא He:& tunc ambe dictiones significant sicut vel quēadmodum.vt Dañ.2.Sicuti ferrum misceri teste non potest. Est etiam דֵּי Di.articulus genitiui casus.Dañ.2. Ab arioch principe militie regis.& in eodem. Sit nomen domini benedictum.Et quando preponitur dictio עַד Ad.tunc ambe dictiones significant donec:siue quoadusq;.Dañ.2.Donec tempus transeat.& in eodem.4.Donec scias q̄ dominatur excelsus.

Sufficiēter.
דֵּי
מִדֵּי
A príncípio Frequēter
כְּדֵי
מִדֵּי
כְּדֵי
Instar
מִדֵּי
Ex quo
דֵּי
Qui
Quā
Quos
q̄
כְּדֵי
Quādo
Sícut.
דֵּי
Donec.

דַּיָּג Daiag.piscator. De q̄ vide supra in dictione דּוֹג Dog.

דַּיָּג

דַּיָּה Daia.miluus. Deut.14. Vulturem ac miluum iuxta genus suum.& in plurali דָּיוֹת Daioth.vt Esa.34.Illic cōgregati sunt milui alter ad alterum.& habet terminationē femininam in hebreo tam in singulari q̄ in plurali. Et est promiscui generis.

דַּיָּה
Miluus.
דָּיוֹת
Miluí.

Universidad de Deusto Biblioteca

דִּין Atramētū

דִּיוֹ Deio. Atramentum. Hier. 36. Et ego scribebā in volumine atramento.

דֵּין Dic.

דֵּין Den in lingua chaldaica est pronomen demonstratiuū ideſt hic siue iste: & in genere femínino vel neutro scribitur cum aleph vel he in fine: vt infra dicetur in dictione דְּנָא Dena.

דַּיִק Munitio.

דַּיִק Daiec. propugnaculum siue munitio. vt. 4. Reg. 25. Et extruxerunt in circuitu eius munitiões. Ezech. 4. Et edificabis munitionem & comportabis aggerem.

דָּ Illa ille

דָּךְ Dach. in lingua chaldaica est pronomen demõstratiuū tertie persone: & est omnis generis. Esdre. 4. Quia si ciuitas illa edificata fuerit. & in eodem. qm̃ vrbs illa vrbs rebellis. & in eodem. 6. Sinite templum illud fieri.

דַּכָּא consumere Conterere Atterere cõminuere cõfringere Humiliare

דַּכָּא Dacha. consumere. conterere. confringere. humiliare. vt Iob. 4. Consumentur velut a tinea. & in eodē. 5. Et conterētur in porta: & non erit qui eruat. Et in eodē. 6. Et qui cepit ipse me conterat. Et in eodem. 19. Et atteristis me sermonibus. Et in eodem. 22. Et lacertos pupillorū cõminuisti. pro quo hebrei legunt. Et brachia pupillorum conterebantur vel cõfringebantur. Et in eodem. 34. Et introducet noctem & conterentur. Ps. 71. Et humiliabit calūniatorem. Ps. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Esa. 53. Attritus est propter scelera nostra. Et in eodem. Et dñs voluit conterere eum in infirmitate. Threñ. 3. vt conteret sub pedibus eius omnes vinctos terre. Ponitur etiā pro mundare. vt Hiere. 44. Non sunt mundati vsq; ad diem hanc. & inde דַּכָּא Dacha. i. contritio siue contritus vel attritus aut humilitas vel humilis. Deut. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis. Ps. 89. Ne auertas hominem in humilitatem. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit conuertēs homines vsq; ad cõtritionem. Esa. 57. In excelso & in sancto habitans & cum contrito & humili spiritu. & in plurali דַּכָּאִי Dachee. i. cõtriti vel humiles. Ps. 33. Et humiles spiritu saluabit. & scribitur aliquādo cum vau in fine. ut Prouer. 26. Lingua fallax odit veritatē. Pro quo hebrei legūt. Lingua fallax siue lingua mendacii odit humilitatem: siue conterentem se i. corripientem se. Scribitur etiam cum he in fine vt in dictione sequenti.

Mundare. דַּכָּא

Attritus

Contritio. Humilis. דַּכָּאִי Humiles

דַּכָּה Humiliare

דַּכָּה Dacha. conterere. humiliare. sicut dictio supradicta. Ps. 9. In laqueo suo humiliabit eum. Ps. 43. Qm̃ humiliasti nos in loco afflictionis. Ps. 50. Et exultabūt ossa humiliata. pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Vt exultent ossa que confregisti. & in eodem. Cor contritum & humiliatum de⁹ nō despicies. Ps. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbū & inde דָּךְ Dach. i. pauper egenus. De quo vide supra in dictione דּוֹךְ Doch. & inde דּוֹכִי Dochi. i. fluctus. eo quod conterunt vel confringunt se inuicem. Ps. 92. Eleuauerunt flumina fluctus suos.

cõfringere Conterere

דָּךְ דּוֹכִי Fluctus

דֵּכֶן Illa. Ille.

דֵּכֶן Dicen. In lingua chaldaica est pronomen demonstratiuum. i. illa siue ille. Dañ. 2. Statua illa magna. & in eodem. 7. Et de cornu illo quod habebat oculos.

דּוּכִפַּת Apupa

דּוּכִפַּת Duchiphath. nomen auis inmūde. Pro quo beat⁹ Hieronymus traduxit Vpupā. vt Leuit. 11. Vpupā quoq; & vespertilionem.

דּוּכְרָן Memoria.

דָּכַר Dechar. in lingua chaldaica significat recordari siue mēorari. & inde דּוּכְרָן Duchran. siue דּוּכְרָנָא Duchrana. i. memoria siue commemoratio aut memoriale. Esdre. 6. Talisq; scriptus erat in ea cõmentarius. Pro quo hebrei legunt. Et sic erat scriptum in ea memoria siue memoriale & in plurali דּוּכְרָנַיָּא Duchranaia. & põitur pro historiis vl' cõmentariis que sunt memorie priscorū tēporū. Esdre. 4.

דּוּכְרָנַיָּא Historie

vt recenseas in libris historiarum. Et in eodem. Et inuenies scriptum in commētariis. Item דְּכַר Dechar. in lingua chaldaica significat masculū siue agnū. Esdre. 7. Et agnos & hedos in holocaustum.

cõmētarius דְּכַר Agnus.

דַּל Dal. Pauper. egen⁹. De quo vide infra in dictiõe sequēti

דַּלַל Dalal. attenuare. pauperē esse. Esa. 29. Attenuabūtur & siccabuntur riui fluminum. & aliquando scribitur cum simplici lamed. vt. 2. Reg. 13. Quare sic attenuaris macie fili regis. Iob. 28. Quos oblitus est pes egētis hominis & inuios. pro quo hebrei legunt. Quos oblitus est pes: attenuati sunt ab homine. i. diminuti & cõmoti sunt. Ps. 114. Humiliatus sum & liberauit me. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxtā hebraicam veritatem transtulit. Attenuatus sum & me saluauit. Esa. 17. Attenuabitur gloria iacob. & in eodem. 38. Attenuati sunt oculi mei suspiciētes inexcelsum. Sed dicunt aliqui hebrei q⁹ in predicto loco deriuatur a dictione דָּלָה Dala Que significat eleuare. & legunt eleuati sunt oculi mei &c. Inde דַּל Dal. i. attenuatus. macilentus. pauper. egenus. vt Leuit. 14. Quod si paup est & non potest manus eius inuenire que dicta sunt. Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Ps. 140: Et ostium circunstantie labiis meis. pro quo hebrei legūt. Serua super pauperem labia mea. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Serua paupertatē labiorum meorum. potest etiam deriuari a dictiõe דֶּלֶת Déleth que significat ostium vt infra dicetur. & in plurali דַּלִּים Dalim. 2. Reg. 3. Dom⁹ autē saul decrescens quotidie. Pro quo hebrei legunt. Domus autem saul euntes & attenuati. i. quottidie attenuabātur. i. decrescebant. Hiere. 39. Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebāt dimisit nabuzardā. & in plurali femínino דַּלּוֹת Daloth. vt Geñ. 41. In tantum deformes & macilente vt nunq; tales in terra egypti viderim. & inde דָּלָה Dala. i. macies. tenuitas. paupertas: Esa. 38. Dū adhuc ordirer succidit me. Pro quo hebrei legunt. De macie vel de tenuitate succidit me. i. infirmitate succidit me. Et quando post se regit genitiuum mutat he in tau. & dicitur. דַּלַת Dalath. i. paupertas vt. 4. Reg. 25 Et de pauperib⁹ terre reliquit vinitores & agricolas. quod in hebreo legitur collectiue. s. de paupertate terre. i. de congregatione pauperū. & in plurali dicitur דַּלּוֹת Daloth. Hiere. 62. De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo. & in eodem. De pauperibus vero terre reliquit nabuzardan. vbi ponitur paupertas pro pauperibus. Ponitur etiā דַּלַת Dalath. pro cesarie vel coma. vt Canti. 7. Et come capitis tui sicut purpura regis. vide ētinfra in dictiõe דָּלָה Dala.

דַּל Attenuati pauperes

דַּלּוֹת Pauperes.

דַּלַת Coma.

דַּלַת Pauptas.

דַּלַג Salere.

דַּלַג Dalag. transilire. saltare. vt Canti. 2. Ecce iste venit saliens in montibus. Esa. 35. Tūc saliet sicut ceruus claudus. Soph. 1. Et visitabo super omnem qui arrogāter ingreditur super limen. Pro quo hebrei legunt. Et visitabo sup omnem transilientem vel salientem super limen. In trāslatione chaldaica sic habetur. Et visitabo sup oēm qui ambulat in ritu philistinorū. Nā sacerdotes philistinorū nō calcabāt limē tēpli Dagon: sed trāsiliebāt illū. vt hētur. 1. Reg. 5.

Transilire

דָּלָה Haurire. Exhaurire. Sufferre. Eleuare.

דָּלָה Dala. Haurire. Exhaurire. Sufferre. Eleuare. Exo. 2. Que venerant ad hauriendam aquam. & in eodē. In super & hausit aquam nobiscum. Prouer. 20. Sed homo sapiens exhauriet illud. Inde דָּלִי Dali. siue דְּלִי Deli. i. situla qua aqua exhauritur. Nu. 24. Fluet aqua de situla eius. & Esa. 40. Ecce gentes quasi stilla situle. Item דָּלָה Dala. i. eleuare. sufferre. Ps. 29. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me. Pro quo hebrei legunt. Exaltabo te domine quoniam eleuasti me vel sustulisti me. Prouer. 26. Quomō pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecēs est in ore stul-

דָּלִי Situla.

eleuare sufferre.

torum.Potest etiam legi sic. Eleuate.i.tollite crura a claudo:quia nihil prosūt quāuis sint pulchra:& sic exponunt aliqui hebrei. Vnde idem est sensuscum littera nostra.Esa. 38.Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.pro quo hebrei legunt.Eleuati sunt oculi mei in excelsum siue ad excelsum.Potest etiā interpretari.Attenuati sunt: sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione דלל Dalal.& inde דלית Dalioth.i.rami siue propagines. Eo qđ sunt excelse vel eleuate.Hiere.11.Et combusta sunt fruteta eius.pro qđ hebrei legunt.Et cōfracti sunt rami ei9.Ezech. 17.Respicientibus ramis eius ad eam.& in eodem.Et palmites suos extendit ad eam.Et in eodem.Sub vmbra frondium eius nidificabunt.pro quo hebrei legunt. In vmbra ramorum eius habitabunt.

Eleuare

דלית Rami. Palmites

דלח Dalach.turbare.conturbare.s.aquas pedibus cōculcādo.vt Ezech.32.Et conturbabas aquas pedibus tuis. Et in eodem.Et non turbabit eas pes hominis vltra: neq; vngula iumentorum turbabit eas.

דלה Cōturbare Turbare

דלף Daleph.stillare.vt Iob.16.Ad deum stillat oculꝰ meꝰ. Eccl's.10.Et in infirmitate manuū perstillabit domꝰ Ps.118.Dormitauit aīa mea pre tedio.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Distillauit anima mea pre stultitia.& secūdū hebreos ponitur ibi distillare p lacrimare vel plorare: iuxta illud Hiere. 13.In abscondito plorabit anima mea a facie superbie.& in de דלף Deleph.i.stilla pluuie siue stillicidium.Prouer.27. Tecta perstillantia in die frigoris. Pro quo hebrei legunt. Stilla siue stillicidiū continuum vel assiduū in die frigoris.

Stillare. Plorare.

דלף Stilla stillicidiū.

דלק Dalac.incendere.succendere.ardere. persequi.vt. Ps. 7.Sagittas suas ardētibus effecit.Ps.9. Dum superbit impius:incenditur pauper.Prouer.26. Sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.Pro quo hebrei legūt. Sic labia ardentia siue persequentia & cor pessimum.Esa.5.Vt vino estuetis.pro quo hebrei legunt. Vinū incendit eos.Ezech. 24.Congere ossa:que igne succendam. Abdie.1.Et succēdentur in eis & deuorabunt eos. Inde דלקת Dalecheth.i. incendium siue ardor.Deut.28.Percutiet te dominus egestate:febre:frigore:& ardore.Significat etiam persequi.vt Gen.31.Et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me. pro quo hebrei legunt.Et quod est peccatum meum: quia persecutus es post me.Potest etiā legi sicut est in littera nostra: quia est equiuocum vt supra dictum est.1. Reg.17. Et reuertētes filii israel postq; persecuti sunt philisteos inuaserunt castra eorum.Threñ.4. Super montes persecuti sunt nos.

Ardere Incendere Lumere. Estuare succendere

דלקת Ardor.

Persequi.

דלת Déleth.ostium.ianua.Gen.19.Ac post tergū acclaudens ostiū. Exo.21.Et applicabitur ad ostiū.3. Reg. 6.Et vtrūq; ostium duplex erat.4.Reg.12.Aperuitq; foramen desuper.pro quo hebrei legunt.Aperuitq; foramē in ostio eius siue in ianua eius.Prouer.16.Sicut ostium vertitur in cardine suo.Esa.57.Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum.Et aliquando scribitur sine tau.

דל ostium

& dicitur דל Dal.vt.Ps.140.Et ostium circumstantie labiis meis.& de hoc vide supra in dictione דלל Dalal. & in plurali דלתות Dalthoth.siue דלתי Dalthe.aut דלתים Delathā im.i.ostia.porte.ualue.ianue.Ios.6.Et in nouissimo liberorum ponat portas eius.3.Reg.6.Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum.& in eodē. Et duo ostia de lignis abiegnis.& in eodem.7.Per cardines ostiorū domus interioris sancti sanctorum & ostiorum domus tēpli ex auro erant.2. Paralip.3. Et postes & parietes & ostia.

Porte. Ostiola. Ualue.

Nec.6.Valuas non posueram in portis.& in eodem.7.Et posui valuas.& in eodem: Cūq; adhuc assisterēt clause portę sunt.Iob.40.Portas vultus eiꝰ quis aperiet.Esa.45.Aperiam coram eo ianuas.

Ianue.

דם Dam.sanguis.cruor.homicidiū.vt Gen.9. Excepto q̄ carnem cū sanguine non comedetis:sanguinē eni aīarū vestrarum requiram.& in eodem.Quicunq; effuderit humanum sanguinem:fundetur sanguis illius.Exo.7. Et sit cruor in omni terra egypti.& in eodem.12. Et sument de sanguine:ac ponent super vtrūq; postem.Leuit.17.Sāguinis reus erit:quasi si sanguinem fuderit.Deut.32. De cruore occisorum & de captiuitate.Ios.2.Reus sibi erit:sanguis ipsius erit in caput eius.& in eodem.Cunctorum autē sanguis qui tecum in domo fuerint redundabit in caput nostrum.2.Reg.1.sanguis tuus sit super caput tuum.& in eodem.23.Nun sanguinem hominum istorum qui profecti sunt & animarum periculum bibam.Iob.16.Terra ne operias sanguinem meum.Ps.57.Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.Ps.71.Et honorabile nomen eorum coram illo.pro quo beatus Hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius.Ezech.19.Mater tua quasi vinea in sanguine tuo.Sed in hoc loco dicunt hebrei q̄ deriuatur a dictione דמה Dama infra posita que significat assimilare. Et sic ipsi legunt.Mater tua quasi vitis in similitudine tua. Accipitur etiam pro pena vel noxa effusionis sanguinis. Nu.35.Absq; noxa erit qui eū occiderit.& in plurali דמים Damim.siue דמי Deme.i.sanguines.vt Gen.4.Vox sāguinis fratris tui clamat ad me de terra.pro quo hebrei legūt. Vox sanguinum fratris tui clamantiū ad me de terra. Sed chaldaicus interpres transtulit etiam singulariter: sicut est in littera nostra.2.Reg:3.Mundus ego sum & regnū meū vsq; in sempiternum a sanguine abner.quod etiam in hebreo legitur pluraliter.s.a sanguinibus abner. Esa.1. Manus enim vestre sanguine plene sunt.Pro quo hebrei legūt Manus enim vestre sanguinibus plene sunt. Osee.1.Et sanguis sanguinem tetigit.Pro quo hebrei legunt.Et sanguines in sanguines tetigerunt.& in eodem.12.Et sanguis eiꝰ super eum veniet.quod etiam in hebreo legitur in plurali. Zach.9.Et auferam sanguinem eius de ore eius. Pro quo hebrei legunt. Et auferam sanguines eius de ore eius. Et sic communiter vbi apud hebreos legitur in plurali.in nostra translatione transfertur singulariter:exceptis aliquibꝰ locis:aut quando significat penam capitalem vel penā effusiōis sanguinis. Ps.50. Libera me de sanguinibus deꝰ. Ps.54.Viri sanguinū & dolosi non dimidiabūt dies suos. Ps.105.Et interfecta est terra in sanguinibus.& aliquando ponitur pro homicidio vel pro reatu sanguinis.vt Exo.22 Non erit reus sanguinis.pro quo hebrei legunt. Nō erunt ei sanguines.i.non imputabitur ei pena effusionis sanguinis.& in eodem homicidium perpetrauit. pro quo hebrei legunt.Sanguines ei. idest pena homicidii imputabitur ei Deut.19.Ne sis sanguinis reus. Accipitur etiam pro periculo mortis:vel sanguinis effusione. vt Deut.22.Facies murum tecti per circuitū:ne effundatur sanguis in domo tua. Pro qđ he.le. Facies murum tecti:& nō ponas sanguines in domo tua.i.non ponas periculū effusiōis sanguinis in domo tua.Ponitur etiam דם Dam p vino rubro sanguinei coloris.vt Deut.32.Et sanguinē vue vt biberet meracissimū.

Janue. דם Sanguis. Cruor. Reus sanguinis. homicidiū Sāguis.s. vue.

דמם Damam.silere.tacere.conterere.quiescere.immobilē esse. expectare.vt Esa.47.Sede tacens & intra in tenebras filia chaldeorum.& Threñ.3.Bonum est prestolari cum silentio salutare domini.pro quo hebrei legunt.Bonū est prestolari & silere ad salutare domini. Abach.2. Ve qui dicit ligno expergiscere: surge lapidi tacenti. & aliqñ

Mora. דמים Sāguines

Tacere. Silere.

Universidad de Deusto Biblioteca

scribitur cum simplici mem. vt. 1. Reg. 2. Et impii in tenebris conticescent. Iob. 29. Et intenti tacebant ad consilium meum. Ps. 30. Erubescant impii & deducantur in infernū. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Confundantur impii taceant in infer no. Esa. 15. Quia nocte vastata est Ar moab conticuit.. Hie re. 8. Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit. & in eodem. 25. Et conticuerunt arua pacis. & in eodem. 51. Nolite tacere super iniquitatem eius Threñ. 2. Cōticuerunt senes filie sion. & in eodem. 3. Sedebit solitarius & tacebit. Amos. 5. Ideo prudens in tempore illo tacebit. Significat etiam quiescere vel immobilem esse aut expectare. vt Exo. 15. Fiāt immobiles quasi lapis. Ios. 10. Sol contra gabaon ne mouearis. Pro quo hebrei legunt. Sol contra gabaon quiesce vel expecta. i. esto immobilis. Et in eodem. Et stetit sol & luna. i. quieuit. 1. Reg. 14. Manete donec veniamus ad vos. i. quiescite vel expectate. Iob. 30. Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie. Pro quo hebrei legunt. Interiora mea efferbuerunt & non quieuerunt. vide etiam de hoc supra in dictione דום Dom. & infra in dictione sequenti. & inde דְּמָמָה Demama. i. silentium. trāquilitas. quies. vt. Ps. 106. Et statuit procellam eius in auram. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Statuet turbinem in tranquillitatem. idest in silentium vel quietem. Ponitur etiam pro aura. vt 3. Reg. 19. Et post ignem sybilus aure tenuis.

דָּמָה Dama. assimilare. similē cē. adeq̄re. tacere. existimare cogitare. putare. opprimere. excidere. vastare. consumere. Ps. 48. Et similis factus est illis. Ps. 101. Similis factꝰ sum pellicano solitudinis. Ps. 143. Homo vanitati similis factus est. Canti. 2. Similis est dilectus meus capree hinnuloq; ceruorum. & in eodem. 5. Assimilaui te amica mea. & in eodem. 7. Statura tua assimilata est palme. Esa. 14. Similis ero altissimi. & in eodem. 40. Cui ergo similem fecistis deum. & in eodem. Et cui assimilastis me. Hiere. 6. Speciose & delicate assimilaui te filia sion. Threñ. 2. Vel cui assimilabo te filia ierusalem. Ezech. 31. Cui similis factus es in magnitudine tua. & in eodem. Abietes non adequauerunt summitatem eius. & in eodem. Omne lignum in paradiso dei non est assimilatum illi. & in eodem. 32. Leoni gētium assimilatus es. Osee. 12. Et in manu prophetarum assimilatus sum. & inde דְּמוּת Demuth. i. similitudo. exemplar imago. Geñ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Ezech. 1. Et in medio eius similitudo quatuor animalium. & in eodem. Similitudo aūt vultus eorū. & in eodem. Et similitudo animalium & aspectus eorum. Pōitur etiam pro exēplari. vt. 4. Reg. 16. Misit rex achaz ad vriam exemplar eius. Itē ponitur pro imagine. vt Esa. 40. Et quam imaginem ponitis ei. & aliquando scribitur sine tau. vt Ezech. 19. Mater tua q̄si vinea in sanguine tuo. Pro quo aliqui hebrei legunt. Mater tua quasi vitis in similitudine tua. Sed magis proprie significat sanguinem sicut est in littera nostra: vt dictum est supra in dictiōe דָּם Dam. & inde דִּמְיוֹן Dimion. i. similitudo. vt. Ps. 16. Suscepeīt me sicut leo paratus ad predam. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Similitudo eius quasi leonis desiderantis predam. Significat etiam supradicta dictio דָּמָה Dama. tacere. aut silere. vt Esa. 6. Ve mihi quia tacui. Threñ. 3. Oculus meus afflictus est: nec tacuit. Item significat estimare siue existimare aut cogitare vel putare: aut arbitrari. vt. Ps. 47. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Estimauimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ps. 49. Existimasti iniquē q̄ ero tui similis. Ester. 4. Ne putes q̄ animam tuam tantum liberes. Esa. 10. Ipse autem non sic arbitrabitur. i. cogitabit. & in eodem. 14. Iurauit dominus exercituū dicēs: si non vt putaui ita erit. Significat etiam opprimere aut excidere siue deuastare aut consumere. 2. Reg. 21. Virum qui attriuit nos & oppressit iniq̄. Osee. 4. Nocte tacere feci matrem tuam. Pro quo hebrei legunt. Nocte oppressi siue deuastaui aut excidi matrē tuam. Potest etiam significare tacere feci: sicut supra dictū est. & lxx. sequētes primum significatum transtulerūt. Nocti assimilaui matrem tuam. & in eodem. 10. Transire fecit samaria regem suum. pro quo hebrei legūt. Deuastauit vel consumpsit aut excidit samaria regem suum. & in eodē. 11. Sicut mane transiit: pertransit rex israel. Pro quo hebrei legunt. Mane exciſſus siue consumptus est rex israel. Abdie. 1. Quomodo conticuisses. Pro quo hebrei legūt. Quomō exciſſus vel consumptus es. Soph. 1. Conticuit omnis populus chanaā. Hiere. 17. Cōticuit ascalon. Quod hebrei exponunt. Exciſſus est siue consumptus vel deuastatus est. Pōt etiam significare conticescere: vt supra dictum est. & inde דְּמִי Demi. i. exciſſio. siue consumptio. vt Esa. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum. pro quo hebrei legūt. Ego dixi in exciſſione vel in consumptione dierum meorum. Et secundum hoc significatum exponunt aliqui hebrei aliqua que supra in dictione דָּמָם Damam dixim⁹ significare tacere vel silere. vt. Ps. 30. Erubescant impii & deducantur in infernum. Hiere. 9. Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit. & in eodem. 25. Et conticuerūt arua pacis. vbi in predictis locis aliqui hebrei dicunt q̄ significat excidere vel opprimere: aut consumere. Sed potest significare tacere aut silere vel conticiscere: sicut supra dictum est quia possunt derivari a dictione supradicta דום Dom. siue a dictione damam. De quo vide in predictis dictionib⁹. In de דְּמִי Dómi. i. silentium. vt Esa. 62. Et ne detis silentiū ei. Ps. 82. Deus quis similis erit tibi. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. De⁹ non silentium tibi. Et propter predictam equiuocationem potest etiam interpretari. Deus non similis tibi. i. nullus est similis tibi. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur דּוּמָיָה Dumia. vt. Ps. 21. Et nocte non ad insipientiam mihi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Et nocte nec est silentiū mihi. Ps. 38. Obmutui & humiliatus sum: & siluí a bonis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Obmutui & silētio tacui de bono. Et de hoc vide supra in dictione דום Dom.

דֹּמֶן Domen. stercus siue sterquilinium. vt. Ps. 82. Facti sūt stercus terre. Hiere. 9. In sterquilinium super faciē terre erūt. & in eodem. Et cadet morticinium hominis quasi stercus super faciem regiōis. & inde מַדְמֵנָה Madmena per additionem mem in principio & he in fine. i. sterquiliniū secundum hebreos. Sed beatus Hieronymus trāstulit plaustrum. Esa. 25. Sicut teruntur palee in plaustro. Ponitur etiam מָדְמֵן Madmen pro silentio vel silente sicut dictio supradicta. Hiere. 48. Ergo silens conticesces. vbi pro eo quod in littera nostra est silens: in hebreo ponitur מַדְמֵן Madmen. & dicunt aliqui hebrei q̄ est nomen proprium cuiusdam loci regionis moab. Et interpretatur stercus siue sterquilinium.

דָּמַע Damaa. lachrimare siue lachrimas fundere. plorare. vt Hiere. 13. Plorans plorabit & deducet oculus meus lachrimā. & inde דִּמְעָה Dimaa. i. lachrima. vt in loco predicto. & 4. Reg. 20. Vidi lachrimam tuam. Esa. 25. Auferet dominus deus lachrimā. & Threñ. 1. Et lachrime eius

eōticescere

Silere.

Immobilē esse. Quiescere Stare. Manere.

דְּמָמָה

Trāquilitas.

Aura.

דָּמָה

Similē cē.

Assimilare

Adequare

דְּמוּת

Similitudo

Exemplar.

Imago

דִּמְיוֹן

Similitudo

Tacere.

Estimare

Putare. Arbitrari

opprime

Deuasta

Transfere

Cōsume

Excidere

Excisio

Silere. Conticiscere

Silentiū

Stercus sterquilinium

Madmena

Plaustrum

Silens

Plorare

Lachryma

in maxillis eius. Quod in hebreo legitur in singulari. s. & lachrima eius in maxillis eius. & sic in aliquibus aliis locis vbi in translatione nostra legitur pluraliter. in hebreo legitur singulariter. & in plurali dicitur דְּמָעוֹת Demaoth. i. lachrime. vt Threñ. 2. Defecerūt pre lachrimis oculi mei. Significat etiam דִּמְעָה Dimaa Liquorem. s. vini vel olei. secūdū hebreos. vt Exo. 22. Pro eo quod nos habemus decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Hebrei legūt. Plenitudinem tuam. s. frugum: & liquorem tuū. s. vini vel olei: non tardabis. s. offerre. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum.

דְּמָעוֹת Lachrime

דִּמְעָה Liquor.

דַּמֶּשֶׂק Damesec. nomē proprium viri vel loci. vt Genñ. 15. Et filius procuratoris domus mee: iste damasc⁹ eliezer. 4. Reg. 8. Venit quoq; eliseus in damascū. Esa. 7. Caput syrie damascus. Amos. 3. In plaga lectuli & in damasci grabato. Sed in predicto loco dicunt aliqui hebrei ꝙ est nomen cōmune: & ꝙ significat angulum. & sic ipsi legunt. In plaga lectuli & in angulo grabati. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione מֶשֶׂךְ Mesech. que significat gubernare: siue sustentare. vt sit sensus. In plaga lectuli & in sustentaculo grabati.

Damascus. Angulus. Sustētaculum.

דְּנָא Dena. siue דֶּנָּה in lingua chaldaica est ꝓnomē demōstratiuum generis femininj vel neutri. Dañ. 2. Vt quererent mīam a facie dei celi super sacramento isto. & in eodem. sacramentum hoc reuelatum est mihi. & in eodem. hoc est somniū. Et quandoq; preponitur ei littera caph. & dicitur כְּדֶנָּה. i. sic aut huiuscemodi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. Dañ. 2. Verbum huiuscemodi non scisitatur.

Iste. Doc.

כְּדֶנָּה Sic. Huiuscemodi.

דֶּנֶג Donag. cera. vt. Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Ps. 96. Mōtes sicut cera fluxerunt a facie domini. Michee. 1. Sicut cera a facie ignis.

דֶּנֶג Cera

דָּעַךְ Daach. extinguere. conterere. consumere. vt Iob. 21. Quotiēs lucerna impiorū extinguetur. Ps. 117. Exarserunt sicut ignis in spinis. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Extincti sunt quasi ignis spinarum. Prouer. 20. Extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Significat etiam conterere vel cōsumere. ut Iob. 6. Et vt incaluerint soluentur de loco suo. i. conterentur vel consumētur. Esa. 43. & cōtriti sunt quasi linū.

Extinguere. Conterere Cōsumere.

דֻּפִי Dophi. opprobrium. Scandalū vt. Ps. 49. Et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. & solum inuenitur in predicto loco. Beatus vero Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit opprobrium.

Scandalū opprobrium

דָּפַק Daphac. pulsare. impellere. vt Iudi. 19. Et circūdātes domū senis fores pulsare ceperūt. Cāti. 5. Vox dilecti mei pulsantis. Genñ. 37. Quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vno die. Pro quo hebrei legunt. Et si impellerent eas vno die morientur omnes oues. i. si eas fecero ambulare plus solito: morientur omnes oues. Vnde beatus Hieronymus transtulit sensum.

Pulsare Impellere

דַּק דַּקָּק Dac. siue דַּכַּק. cōminuere. cōterere. attenuare. Et sem per scribitur cum simplici coph. vt Exo. 30. Cūq; in tenuissimum puluerem vniuersa cōtuderis. Pro quo hebrei legunt. Et contūdes ea & cōminues. & in eodem. 32. Et cōtriuit vsq; ad puluerem. pro quo hebrei legunt. Et contriuit donec cōminutum est. Deut. 9. Omnino quoq; in puluerem redigens. i. in puluerē cōminuens. 2. Reg. 22. Quasi lutum platearum cōminuam eos. & illud quod habetur psalmo. 17. Et quasi lutum platearum delebo eos. Ibi em scribitur אַרִיקֵם Aricem per res & non per daleth. 4. Reg. 23. Combusit & cōminuit in puluerem. 2. Paralip. 34. Lucos etiam & sculptilia succidit atq; cōminuit. Et in eodem Lucos & sculptilia contriuit in frusta. Pro quo hebrei legunt. Lucos & sculptilia contriuit ad comminuēdum. i. in minutissimas partes. Esa. 28. Neq; in vngulis suis comminuet eum. & in eodem. 41. Tritura bis gentes & cōminues Michee. 4. Et cōminues populos multos. & inde דַּק Dac. idest minutum siue cōminutum aut tenue vt Exo. 6. Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo tussum. Accipitur etiam pro minutissimo vel tenuissimo puluere. vt Esa. 29. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiū te. & in eodem. 40. Ecce insule quasi puluis exiguus. & scribitur aliquādo cum he in fine & dicitur דַּקָּה Daca. vt Leuit. 16. Et hauriens manu compositum thymiama in incensum. Pro quo hebrei legūt. Et plenis pugnis siue pugilis suis thimiamatis aromatum comminuti aut tenuis. 3. Reg. 19. Et post ignē sybilus aure tenuis. & in plurali דַּקּוֹת Dacoth. vt Genñ. 41. Confecteq; macie. Pro quo hebrei legūt. Et tenues carne. & in eodem. Alie quoq; totidem spice tenues. Item דַּק Dac. i. lippus secundum beatū Hieronymum. vt Leuit. 21. Si gibbus si lippus. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco significat eū qui habet tenuē pellē vel telā super pupillā oculi. & inde דַּק Doc. pro qno beatus Hieronym⁹ transtulit nihilum. Esa. 40. Qui extendit velut nihili celos. & ēt in hoc loco hebrei dicūt ꝙ significat cortinā vel telā tenuē. & legūt sic. Qui extēditvelut cortinā vel telam celos.

cōminuere Conterere Tenues Lippus Nihilum

דָּקַר Dacar. perfodere. transfigere. cōfigere. vt Nu. 25. Et perfodit ambos simul: virum. s. & mulierem. Iudi. 10 Qui iussa perficiens interfecit eum. pro quo hebrei legūt. Et transfixit eum & mortu⁹ est. 1. Reg. 31. Euagina gladiū tuū & percute me. pro quo he. le. Euagina gladiū tuum & transfige me vel confige me. Esa. 13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. pro quo hebrei legūt Transfigetur vel pfodietur. s. gladiis. Zach. 12. Aspicient ad me quem cōfixerunt. & in eodē. 13. Et cōfigent eū pater eius & mater eius & inde מְדֻקָּרִים Meducarim. i. transfixi vel cōfixi. s. gladiis pro quo btūs Hieronymus trāstulit vulneratos. Hiere. 37 Et relicti fuerint ex eis aliq vulnerati. & inde מַדְקֵרוֹת Madceroth. i. confixiones vel cōpunctiones. Prouer. 12. Est qui promittit & quasi gladio pungitur. pro quo hebrei legunt Est qui promittit vel qui profert quasi compunctiōes vel perfossiones gladii.

Dar. nomen cuiusdam lapidis precios. vt Ester. 1. Suppauimentum smaragdino & pario stratū lapide dispositi erant. & dicunt hebrei ꝙ significat lapidem lucidum & quod deriuatur a דָּרוֹם Darom quod significat meridiem.

דַּר Lapis parius.

דְּרוֹר Deror. libertas. remissio. electio. turtur. vt Leuit. 25. Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre tue. i. libertatem. Hiere. 34. Predicans vt dimitteret vnusquisq; seruum suum pro quo hebrei legunt. Predicans eis remissionem vel libertatem: vt dimitteret vnusquisq; seruum suum. & in eodē. Vt predicaretis libertatē vnusquisq; ad amicū suū. & in eodē. Ecce ego predico libertatē ait dominus. & scribitur cum vau in secūda syllaba. Significat ēt דְּרוֹר Deror purum vel electū. vt Exo. 30. Sume tibi aromata prima myrrhe electe. i. eius que libere transit per manus mercatorū. Est etiā nomē cuiusdā auis. pro quo in nra trāslatione ponitur turtur. vt. Ps. 83. Etem passer inuenit sibi domum & turtur nidum. & beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. posuit genus pro specie & transtulit auem. Et similiter Prouer. 26. Sicut auis ad alta transuolans & passer quolibet vadens. vbi ponitur pro passere. Et dicūt aliqui ꝙ significat hirundinē: eo quod libere nidificat apud homines in quacūq; domo absq; vllo timore.

Remissio Libertas Electum. Turtur. Passer

דֵּרָאוֹן Deraon. abominatio. opprobriū. vt Esa. 66. Et erūt vsq; ad satietatem visiōis omi carni. Pro quo hebrei legūt

דֵּרָאוֹן

Universidad de Deusto Biblioteca

opprobriū

Et e runt in opprobriū: siue in abominationem omni carni. Potest etiā significare sicut est in littera nostra. vt sit dictio composita a דִּי De. quod significat abūdantiam vel sacietatē aut satis: & רָאוֹן Raon quod deriuatur a verbo רָאָה Raa. quod significat videre. & licet dictio דִּי De. scribatur cum littera Iod ad hoc quod significet abundantiā vel sacietatem: tamen in cōpositione potest omitti illa littera: sicut in aliis dictionibus compositis in quibus deficiunt vel superfluunt alique littere & maxime quando sunt litterevocales: sicut est Iod. & translatio chaldaica concordat cum littera nostra. in qua sic habetur. Donec dicant iusti satis vidimus. ponitur etiam predicta dictio דֵּרָאוֹן Deraon. Dañ. 12 vbi dicitur. Alii in opprobrium vt videant semper. i. vt satis videant. Pro quo hebrei legunt. Alii in opprobrium in abominationem semper. potest etiam legi sic. In sacietatē vel in abundantiam visionis semper. Quod est idem sensus cum littera nostra.

דֵּרָאוֹן
satis videt.
abomiatio

דַּרְבָּן
Stimulus
דַּרְבֹּנוֹת
Stimuli

Darban. stimulus. vt. 1. Reg. 13. vsq; ad stimulum corrigendum. & in plurali דַּרְבֹּנוֹת Darbonoth. vt eccls. 12. Verba sapientium sicut stimuli.

דַּרְגְּ
מַדְרֵגָה
Macería
מַדְרֵגוֹת
Sepes.

Darag. maceria. sepes. & scribitur cum mem in principio & cū he in fine & dicitur מַדְרֵגָה Madrega. vt Cāti. 2. In cauernis macerie. & in pl'ali מַדְרֵגוֹת Madregoth. Pro quo beatus Hieronymus transtulit sepes. Ezech. 38. Et cadent sepes & omnis murus. Sed in suis explanationibus super loco predicto dicit q̄ significat munitiões. & in lingua chaldaica דָּרָג Darag significat gradum vel locū eminentē.

דָּרָג
Gradus

דַּרְדַּר
Tribulus.

Dardar. tribulus. vt Geñ. 3. Et spinas & tribulos germinabit tibi. Et solum inuenitur in predicto loco. Et ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.

דָּרַךְ
Calcare.

Darach. calcare. conculcare. ambulare. incedere. ire. viam facere. dirigere. tēdere. extendere. s. arcum. vt Deut. 1. Et ipsi dabo terrā quam calcauit. & in eodē. 11. Ois locus quē calcauerit pes vester: vester erit. & in eodē. 33. Et tu eorū colla calcabis. Ios. 1. Oēm locū quē calcauerit vestigiū pedis vestri. Iudi. 5. Cōculca aīa mea robustos. & in eodem. 20. Ceciderunt atq; prostrati sunt ad orientalē plagā vrbis gabaa. pro quo hebrei legūt. Calcauerūt siue conculcauerunt eū vsq; cōtra gabaa. Iob. 22. Nūquid semitam seculorū custodire cupis: quā calcaueruntviri iniqui. i. p quā ambulauerunt viri iniqui. & in eodē. 28. Non calcauerunt eā filii institorum. Ps. 90. Sup aspidem & basiliscū ambulabis. Esa. 11. Ita vt transeant per eū calciati. i. vt ambulent vel incedant per eū. & in eo. 59. Oīs qui calcat in eis ignorat pacem. i. oīs qui ambulat vel incedit in eis. Michee. 1. Et calcabit super excelsa terre. Significat etiā calcare vuas vel oliuas in torculari. vt Iudi. 9. Vastātes vineas vuasq; calcantes. Nee. 13. Calcantes torcularia in sabbato. Esa. 63. Et vestimenta tua sicut calcantis in torculari. & in eodem. Torcular calcaui solus. Hiere. 25. Celeuma quasi calcantiū cōcinetur. Threñ. 1. Torcular calcauit domin⁹. Michee. 6. Tu calcabis oliuas. Item significat viam facere siue viam preparare. vt Abach. 3. Viam fecisti equis tuis in mari. Potest etiam legi sic. Calcasti in mari equis tuis. Ponitur etiam p triturare. vt Hiere. 51. Filia babylonis tempus trituree ius. Significat ēt dirigere vel incedere. Ps. 24. Diriget māsuetos in iudicio. & in eodem, Dirige me in veritate tua. Ponitur etiam pro oriri. vt Nu. 24. Orietur stella ex iacob. Sed etiā in hoc loco hebrei legunt. Incedet siue ambulauit stella ex iacob. Inde דֶּרֶךְ Dárech. siue דֶּרֶךְ Dérech. i. via. Iter. consuetudo. Mos. vt Geñ. 6. Omnis quippe caro corrupserat viam suam. Et in eodem. 19. Et mane proficiscemini in viam vestram. & in eodem. Et custodierit me in via p quā ambulo. Exo. 4. Cūq; essent in itinere in diuersorio. & in eodem. 18. Viam per quam ingredi debeant. Nu. 21. Et tedere cepit populus itineris ac laboris. & in eodem. Via regia gradiemur. Ios. 23. En ego hodie ingredior per viam vniuerse terre. Iudi. 17. Cūq; venisset in mōtem ephraim iter faciens. 1. Reg. 12. Et docebo vos viam rectam & bonā 3. Reg. 13. Nec reuerteris per viam qua venisti. & in eodē.. Abiit ergo per aliam viam & non est reuersus per iter quo venerat. Iob. 17. Et tenebit iustus viam suā. Ps. 1. Qm̄ nouit dominus viam iustorum & iter impiorum peribit. Ps. 2. Neqn̄ irascatur dñs & pereatis de via iusta. Esa. 10. Et baculum suum leuabit super te in via egypti. & in eodē. 40. Parate via dño. Ponitur ēt pro more vel consuetudine: vt Geñ. 19. Et nullus virorum remansit qui possit ingredi ad nos iuxta morē vniuerse terre. & in eodem. 31. Quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. & etiam ponitur aliqn̄ in nr̄a translatiõe via: pro more vel cōsuetudie Et in plurali דְּרָכִים Derachim. i. vie. vt Hiere. 6. State sup vias & videte. & qn̄ post se regit genitiuum vel qn̄ cōponitur cū pronominib⁹ āmittit litterā mem. vt Leuit. 26. Defercq; fiēt vie vestre. 2. Parali. 13. Reliq aūt sermonū abie viarūq; & operū eius. Ps. 24. Vias tuas dñe demonstra mihi. Ps. 118. Vias meas annunciaui. Ps. 137. Et cantēt in viis dñi. Prouer. 10. Qui aūt deprauat vias suas manifestus erit & in eodem. 28. Qui peruersis graditur viis concidet semel. & in eodē. 31. Et diuitias tuas ad delēdos reges. Pro q̄ hebrei legūt. Et vias tuas ad delēdos reges. Esa. 58. Et glorificaueris eū dū non facis vias tuas. vbi ponitur ibi vias p negociis vel operibus. Inde מִדְרָךְ Midrach. i. quātum pōt calcare vnius pedis vestigiū: vt Deut. 2. Neq; em̄ dabo vobis de terra eorum quātū pōt vnius pedis calcare vestigiū Item דָּרַךְ Darach. tendere. s. arcū vel sagittas. vt. Ps. 7. Arcum suum tetendit. Ps. 10. Qm̄ ecce peccatores intenderūt arcū. Ps. 36. Et intenderunt arcum suum. Ps. 63. Intēderūt arcū rem amarā. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Intenderūt sagittam suā verbū amarissimum. Esa. 5. Omnes arcus eius extenti. & in eodē. 21. A facie arcus extenti. Hiere. 9. Et extenderunt linguā suā quasi arcum mendacii. & in eo. 51. Nō tēdat qui tēdit arcū suum. Thren. 2. Tetendit arcum suum quasi inimicus.

Iter.
Mos. cōsuetudo.
דְּרָכִים
Vie.
מִדְרָךְ
Quātū potest calcare vni⁹ pedis vestigium.
דָּרַךְ
Tendere.
Extendere.

דַּרְכְּמוֹן
Solidus. drachma.

Darchemon. drachma. solidus. vt Esdre. 2. Auri solidos q̄draginta millia & mille. Nee. 7. Auri drachmas viginti millia. & solum inuenitur in numero plurali.

דָּרוֹם
Meredies.

Darom. meridies. siue austrū. vt Deut. 33. Mare & meridiem possidebit.

דְּרַע
Brachium
אֶדְרַע
Brachium

Daraa. in lingua chaldaica significat brachiū. Dañ. 2. Pectus & brachia de argento. & scribitur etiam cum aleph in principio. & dicitur אֶדְרַע Edraa. Esdre. 4. Et prohibuerunt eos in brachio & robore.

דָּרַשׁ
Requirere
Exquirere
Querere

Daras. querere. cōsulere. exquirere. reqrere. vt Geñ. 9. Sanguinem em̄ animarū vestrarū requirā. & in eodem. Et de manu fratris eius requirā animā hoīs. & in eo. 42. Sanguis eius exquiritur. Leuit. 10. Cū q̄reret moyses exustū reperit. Deut. 4. Si tñ toto corde q̄sieris eū. & in eo. 13. Quere solicite & diligēter rei veritate perspecta. Esdre. 10. Vt quererent rē. vbi ponitur דָּרְיָוֶשׁ Darios p דָּרַשׁ Deros. & Ps. 9. Queretur peccatū illi⁹ & non inuenietur. Ps. 13. Aut requirens deū. Ps. 21. Laudate dñm qui requirunt eum. Ps. 33. Exquisiui dñm & exaudiuit me. Ps. 108. Et ciciantur de habitationibus suis. pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Et querātur in parietinis suis. Ps. 110. Exquisita in omnes volūtates ei⁹ Ps. 118. In toto corde meo exquisiui te. Esa. 31. Et dñm nō

exquisierūt.& in eo.55. Querite dñm dū ūueniri pōt.& in codē.58.Me etenim de die in diem querunt.& in codē.62 Tu aūt vocaberis quesita ciuitas.& in eodem. 65. Quesierunt me qui antea non interrogabant.Ponitur ēt pro consulere vel interrogare.vt Geñ.25.Perrexitq; rebeca vt cō suleret dominū.Ezech.14.Et venerit ad prophetam vt interroget per eum me.& in eodem.20.Venerunt de senioribus israel vt interrogarent dñm.& in eo.Nunquid ad interrogandū me vos venistis.& in voce passiua significat respōdere ad interrogata.vt in codē.14.Nunquid interrogatus respōdebo eis.& in eo.20.Viuo ego quia non respondebo vobis.& inde מִדְרָשׁ Midras.i.liber in quo scribuntur res geste:eo quod in eo requiruntur res geste seu preterita.vt 2.Paralip.13.Reliqua aūt sermonū abie viarūq; & operum eius scripta sunt diligentissime in libro addo prophete.

Consulere interrogar

Respōdere

מִדְרָשׁ

Liber.

דָּשָׁא Dasa.germinare.pululare.Herbā facere. vt Geñ.1. Germinet terra herbam virētem.Ioel.2.Quia germinauerunt speciosa deserti.Inde דֶּשֶׁא Dese.i. herba. dū est tenera & recēs orta.Geñ.1.vt supra.& in eodem.Et protulit terra herbam virentem.Deut.32.Quasi imber super herbam.Hiere.50.Qm effusi estis sicut vituli super herbā.

Germinare.

דֶּשֶׁא

Herba

דָּשַׁן Dasan. impinguare.incrassari. Pinguē esse. cinerem colligere.vel a cinere mundare.Deut.31.Cūq; comederint & saturati crassiq; fuerint.Ps.19. Et holocaustū tuū pingue fiat.Ps.22.Impīguasti in oleo caput meū.Prouer. 11.Anima que benedicit impinguabitur.& in codē.15.Aīa aūt operantiū impinguabitur.& in eo.15.Fama bona impinguat ossa.& in eo.28. Qui vero sperat in dño saluabitur.pro quo hebrei legunt.Qui vero sperat in domīo impinguabitur.Esa.34.Incrassatus est adipe.& in eo.Et humus eorum adipe pinguium.Pro quo hebrei legunt.Et humus eorum adipe impinguabitur.& inde דָּשֵׁן Dasen.i.pinguis vel crassus.vt Esa.30.Eritq; vberrimus & pinguis.& in plurali דְּשָׁנִים Desenim siue דִּשְׁנֵי Disne.Ps.21.Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terre.Ps.91.Vberes & bene patiētes erunt.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Pingues & frondētes erūt. & inde דֶּשֶׁן Desen.vel דָּשֵׁן Dasen.cū accentu in prima syllaba.i.pinguedo.crassitudo.vt Iudi.9.Nūquid possum deserere pinguedinem meā.Ps.66.Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.Esa.55.Et delectabitur in crassitudine aīa vestra.Hiere.31.Et inebriabo aīam sacerdotum pinguedine.Item דֶּשֶׁן Desen siue דָּשֵׁן Dasen.i.cinis.vt Leuit. 1.In quo cineres effundi solent.pro quo hebrei legūt. In locum cineris.& in hebreo caret nūero plurali. & in codē. 6 Tolletq; cineres quos vorans ignis exussit.3. Reg.13. Et effūdetur cinis q in eo est. & inde verbū דָּשַׁן Dasen.i.cineres colligere.vel a cinere mundare.vt Exo.27. Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres.Nu.4. Sed & altare mundabūt cinere.& inde illud psalmi.20.Et holocaustum tuū pinguefiat: exponūt aliqui hebrei.Et holocaustū tuū incineretur.i.in cinerē redigetur sup altare holocausti.

Impinguare

Impinguis. דְּשָׁנִים Pingues.

Pinguedo.

Crassitudo

דֶּשֶׁן Cinis.

דָּשַׁן Cinerē suscipere. Et cinere mundare

דָּת Dath.edictū.lex.ritus.constitutio.snīa.Esdre.8.Dederūtq; edicta regis satrapis qui erant de cōspectu regis. Ester.1.Scientium leges ac iura maiorum.& in codē.& scribantur iuxta legem persarum atq; medorū.& in eodem.3. Nouis vtens legibus.& in eodem.Insuper & regis scita cōtemnens.Pro quo hebrei legunt.Et leges siue edicta regis non ipsi faciunt.i.cōtemnūt.& in codē.Statimq; edictū pependit in susis.& in codē.4.Et tunc ingrediar ad regē contra legem faciens.Dañ.2.Vna est de vobis snīa.& aliqñ scribitur cum aleph in fine.vt in eodem.Et egressa snīa sapientes interficiebantur.Ponitur ēt pro tributo quod datur regibus vl' principibus per singulos annos.vt Esdre.6.vt de arca regis.1.de tributis que dantur de regiōe trās flumen.

Edictum Lex.

Sentēcia

Tributum

דְּתָאָה Ditha in lingua chaldaica significat herbā siue fenum.Dañ.4.Et cum feris pars eius in herba terre.

דְּתָאָה Herba.

דְּתַבְרַיָּא Dethabraia.in lingua chaldaica significat optimates siue magnates.& solum inuenitur in nūero plurali.Dañ.3. Duces & tyrāni & optimates.

דְּתַבְרַיָּא optimates

De incipientibus a littera.ה.We.

הַ Ha. Ista particula הַ Ha.Nunq; reperitur sola per se sicut neq; vlla alia littera hebraica.Sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis.Et qñ preponitur: tunc cōmuniter est quasi articulus demōstratiuus sicut in greco.ὁ.ἡ.τό. qui sunt articuli masculini & feminini & neutrius sicut in nostro vulgari dicitur.El.la.los.las.Et sic in hebreo dicitur הָאִישׁ Hais.i.vir cū predicto articulo El. s.vir specialis de quo habemus aliquam cognitionem : vel de quo facta est aliqua mentio.& ideo nunq; apponitur nomini proprio quia est notus per se & non indiget tali articulo.nec etiam predictus articulus apponitur nomini qñ illud no mē iungitur cū pnomine deriuatiuo.s.Meus.tuus suus.noster.vester.Nisi in paucis admodū locis:vt Ios. 7. Et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei. vbi huic nomini tabernaculi mei in hebreo preponitur predictus articulus & dicitur הָאָהֳלִי Haahōli.Et quātum memoria teneo solum inuenitur in predicto loco.In aliis vero locis semper apponitur nomini quod non habet post se pnomen adiunctum.vt Geñ.42.Locutus est nobis dñs terre dura.pro quo in hebreo habetur.Locutus est nobis vir dominus terre dura.vbi preponitur predicta particula הַ Ha huic dictioni vir.Exo.11.Fuitq; moyses vir magnus valde. Pro quo in hebreo habetur.Etem vir moyses magnus valde.s.fuit הָאִשָּׁה Haisa.i.mulier cum predicto articulo.la.vt Geñ.3.Mulier quā dedisti mihi sociā.הָאֲנָשִׁים Haanasim. idest viri.cum predicto articulo los. vt Geñ.34. Irati sunt valde.pro quo in hebreo habetur.Irati sūt viri valde.Exo. 35. Viri cum mulieribus prebuerūt.הָנָּשִׁים Hanasim.i.mulieres cum predicto articulo.las.vt in eodem.15.Egressiq; sunt oēs mulieres post eam.& predictus articul9 הַ Ha preponitur omnibus casib9 & generib9 & nūeris. Nomīatiuo vt הָאָרֶץ הָיְתָה Haares haitha.i.terra erat. vt Geñ.1. Terra aūt erat inanis & vacua.genitiuo vt מִקְוֵה הַמַּיִם Micue hamaim.i.cōgregationem aquarum.vt in eodem. Cōgregationesq; aquarū vocauit maria: Datiuo vt עַל הָאָדָם Al haadam.i.homini.vt in codē.2..Precepitq; ei dicens.Pro quo in hebreo habetur.Precepitq; dñs de9 homini siue ipi ade dicens.Accusatiuo ut אֵת הַשָּׁמַיִם Eth hasamaim.i.celos. vt in eodem.1.In principio creauit deus celum & terrā. Vocatiuo vt הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם Haazinu hasamaim.i. audite celi.vt Deut.32.Audite celi que loquor. Ablatiuo vt בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי Baiom hasemini.i.in die octauo.vt Leuit.9.Facto aūt octauo die.& aliqñ ponitur pro hoc articulo vocādi.o. vt הַמֶּלֶךְ Hamélech.i.o.rex.vt Iudi.3.Verbū secretū habeo ad te. o rex הַשַּׂר Hasar.i.o princeps.vt.4 Reg.9.Verbum mihi ad te o princeps.& in eo. At ille dixit ad te o princeps. הַנַּעַר Hanáar.i.o adolescens.vt.1.Reg.17. De qua progenie es. o adolescēs הָרֹאֶה Haroe.i.o videns.vt.2.Reg.15. O vidēs reuertere in ciuitatem הַכֹּהֲנִים Hacohanim.i.o sacerdotes. vt Malach.1.O sacerdotes qui despicitis nomen meum.Et secūdū hebreos nunq; preponitur nomini proprio predictus articulus:nisi tm nomínibus appellatiuis. Et licet preponatur huic nomini ade tamē preponitur ei prout est no

Articulus nomīatiui

Articulus genitiui.

Articulus datiui.

Articulus accusatiui.

Articulus vocatiui.

Articulus ablatiui.

Articulus vocandi.

mẽ appellatiuum & ſignificat hominem. Significat ẽt q̃ſi pnomẽ demõſtratiuũ.vt הָאִישׁ Hais.i.ille vir.vt.2.Reg.12 Tu es ille vir qui feciſti hãc rem.vbi pro eo quod in lra noſtra eſt ille vir in hebreo habetur Hais. הָאִשָּׁה Haiſa.i.illa mulier.vt.1.Reg.1.Ego ſum illa mulier que ſteti coram te hic הָרְחָבָה Archaba.i.illa latiſſima.Hiere.51.Murus babylonis ille altiſſimus. debet legi latiſſimus.& in hebreo murus eſt generis feminini.& aliqñ ſignificat emphaſim.i. nimiam quandã expreſſionem vel excellentiam. Sicut apud latinos. Alexander ille magnus. Sic apud hebreos. dicitur. הָאֱלֹהִים Haelohim ſiue הָאֵל Hael.i.ille deꝰ qui eſt ſup oẽs deos. הַגָּדוֹל Hagadol.i.ille magnꝰ. הַגִּבּוֹר Hagibor.i.ille potens. הַנּוֹרָא Hanora.i.ille terribilis vt Deut.10.Deꝰ magnꝰ & potens & terribilis.vbi oñibus his dictionibus preponitur predictus articulus הַ Ha.vt הָעַלְמָה Haalma.i. virgo cũ predicto articulo·vt Eſa.7.Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium. Apponitur etiam hec littera הַ cum apice patha nomini uel pronomini aut uerbo. Et eſt articulꝰ interrogãdi uel dubitandi:& ſignificat nunquid uel nun.vt Geñ.4.Nũ quid cuſtos fratris mei ego ſum.& in eodem.18. Nun vere paritura ſum.& in eodem.20.Nun gentem ignorantem & iuſtam interficies.& in eodem.27.Nun vnã tm̃ benedictionem habes.& in eodẽ.34.Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra.& in eodẽ.37.Nunquid rex noſter eris.Et in eodem.41.Nun inuenire poterimꝰ talem uirũ.& Exo.2.Nun occidere me uis.Nu.11.Nunquid ego concepi oẽm hanc multitudinem.& in eodem.16.Nun parum uobis eſt. Iob.4.Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabitur. Et ſic in aliis q̃ plurimis locis. Item ponitur pro forſitan. vt Exo.14.Forſitã non erãt ſepulchra in egypto.Iob.11.Forſitan veſtigia dei cõprehendes. Item ſiguificat vtrũ. Geñ. 24.Vtrum proſperum iter ſuum feciſſet deus.& in eodem 27.Vtrum tu ſis filius meus eſau.& in eo.37.Vide vtrũ tunica filii tui ſit.& in eodem.42.Vtrum falſa an vera ſint. Exo.16.Vt tentem eũ vtrum ambulet in lege mea.Nu.11. Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur. & in eo.13.Vtrũ fortis ſit an infirmus.ponitur etiam in predicto loco pro An. & in eodẽ.16.An & oculos noſtros viseruere. &.1.Reg.21.An deſũt nobis furioſi.Iob.40.An extrahere poteris leuiatan hamo.Item ponitur pro hac particula.Si.interrogatiue vel dubitatiue.vt Geñ.8·Vt videret ſi iam ceſſaſſent aque·& in eo.43.Si pater viueret:ſi haberemus fratrem.& Exo.4.Vt videam ſi adhuc viuãt.Ps. 13.Vt videat ſi eſt intelligens.Ps.57.Si vere vtiq̃ iuſtitiam loquimini.Item ponitur pro.Ne.Interrogatiue uel dubitatiue aut admiratiue.vt.3.Reg.13.Tu ne es vir dei qui veniſti de iuda.& in eo.17.Etiam ne viduã apud quam ego vtcũq̃ ſuſtentor afflixiſti.& in eodem.18.Tu ne es ille qui cõturbas iſrael.Item ponitur pro ecce.vt Iob.26.Ecce gigantes gemũt ſub aquis.Et qñ apponitur verbo vel participio aliquãdo ponitur pro noĩe relatiuo.ſ.qui.que.quod. vt Geñ.2.Ipſe eſt qui circuit oẽm terrã euilath. & in eodẽ. 24.Quis eſt ille homo qui venit per agrum.Ioſ.10.Et ait ad principes qui ſecũ ierant.vbi ponitur הַהֹלְכִי Hehalchu. ideſt qui ierant vel qui ambulauerant.& Eſdre.10.Omnes viri qui duxerũt vxores alienigenas. Eſter.1. Qui regnauit ab india vſq̃ ad ethiopiam. Habet fortaſſe & alios modos ſignificãdi: qui poſſunt reduci ad ſupradictos. De quo vide in ſuperiori tractatu grãmatice.

הַהּ Hah.interiectio eſt dolentis.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Ve.vt Ezech.30.Vlulate ve dici.& aliquãdo ſcribitur cũ aleph in prĩcipio.& dicitur אַהָהּ Ahah. De quo vide ſupra in littera aleph.

הֵא He.ecce.vt Geñ.47.Accipite ſemina & ſerite agros. Pro quo hebrei legunt.Ecce vobis ſemen & ſerite terrã.& Ezech.16.Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi.pro quo hebrei legunt.Et etiam ego ecce viam tuam in capite.ſ.tuo dedi.

הַבְהַב Habhab..offerre.vt Oſee.8.Hoſtias offerent. & ſolum inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui hebrei q̃ deriuatur a dictione יָהַב Iahab.que ſignificat addu cere vel afferre ſiue offerre. Alii vero dicũt q̃ ſignificat cõcremare ſiue aſſare.quia idem ſignificat in lingua chaldaica & arabica.

הָבָה Haba.aduerbium eſt exhortandi vel inuitandi.ſ.eia. age. agite. beatꝰ Hieronymꝰ tranſtulit venite.Geñ.11 Venite faciamꝰ lateres.De q̃ vide ifra in dictiõe יָהַב Iahab.

הָבַל Habal.euaneſcere.ſiue vanũ eſſe.Aut vane agere: vel vane loqui.vt.4.Reg.17.Secutiq̃ ſũt vanitates & vane egerũt.Iob.27.Et quid ſine cauſa vana loquimini.Hiere.2.Et ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt. & inde הֶבֶל Hebel ſiue הֵבֶל Hábel.i.vanitas aut vanum.& in plurali הֲבָלִים Habalim.i.vanitates aut vana.vt Eccl's.1.Vanitas vanitatum dicit eccl's: vanitas vanitatũ & oĩa vanitas. & in eo.Vidi cũcta que fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vanitas.& in eodẽ.2.Et eſt quicq̃ tam vanũ. & in eo.Adoleſcẽtia & voluptas vana ſunt.Deut.32.Irritauerũt me in vanitatibus ſuis.Hiere.10.Vana ſunt & opus riſu dignũ.Põitur etiam pro idolis vel pro ſculptilibus .vt in eodem.14. Nũquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluat.

הֵבֶן Haben.genꝰ eboris.Sed quia eſt dictio obſcura & inuſitata.ideo btũs Hieronymꝰ poſuit in trãſlatiõe ipſum hebraicũ.vt Ezech.27.Dẽtes eburneos & hebeninos. vbi ponitur in hebreo הַבְנִים Habnim.in nũero plurali.& ſolũ inuenitur in predicto loco.Et dicunt aliqui hebrei q̃ ſignificat quoddã genus ligni pulcherrimi.

הֹבֵר Hober augur.aſtrologus.vt Eſa.47.Stent & ſaluent te augures celi qui contemplantur ſydera.lxx. vero ſic tranſtulerunt. Stent & ſaluam te faciant aſtrologi celi.& ſolum inuenitur in nũero plurali & in predicto loco.

הָגָה Haga.meditari.loqui.clamare.ſonos ſeu verba proferre.rugire.gemere.amouere.auferre.vt Iob.27.Neq̃ lingua mea meditabitur mendacium. Ps.1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte.Ps.2.Et populi meditati ſunt inania.Ps.62.In matutinis meditabor in te.Ps.70.Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.i. loquetur. Ps.76.Et meditabor in oĩbus operibꝰ tuis.Eſa.33.Cor tuũ meditabitur timorẽ.& in eo.37.Meditatꝰ eſt in ſpiritu ſuo duro per diẽ eſtus.Sed dicunt hebrei q̃ in predicto loco ſignificat amouere vel auferre·& ſic legunt. Amouit ſiue abſtulit in ſpiritu ſuo duro.& in eodẽ.59.Concepimꝰ & locuti ſumus de corde verba mendacii.ponitur ẽt pro clamare. vt.Ps.113.Nõ clamabũt in gutture ſuo.& btũs Hieronymꝰ in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Nõ ſonabunt in gutture ſuo.Eſa.8.Qui ſtridẽt in incantationibus ſuis.pro quo hebrei legunt.Qui garriũt & clamãt vel ſonant aut loquũtur Item ſignificat rugire vel gemere.vt Eſa.31. Quomõ ſi rugiat leo & catulus leonis ſup predam ſuã.& in eo.59.Et q̃ſi columbe meditantes gememus.& ſupra in eodẽ. 38. Meditabor vt colũba.i.gemã vel rugiam vt colũba. Inde הֶגֶה Hege.i.ſonus.ſermo.locutio.gemitꝰ.vt Iob.37.Et ſonum de ore eius procedẽtẽ.&.Ps.59.Sicut aranea meditabuntur. Pro quo beatꝰ Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trãſtulit.Quaſi ſermonẽ loquẽs.ponitur etiã pro gemitu.pro q̃ beatꝰ Hieronymus tranſtulit carmẽ.ſ.lugubre vel triſte. vt Ezech.2. Et ſcripte erant in eo lamentationes & carmen

Ille. Munquid. Nun. Forſitan. Vtrum. An. Si. Ne. Ecce. Qui.

Ecce. Venite. Vane agere Vana loq. Vanum eẽ Vanitas. Vanitates Vanum Sculptilia Hebenini Offerre Augures. Aſtrologi. Meditari. Amouere. Loqui Clamare Sonare Rugire Gemere Sonus Carmen.

& ve.& aliqñ ſcribitur cum duplici gnimal.& ſignificat clamorem vel rugitum aut meditationem.vt.Ps.5. Intellige clamorem meum.& beatus Hieronymus tranſtulit.Intelli ge rugitum meum.Ps.38.In meditatione mea exardeſcet ignis.& aliqñ ſcribitur cum tau in fine & dicitur הגות Haguth.vt.Ps.48.Et meditatio cordis mei prudentia. Inde הגיון Higaion.i.meditatio.vt.Ps.9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.pro quo hebrei legũt. In operibus manuum ſuarum corruit impius meditatio ſemper.ſiue meditatione ſemper.Ps.18.Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.Ponitur etiam pro cantico.vt.Ps.91.Cum cãtico in cithara.Item הגה Haga.amouere.auferre.2.Reg.20.Amoto ergo illo de via tranſibat oĩs vir.& Prouer.25.Aufer rubiginem de argento.& in eodẽ. Aufer impietatem de vultu regis.

Rugitus
Meditatio
הגות
Meditatio
הגיון
Meditatio
Cantícum
הגה
Amouere.
Auferre.

הגן Hagan.ſeparatũ.vt Ezech.42.Que via erat añ veſtibulũ ſeparatum per viam orĩẽtalẽ ingredientibus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt ſeparatum in hebreo habetur הגנה Hagina.& ſolum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei ק ſignificat rectum ſiue directum. Tamẽ ſi illa particula ה Ha eſſet articularis ſicut ſupra in principio huius littere dictum eſt.Tunc dictio גנה Gina ſignificat hortum ſiue pomerium.& tunc poterit eſſe talis littera.ſ.que via erat ante veſtibulum ſiue ante peribolum horti ſiue pomerii per viam orientalem ingrediẽtibus. Alii vero dicũt ק predicta dictio deriuatur a dictione נגן Nagan.que ſignificat canere vel pſallere.& legũt.Que via erat ante peribolum vel clauſuram organizationis vel cantici.i. vbi leuite canebant laudes deo.& huius opinionis eſt Nicolaus de lyra cui concordat tranſlatio chaldaica.

Separatiõ
הגנה
Canere.

הד Hed.laus.ſiue gloria.vt Ezech.7. Prope eſt dies occiſionis & non glorie montium.& dicunt hebrei ק ſignificat ſonitum ſiue clamorem aut reſonantiam.Et ק deriuatur a ſequenti dictione que ſignificat ſonitum vel clamorẽ Alii vero dicunt ק deriuatur a dictione הוד Hod.que ſignificat laudem vel gloriam.ſicut eſt in littera noſtra. De quo infra dicetur.

Gloria

הדד Hedad.ſonitus.ſtrepitus.clamor.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vocem calcãtium.Eſa.16.Vox calcantium irruit.& in eodem. Vocem calcantium abſtuli.i. clamorem vel ſtrepitum quem calcantes in torculari faciũt Quod etiam dicitur celeuma.vt Hiere.25. Celeuma quaſi calcantium concinetur.& in eodem.48.Nequaq̃ calcator vue ſolitum celeuma cantabit.& in eodem.51. Et ſuper te celeuma cantabitur.in quibus locis ponitur predicta dictio pro celeuma.Et ſcribitur cum iod in prima ſyllaba.

Clor calcãtium.
Clamor
Celeuma.

הדברי Hadabre ſiue הדברייא Hadabraia in lingua chaldaica ſignificat optimates ſiue principes. & ſolum inuenitur in numero plurali. Dañ.3.& ait optimatib⁹ ſuis.

optimates

הדה Hada.extendere.mitere.ſ.manũ.vt Eſa.11.Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manũ ſuam mittet.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

Mittere.

הדך Hadach.conculcare.conterere.vt Iob.40. Et contere impios in loco ſuo.& ſolũ inuenitur in predicto loco.

Conterere

הדם Hadom.ſcabellum.vt Ps.109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Eſa.66. Terra autem ſcabellum pedum meorum. Item הדם Hadem.in lingua chaldaica ſignificat ſcidere:aut in fruſta ſecare & inde הדמין Hadamin.i.fruſtra ſeu fragmenta. Dañ.1. Peribitis vos.pro quo hebrei legunt.in fruſta concidemini.& in eodem.3. Diſpereat:& domus eius vaſtetur.pro quo hebrei legunt. In fruſta concidatur.

Scabellũ.
הדם
Scindere.
הדמין
Fruſta.

Hadas.myrtus.vt Nee.8.Frõdes myrti & ramos palmarum.Eſa.41. Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinã & myrtum.& in eodem.55. Et pro vrtica creſcet myrtus. & in plurali הדסים Hadaſim. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Myrteta.Zach.1.Et ipſe ſtabat inter myrteta que erant in profundo.

הדס Myrtus
הדסים Myrteta

Hadaph.impellere.expellere. ſubuertere. vt Nu.35. Si per odium quis hominem impulerit.Deut.6.vt deleret omnes inimicos tuos coram te.pro quo hebrei legũt. Vt expellat omnes inimicos tuos coram te. Prouer.10. Et inſidias impiorũ ſubuertet.Eſa.22.Et expellam te de ſtatione.Hiere.46.Non ſtetit:quoniam dominus ſubuertit eum Ezech.34.Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis.i.expellebatis vel impellebatis.

הדף Impellere
Expellere.
ſubuertere
Impĩgere

Hadar.decorare.honorare.gloriare.glorificare.vt Leuit.19.Et honora perſonã ſenis. Prouer. 25. Ne glorioſus appareas coram rege.i.ne glorieris coram rege ſeu ne glorificeris.Threñ.4.Faciem ſenum non erubuerunt. Pro quo hebrei legunt. Facies ſenum non ſunt honorate. vel non ſunt decorate. Dañ.5.Deum qui habet flatum tuũ in manu ſua non glorificaſti.Exo.23.Et pauperis non miſerearis in iudicio.pro quo hebrei legunt.Et pauperẽ non honorabis ſiue non decorabis in iudicio. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.& inde הדר Hadar ſiue הדר Heder.i.pulcher ſiue decorus:aut pulchritudo vl̃ decor.vt Leuit.23. Sumetiſq; vobis die prĩo fruct⁹ arboris pulcherrime.Ps.95.Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.Ps. 103.Cõfeſſionem & decorem induiſti. Dañ.11. Et indign⁹ decore regio.Ps.144.Magnificentia glorie ſanctitatis tue loquetur.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatẽ tranſtulit decorẽ glorie magnitudĩs tue & verba mirabilium tuorum loquar. Dañ.4. Et in gloria decoris mei.& aliqñ ſcribitur cũ tau in fine.vt.Ps.95. Adorate dñm in atrio ſancto eius.pro quo beat⁹ Hieronym⁹ in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit.Adorate dominum in decore ſanctuarii.2.Paralip.20.Vt laudarent eũ in turmis ſuis. pro quo hebrei legunt. Et laudarent decorẽ ſanctuarii ſiue decorem ſanctum aut in decore ſanctuarii. Ponitur etiam pro dignitate. vt Prouer.14. In multitudie populi dignitas regis.i.gloria ſiue decor regis.& in plurali הדרי Hadre.pro quo in noſtra tranſlatione habetur ſplẽdores.Ps.109.In ſplendoribus ſanctorum.Sed beat⁹ Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem pro הדרי Hadre.legit הרי Harere cum duplici res.i.montes.vbi ſic tranſtulit.In montibus ſanctis.Et hec varietas cõtigit propter ſimilitudinem res & daleth: que ſunt quaſi vnius figure.& fortaſſe in libris antiquis erat ſcriptũ הרי Harere cũ duplici res. Inde הדור Hadur.i.decorus glorioſus ſiue formoſus.vt Eſa.63.Iſte formoſ⁹ in ſtola ſua.& in pl̃ali הדורים Hadurim.vt in eodem.45.Et glorioſos terre humiliabo. Hebrei tamen dicunt ק in predicto loco ſignificat anfractus:ſiue abrupta:vel circuitus viarum:aut vias non rectas. & ſic legunt.Et diſtorta.i.ea que non ſunt recta rectificabo ſiue anfractus vel abrupta.ſ. viarum equabo.Item הדר Hadar in lingua chaldaica ſignificat reuertere. Dañ.4. Et ad honorem regni mei decoremq; perueni.pro quo hebrei legunt.Et ad honorem regni reuerſus ſum ſiue reduct⁹ ſum.

Dignitas.
הדרי
ſplẽdores.
Montes.
הדור
Fórmoſus
הדורים
Glorioſi
הדר
Reuertere

Ho.ve.Interiectio dolentis.vt Amos.5.Et in cũctis que foris ſunt dicetur ve.ve.& ſolũ inuenitur in p̃dicto loco.

הו
הוא

Hu.pronomen eſt tertie perſone aut verbum ſubſtantiuum.ſ.ipſe vel ipſum.ille vel illud.iſte vel iſtud.is vl̃ id. eſt vel fuit.Gsñ.1.Ipſe eſt qui circuit omnem terram eui

Ipſe.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ipsum. Ille. Iste. lath.& in eodem.Ipsum est nomen eius.Et in eodē.18.Ipe vero stabat iuxta eos.& in eo.27. Quis igitur ille est qui dudū captam venationem attulit mihi.Exo.6.Iste est aarō & moyses.& in eo.Iste est moyses & aaron. Ester.7. Quis est iste & cuius potentie.Et accipitur etiam in genere neutro:quia hebrei non habent genꝰ neutrum:sed pro eo vtū tur cōiter genere masculino & aliquando feminino.Scribi tur etiam הוא Hi cum vau in medio dictionis. & cum puncto hiric in genere feminino.s.ipsa.illa.ista.vt Geñ.3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno.pro quo

Ipsa in hebreo habetur.Ipsa dedit mihi de ligno. & in eodem.

הוא Ipsa conteret caput tuum.Sed in predicto loco in codicibꝰ hebreorum scribitur הוא Hu cum puncto surec:quod interpretatur ipse vel ipsum & refertur ad semen:De quo supra dixerat:inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuum & semen illius.Vtroqꝫ tñ mō legi potest.: quia eisdē litteris vtrūqꝫ scribitur in hebreo scilicet ipsum & ipsa.Et

Illa. in eodem.17.Delebitur anima illa de populo suo. & in eodem.24.Ipsa est mulier quam preparauit dominꝰ filio domini mei.& sic in aliis locis ponitur הוא Hi.cum vau in medio dictionis in genere feminino.Item ponitur הוא Hu.p

הוא Qui. boc nomine relatiuo quis vel qui.vt Geñ.14.Qui habitabat in sodomis.& in eodē. Qui habitabat in conualle mābre.Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo Sum es fui. vt Geñ.20.Quia propheta est. & in eodem. In omni loco ad quem ingrediemur dicesꝙ frater tuꝰ sim.Deut.32. Videte ꝙ ego sim solus. Vide etiam de hoc infra in dictione הָוָה Haua.

הוד Hod.gloria.laus.confessio.honor. decor siue species. Nu.17.Et dabis ei precepta cunctis videntibus & par

Gloria. tē glorie tue.2.Paralip.29.Et tibi laus.s.est.& Iob.39. Gloria narium eius terror.Ps.103.Confessionem & decorē in

Confessio. duisti.Ps.148.Confessio eius super celum & terrā. Hiere. 22.Ve domine:ve inclyte.Pro quohebrei legunt.Ve domine siue ve domino & ve glorie eius.Dañ.11.Et non tribuetur ei honor regius. Osee.14. Et erit quasi oliua gloria

Honor. eius.Zach.10. Quasi equum gloria eius in bello. Significat etiam decorem siue speciē.1. Paralip.7. Soror autem

Decoms. Species eius regina peperit virum decorū.Dañ.10. Et species mea immutata est in me.

הָוָה Haua.verbum est substantiuū.s.sum es fui.vt Geñ.27. Esto dominus fratrum tuorū.Esdre.4. Nam & reges

Esse. fortissimi fuerunt in ierusalem.Nec.8.Et leuare te velis super eos in regē.Pro quo hebrei legunt.Et tu es sup eos rex siue & tu velis esse super eos rex. Eccl's.2. Quid enim ꝑderit homini de vniuerso labore suo.pro qꝰ he.le.quid eñ est homini de vniuerso labore suo.Et aliquando scribitur cum aleph in fine.vt in eodem.11.In quocūqꝫ loco ceciderit ibi erit.& Iob.37.Qui precipit niui vt descendat in terrā.Pro quo hebrei legunt. Qui precipit niui esse in terra.i.vt descendat in terram sicut est in littera nostra. Dañ.2. Tu rex videbas.Pro quo hebrei legunt.Tu rex videns eras. & aliquando scribitur cum lamed in principio & aleph in fine

Calamitas הָוָה loco he.Dañ.2.Sit nomen domini benedictum in secula.vide etiam de hoc infra in dictione הָיָה Haia.Item הָוָה Houa siue הָוָה Haua aut הָוֹת Hauath.i.calamitas.vanitas.insidie. iniquitas.peruersitas.vt Iob.6.Et calamitas quam patior. Esa.47.Irruet super te calamitas quam non poteris expia

Vanitas. re.Ponitur etiam pro vanitate.Ps.51.Et preualuit in vanitate sua.Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit.Confortatus est in insidiis suis.Prouer.10.Insidias impiorum subuertet.Michee.7.Et magnꝰ locutus est desiderium anime sue.Pro quo hebrei legūt. Et magnus locutus est iniquitatem vel peruersitatem anime sue.Sed mutando he primum in aleph:tunc potest significare desiderium.& in plurali.הַוּוֹת Hauoth.Ps.37.Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates.sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit insidias.Ponitur etiam pro iniustitia. vt. Ps.51. Iniustitiā cogitauit lingua tua.Pro quo beatus Hieronymus transtulit in predicto psalterio.Insidias cogitat lingua tua.Ps.54. Et labor in medio eius & iniustitia. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit.Insidie in vitalibus eius.Ponitur etiā pro iniquitate.vt.Ps.56.Donec transeat iniquitas.Sed etiam in hoc loco beatus Hieronymꝰ in predicto psalterio transtulit.Donec transeant insidie. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ ab hac dictione deriuatur verbum תְּהוֹתְתוּ Thehothethu.Pro quo.lxx.trāstulerunt irruitis. vt. Ps.61. Quousqꝫ irruitis in hominem. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit. Vsquequo insidiamini contra virum.

Insidie Iniquitas

הַוּוֹת Vanitates

Iniustitia.

Irruere

Insidiari.

הוֹי Hoi.ve.interiectio dolentis.siue o.quod est aduerbium vocatiui casus.vt Esa.1.Ve genti peccatrici.& in eodem 5.Ve qui coniungitis domum domui.& in eodem. Ve qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis.& in eodē. Ve qui dicunt malum bonum & bonum malum. & in eodem. Ve qui sapientes estis in oculis vestris.& in eodem. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum.& in eodem.10. Ve qui cō dunt leges iniquas.& in eodem. Ve assur virga furoris mei & Hiere.22.Non plangent eum ve frater & ve soror:non concrepabunt ei ve domine & ve inclyte.& in eodem.47. O mucro domini vsquequo non quiesces. & Zach.2.O. O fugite de terra aquilonis.& in eodē.2.O sion fuge.Esa. 55.Omnes sitientes venite ad aquas. Pro quo hebrei legunt. O omnes sitientes venite ad aquas.& aliquando scribitur sine Iod.& dicitur הֹ Ho de quo supra dictum est.

Ve.

הוֹן Hon.diuitie: siue multitudo aut abundātia diuitiarum. substantia.sufficientia.satis.vt.Ps. 118.Sicut in omnibꝰ diuitiis.Prouer.11.Non proderunt diuitie in die vltionis. Et in eodem.13.Et quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Et in eodem.19.Diuitie addunt amicos plurimos.Ponitur etiam pro substantia.vt Prouer.1.Omnem pretiosam substantiam reperiemus.& in eodem.3.Honora dominum de tua substantia.Et in eodem.6.Omnem substantiam domꝰ sue tradet.Et in eodem.10.Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.Et in eodem.13. Substantia festinata minuetur. Et in eodem.24. Vniuersa substantia preciosa & pulcherrima.Significat etiam satis vel sufficientia. vt Prouer.30.Et quartum ꝙ nunquam dicit sufficit.Et in eodem. Ignis vero nunqꝫ dicit sufficit.Ponitur etiam pro precio.vt.Ps.43 Vendidisti populum tuum sine precio.idest sine substantia vel sine diuitiis.

Diuitie

Substātia

sufficiētia.

Precium

הָזָה Haza.dormitare secundum hebreos.& inde הָזִים Hozim.idest dormitantes.Pro quo beatus Hieronymus transtulit.videntes vana.quasi חֹזִים Chozim cum littera cheth.Esa.56.Videntes vana dormientes & amantes somnia.& solum inuenitur in predicto loco.

הָזִים Vana.

הִי Hi.ve.Interiectio dolentis.vt Ezech.2. Et scripte erant in eo lamentationes & carmen & ve.& solū inuenitur in predicto loco.

Ve.

הִיא Hi .pronomen est tertie persone generis feminini.i. ipsa.illa.ista.ea.eadē.vt Geñ.20.Et ipsa ait frater meus est.Iudi.4.Que iudicabat populum.Et in eo . Et sedebat sub palma que nomine illius vocabatur . Pro quo he-

הִיא Ipsa.

הִיא Ipsa.

brei legunt. Et ipsa sedebat sub palma debbora. Threñ. 1. Habitauit inter gentes pro q̄ in hc. hr̄ ipsa habitauit inter gētes. Et aliquando scribitur cū vau in medio dictiōis sicut supra dictum est in dictione הוּא Hu. Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo sum es fui. vt Geñ. 12. Quare non indicasti mihi q̄ vxor tua esset. Et in eodem. 20. Dixitq̄ de sara vxore sua soror mea est. Ps. 118. Quia in eternum mihi est.

הָיָה Esse.

Haia esse. verbum substantiuum. egrotare. euanescere. vt Geñ. 6. Noe vir iustus atq̄ perfectus fuit in' generationibus suis. Et in eodem. 10. Ipse cepit esse potens in terra: & erat robustus venator coram domino. Et in eodē. Fuit autem principium regni eius babylon. Et in eodem. 21. Et fuit cum eo. Et in eodem. 26. Sit iuramentum inter nos. Exo. 3. Ego sum qui sum. & in eodem. Qui est misit me ad vos. Et in eodem. 9. Ecce manus domini erit super agros. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hominum. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. Et ī eo. 7. Ego ero ei in patrē & ipse erit mihi in filium. Dañ. 1. Fuit autem daniel vsq̄ ad annum primum cyri regis. Et aliquando scribitur sine he finali. vt in aliquibus locis supradictis. Scribitur etiam aliquando cum duplici iod. vt Geñ. 24. Soror nostra crescas in mille millium. Pro quo in hebreo habetur. Soror nostra tu sis in mille millium. 2. Reg. 15. Si veneris mecum eris mihi oneri. & a predicta dictiōe: & a supradicto verbo הָוָה Haua. deriuatur nomen domini tetragrammaton quod scribitur quattuor litteris. scilicet. Iod. he. vau. he. & significat esse vel essentiam. pro quo beatus hieronymus & alii interpretes traduxerunt dominum: & etiam hebrei pro hoc nomine legunt אֲדֹנָי Adonai. idest dominus. de quo vide supra in dictione אָדוֹן Adon. Et aliquando predicta dictio

היה Fieri.

Haia. pōitur p hoc verbo. fio. fis. fit. vt Geñ. 1. Fiat lux & facta est lux. Et in eodem. Fiat firmamentū in medio aquarum. Et in eodem. Et factum est ita. Et in eodem. Fiant luminaria. & Ruth. 1. Et factum est in diebus vnius iudicis. Threñ. 3. quis est iste qui dixit vt fieret. Ezech. 1. Factum est verbum domini ad ezechielem filium buzi. Et in eodem. 6. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et in voce passiua aliquando recipit nun in principio. vt Deut. 4. Si facta est aliquando huiuscemodi res. Iudi. 19. Numquam res talis facta est. Prouer. 15. Desiderium si compleatur delectat animam. Pro quo hebrei legunt. Desiderium factum. idest completum delectat animam. Significat etiam infirmari siue languere: quando scribitur cum nun in principio. vt Dañ. 8. Et ego daniel langui & egrotaui per dies. Item significat euanescere siue perire. pro quo beatus hieronymus transtulit fugit. vt Dañ. 2. Et somnus eius fugit ab eo.

Languere Euanescer

הֵיךְ quomodo.

Hech. Quomodo. vt. 1. Paralipo. 13. Quomodo possum ad me introducere Arcam dei. Dañ. 10. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo.

הִים Cōturbare Tumultuari. Interficer

Him. Turbare. tumultuari. perdere. interficere. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea & cōturbatus sum. Michee. 2. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Et aliquando scribitur sine iod. vt Deut. 7. Et interficiet illos donec penitus deleantur. Vbi vltimum mem non est de substantia dictionis: sed est pronomen relatiuum numeri pluralis. & Ruth. 1. Velox apud cunctos fama percrebuit. Pro quo hebrei legunt. Et conturbata est omnis ciuitas super eis. Siue tumultuata est omnis ciuitas super eis. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Vide etiam de hoc infra in dictione הָמָן Hamam. & in dictione הָמָה Hama. Et inde מְהוּמָה Mehuma. idest perturbatio. pauor. interfectio. vt Deut. 7. Donec penitus deleantur. Pro quo hebrei legunt. Perturbatione siue interfectione magna nimis. Et. 1. Reg. 5. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus.

מְהוּמָה Perturbatio. Pauor

הִין Velle. paratū ee.

Hin. Velle. paratum esse. vt Deut. 1. Cumq̄ instructi armis pergeretis in montem. Pro quo hebrei legunt. Et voluistis ascendere in montem: siue parati fuistis ascendere in montem. Et dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur a dictione הֵן Hen: que significat ecce. Item. הִין Hin. Mensura erat liquidorum. vt Exo. 29. Et quartam partem Hin. Et Nume. 28. Et quartam partem Hin vini.

הִין Hin genus mensure.

חֵכָל Templum

Hechal. Templum. palatium. & communiter scribitur cum iod in prima syllaba. vt. 3. Reg. 6. Et porticus erat ante templum. Ps. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ps. 10. Dominus in templo sancto suo. Ps. 143. Circum ornate vt similitudo templi. & Esa. 6. Et ea que sub ipso erant replebant templum. Et in eodem. 39. Et erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini: templum domini: templum domini est. Et secundum hebreos ponitur ibi templum ter eo quod in tres partes erat diuisum. scilicet in domum exteriorem que dicebatur porticus. Et in domum mediam in qua erat mensa & candelabrum. Et in domum interiorem in qua erat arca & cherubin que dicebatur oraculum siue sanctum sanctorum. Dañ. 1. Et qui possent stare in palatio regis. Amos. 8. Et stridebunt cardines templi. Et in plurali. הֵיכָלִים Hechalim: siue הֵיכְלֵי Hechle. secundum terminationem nominum masculinorum siue. הֵיכָלוֹת Hechaloth. Secundum terminationem femininorum. vt. Ps. 44. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te. idest a templis vel a palatiis eburneis. Prouer. 30. Stellio manibus nititur & moratur in edibus regis. idest in palatiis regis. Ponitur etiam pro delubris. Esa. 13. Et syrene in delubris voluptatis. Osee. 8. Et oblitus est israel factoris sui & edificauit delubra.

Palatium

הֵיכָלִים Domus. Templa. Palatia. Edes.

Delubra.

הָכַר opprimer.

Hacar. Opprimere. Iob. 19. Et non erubescitis opprimentes me. Et aliqui hebtei dicunt q̄ significat impudenter agere. siue ingratum esse. Quia in lingua Arabica significat impudentiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et non erubescitis impudenter agitis contra me: siue ingrati estis mihi. Et inde הַכָּרַת Hacarath. idest impudentia siue ingratitudo. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Pro quo hebrei legunt: Impudentia vultus eorum respondebit eis. Vnde subditur. Et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt: & non absconderunt. Potest etiam deriuari a verbo נָכַר Nacar. Quod significat cognoscere vel agnoscere. sicut est in littera nostra.

Impudenter agere. Ingratū ee.

הַכָּרַת Agnitio Impudentia.

הָלַל Laudare.

Halal. Laudare. gloriari. letari. splendescere. fulgere Insanire. conturbare. iniq̄ agere. Iudi. 16. Quod etiam populus videns laudabat deum suum. 1. Paralipo. 16. Laudate nomen sanctum eius. Pro quo hebrei legunt. Laudamini siue gloriamini in nomine sancto eius. Et in eodem. 29. Confitebimur tibi & laudabimus nomen tuum inclytum. 2. Paralipo. 20. Laudabant dominum

deum israel voce magna. ps. 9. Quoniam laudatur pecca-
tor in desideriis anime sue . ps . 21. In medio Ecclesie
laudabo te. Ps. 62. Et labiis exultationis laudabit os me-
um. Et in eodem . Laudabuntur omnes qui iurant in eo.
Ps. 101. Et qui laudabant me aduersum me iurabant. Sed
beatus hieronymus aliam significationem sequens in psal
terio iuxta hebraicam ve. transtulit. Exultantes per me iu-
rabant. Ps. 118. Septies in die laudem dixi tibi . pro lauda-
ui te. Et in eodē. Viuet anima mea: & laudabit te. Ps . 134.
Laudate nomen domini laudate serui domini . Ps . 145 .
Lauda anima mea dominum. Ps. 148. Laudate dominum
de celis. Ps. 150. Omnis spiritus laudet dominū . Prouer .
27. Laudet te alienus & non os tuum. Et in eodem. 31. Mu
lier timens deum ipsa laudabitur. Et in eodem. Laudent e
am in portis opera eius. Canti. 6 . Regine & concubine &
laudauerunt eam. Esa. 38. Neq; mors laudabit te. Et in eo-
dem. 45. In domino iustificabitur & laudabitur omne se-
men israel. Et inde מְהֻלָל Mehulal . siue מַהֲלָל Mahalal.
ideſt laudabilis: siue laus: vel laudatio. vt. 1. Reg. 22. Lauda
bilem inuocabo dominum. Prouer. 27. Sic probatur ho-
mo ore laudantis. Pro quo hebrei legunt . Et homo iuxta
laudem suam siue iuxta laudationem suam. Sed beatus hie
ronymus transtulit sensum . Et inde תְּהִלָה Thehila. siue
תְּהִלַת Thehilath. ideſt laus . siue laudatio aut laudabilis .
vt in titulo psalmi. 44. Vbi dicitur laudatio ipsi dauid. &
in eodem Ps. Laudationem domini loquetur os meum .
Hiere. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabi
lem. Et in plurali. תְּהִלוֹת Thehiloth. vt. Ps. 21. Tu autem
in sancto habitas laus israel . Pro quo hebrei legunt . Et tu
sanctus habitator siue habitās laudes israel siue laudatiōes
israel. Beatus vero hieronymus in psalterio iuxta hebrai-
cam veritatem transtulit. Et tu habitator sancte laus israel.
Et ponitur ibi singulare pro plurali. & Esa. 60 . Et laudes
domini annunciantes. Scribitur etiam pluraliter. הִלּוּלִים
Hilulim . ideſt laudationes . Pro quo beatus hieronymus
transtulit laudabiles. vt Leuit. 19. Quarto autem anno om
nis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. & in
de הַלְלוּיָה Aleluia. ideſt laudate dominum. & est dictio
composita ab הָלְלוּ Halelu . q; significat laudate vt su-
pra. & יָהּ Ia: quod est vnum de nominibus dei : & ponitur
pro domino. vt Ps. 146. Laudate dominum quoniam bo
nus est psalmus. Vbi pro eo quod in littera nostra est Lau
date dñm: in hebreo habetur הַלְלוּיָהּ Haleluia. Itē הָלַל Ha
lal significat gloriari vel letari. scilicet quando est verbum
quarte coniugationis. vt. Ps. 48 . Et in multitudine diui-
tiarum suarum gloriantur. Ps. 51. Quid gloriaris in mali-
tia: qui potens es in iniquitate . Ps . 96. Et qui gloriantur
in simulachris suis. Ps. 105. Et gloriemur in laude tua. Pro
uer. 20. Et cum recesserit gloriabitur. Et in eodem. 27. Ne
glorieris in crastinum. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in
sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua : &
non glorietur dines in diuitiis suis : sed in hoc glorietur
qui gloriatur. Ponitur etiam pro letari . vt Esa . 41 . Et in
sancto israel letaberis. Et inde הִלּוּלִים Hilulim . Pro quo
beatus Hieronymus transtulit choros cātantium . vt Iudi.
9. Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui.
Item הָלַל Halal. ideſt splendere. fulgere . lucere. Iob . 29.
Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Et in
eodem. 31. Si vidi solem cum fulgeret. Et in eodem. 41. ster
nutatio eius splendor ignis. Esa. 13. Quoniam stelle celi &
splendor earum non expandent lumen suum . vide etiam
de hoc supra in dictione אָהַל Ahal. & inde הֵילֵל Helel.
ideſt lucifer. vt Esa. 14. Quomodo cecidisti de celo lucifer
qui mane oriebaris. Significat etiam הָלַל Halal Insanire:
vt. 1. Reg. 21. Et collabebatur inter manus eorum. Pro quo
hebrei legunt. Et insaniebat inter manus eorum . Hiere.
25. Et bibent & turbabuntur & insanient . Ponitur etiam
pro conturbare. vt Eccl's. 7 . Calumnia conturbat sapien-
tem. Et Naū . 2. In itineribus conturbati sunt. Item poni-
tur pro iniq; agere. Ps. 74. Dixi iniquis nolite iniq; age-
re. Et inde הוֹלֵלִים Holelim. ideſt stulti siue iniqui. Ps. 5. nec
permanebunt iniusti ante oculos tuos. Pro quo beatus hie
ronymus transtulit. Non stabunt iniqui in conspectu ocu-
lorum tuorum. Ps. 72. Quia zelaui super iniquos . Et in-
de מְהֹלָל Meholal. ideſt stultus . siue iniquus . pro quo be
atus hieronymus transtulit. Errorem. Eccl's. 2. Risum repu
taui errorem. & inde הוֹלֵלוּת Holeluth. ideſt insania vel stul
titia secundum hebreos. Sed beatus hieronymus transtu-
lit. errorem. Eccl's. 1. Erroresq; & stultitiam . Et in eodem.
7. Et vt cognoscerem impietatem & errorem imprudēn-
tium. & in eodem. 10. Et nouissimum oris illius error pessi
mus. Et supra in eodem. 9. transtulit contemptum. vbi di
citur. Vnde & corda filiorum hominum implentur mali-
cia & contemptu in vita sua . Et inde תָּהֹלָה Tahola . Pro
quo beatus hieronymus transtulit prauitatem. vt Iob . 4 .
Et in angelis suis reperit prauitatem.

הֲלֹא Halo. Nonne. nunquid non: vtiq;. ecce. Gen. 20. Nō
ne ipse dixit mihi soror mea est. Et in eodem . Nōne
pro rachel seruiui tibi. Exo. 4. Nonne ego dominus. Iudi.
9. Nunquid non est ipse filius ierobaal . Prouer . 8 . Nun-
quid non sapientia clamitat . Et aliquando scribitur cum
vau & aleph in fine. vt Gen. 4. Nonne si bene egeris reci-
pies. Et in eodem. 31. Nonne quasi alienas reputauit nos .
Et in eodem. 42. Nunquid non dixi vobis nolite peccare
in puerum. Et aliquando ponitur pro vtiq; siue pro ecce.
vt Exo. 4. Aaron frater tuus leuites scio q; eloquens sit.
Pro quo hebrei legunt. Vtiq;: siue ecce Aaron frater tuus le
uites. Deut. 4. Qui est in rabath filiorum amon . pro quo
hebrei legunt. Vtiq; est siue ecce est in rabath filiorum A-
mon. Ios. 1. Ecce precipio tibi confortare & esto robustus.
Et. 1. Reg. 10. Ecce vnxit te dominus super hereditatem su
am in principem. Et in eodem. 25. Nonne ecce dauid lati-
tat apud nos. Vbi ponitur pro nonne & ecce. Ruth . 2. Au-
di filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Vbi in
hebreo premittitur supradicta dictio. scilicet vtiq; siue ec-
ce audi filia . 1 . Reg. 13 . Ego enim sum qui precipio vo-
bis . Vbi similiter in hebreo premittitur supra dicta di-
ctio הֲלֹא Halo . Vide etiam de hoc infra in dictione .
לוֹא Lo.

הָלְאָה Hála . Vltra . trans . illuc. Deinceps. vt. 1. Reg. 10.
Cumq; abieris inde & vltra transieris . Et in eo-
dem. 20. Ecce sagitte vltra te sunt. Et in eodem. Ecce sagit-
ta illa est: porro vltra te. Amos. 5 . Et migrare vos faciam
trans damascum. Ponitur etiam pro illuc. vt Gen. 19 . Rece
de illuc. Nu. 16. Et ignem huc illucq; dispergat . Vbi poni-
tur pro huc & illuc. Item significat deinceps . vt Leuit. 22.
Die autem octauo et deinceps offerri poterunt. 1. Reg. 18.
A die illa et deinceps. Et inde deriuatur נַהֲלָאָה Nahalaa.
ideſt remota vel electa aut repulsa. Et est participium pas-
siuum in hebreo. Pro quo Beatus hieronymus transtulit.
Eam que laborauerat. vt Mich. 4 . Et eam que laboraue-
rat in gentem robustam. Lxx. vero transtulerunt . Et repul
sam. Potest etiam deriuari a dictione. לָאָה Laa. Que signi-
ficat laborare. sicut beatus hieronymus transtulit.

Laudabilis מְהֻלָל
Laus. תְּהִלָה
Laudatio. תְּהִלַת
Laudabilis תְּהִלוֹת
Laudes. הִלּוּלִים
Laudabilis הַלְלוּיָה
Aleluia.
Laudate dominum. הָלַל
Gloriari.
Letari. הִלּוּלִים
Chori cantantium. הָלַל
Splendere Fulgere. הֵילֵל
Lucifer הֵילֵל
Insanire. Cōturbare
Iniqs agere. הוֹלֵלִים
Iniqui מְהֹלָל
Error. הוֹלֵלוּת
stultitia. Error.
Contēptꝰ. תָּהֹלָה
Prauitas
Nonne. הֲלֹא
Nonne. Nunqd nō
Vtiqs. Ecce.
הָלְאָה Vltra.
Trans. Illuc. Deinceps. נַהֲלָאָה
Ea que laborauerat. Repulsa.

הלה Hala. Iniq3 siue praue agere. & inde תהלה Tahola. i. Prauitas. Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatē. De quo vide supra in dictione הלל Halal.

Iniquea gere.

תהלה

Prauitas

הלך Halach. Ambulare. gradiri. ire. incedere. procedere. Discurrere. transire. Geñ. 5. Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso. Et in eodem. 5. Et ambulauit enoch cum deo. Et in eodem. cum deo ambulauit noe. Et in eodem. 17. Ambula coram me. Et in eodem. 32. Ecce properat in occursum tuum. Pro quo hebrei legunt. Et ecce ipse ambulat in occursum tuum Et in eodem. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei. Leuit. 26. Et ambulabo inter vos. Deut. 22. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorū Ios. 10. Et ait ad principes exercitus qui secum ierant. Et ponitur ibi הלכוא Halchu cum aleph addita in fine. 3. Re. 21. Et ambulauit demisso capite. Iob. 25. Si ad orientem iero nō apparet. Et in eodem. 24. Nudos dimittunt homīes indumenta tollentes. pro quo hebrei legunt. Nudum faciunt ambulare absq3 indumento. Et in eodem. 30. Merens incedebam sine furore. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in cōsilio impiorum. Ps. 14. Qui ingreditur sine macula. idest qui graditur vel ambulat sine macula. Ps. 25. Et complacui in veritate tua. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Et ambulabo in veritate tua. Ps. 37. Tota die contristatus ingrediebar. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Tota die merens ambulabam. Ps. 42. Quare contristatus incedo. Ps. 54. In domo dei ambulauimus in consensu. Ps. 84. Iustitia ante eum ambulabit. Ps. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ps. 130. Neq3 ambulaui in magnis neq3 in mirabilibus super me. Prouer. 6. Aut ambulare super prunas. Et in eodem. 7. Abiit via longissima. Et in eodem. 8. In viis iustitie ambulabo. Et in eo. 13. qui cum sapientibus gradi tur. Abach. 2. In luce sagittarum tuarum ibunt. Ponitur etiam pro discurrere vel procedereaut transire. vt Exo. 9. Ac discurrentia fulgura super terram. Iob. 41. De ore eius lampades procedunt. Ps. 72. Et lingua eorum transiuit in terra: sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit & ligua eorum deambulauit in terra. Item ponitur pro venire. quod est etiam ambulare. vt Nu. 22. Cur non statim venisti ad me. Hiere. 51. qui fugitis gladium venite & nolite stare. Et in voce passiua prime coniugationis ponitur pro adduci. Ps. 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. quasi vmbra cum declinatur adductus sum. Et inde הליכה Halicha. idest deambulatio. vel locus super quo ambulant. Pro quo beatus hieronym9 transtulit. Iter. vt Naum. 2. Ruent in itineribus suis. quod in hebreo legitur singulariter. scilicet in deambulatione sua siue in itinere suo. Et in plurali. הליכות Halichoth. vt Iob 6. Considerate semitas theman itinera saba. Prouer. 31. Considerauit semitas domus sue. Abach. 3. Ab itineribus eternitatis eius. Accipitur etiam הליכי Haliche pro pedibus. Iob. 29. Quando lauabam pedes meos butyro. & inde הלך Hélech. idest viator siue peregrinus. vt. 2. Reg. 12. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem. Et inde מהלך Mahalach. idest iter. vt Nee. 2. Vsq3 ad quod tēpus erit iter tuum. Ione. 3. Et ninive erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et in eodem. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius. & pluraliter. מהלכים Mahalechim. idest itinera. siue deambulatoria. vel ambulantes. vt Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic assistunt. Quod etiam potest legi sic. Et dabo tibi deambulatoria inter assistentes hos. Scribitur etiam aliquando cum thau in prīcipio & in genere femínino: et dicitur תהלכות Thahaluchoth. Nee. 12. Et ierunt ad dexteram super murum. Pro quo hebrei legunt. Et deambulatoria siue deambulantes ad dexteram super murum. & inde הלך Halach. quod significat reditum siue tributum q3 accipitur a viatoribus. Esdre. 4. Tributum & vectigal & annuos reditus non dabunt. Et in eodem. Tributum quoq3 & vectigal & reditus accipiebant.

Ire.

הלכוא

Incedere. Ybire. Gradiri

Discurref. Procedef Transire.

Venire.

הליכה

Iter.

הליכות

Itinera. Semite

הליכי

Pedes

הלך

peregrin9.

מהלך

Iter.

מהלכים

ambulātes Deambulatoria.

הלם Halam. percutere. q̄ssare. concutere. excidere. vt Iudi. 5. Vngule equorum ceciderunt. idest percusserūt Potest etiam legi sic. Vngule equorum percusse siue q̄ssate sunt. & subditur ratio fugientibus impetu & per preceps ruentibus. Et in eodem. Et percussit sisaram. Ps. 73. In securi & ascia deiecerunt eam. idest exciderunt eam. Esa. 16. Domini gentium exciderunt flagella eius. id est propagines eius vel ramos eius. Esa. 28. Errantes a vino. Pro quo hebrei legunt. Percussi siue conq̄ssati a vino. Ponitur etiam pro cudere quod est idem quod percutere vel q̄ssare. vt Esa. 41. Confortauit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis. Et inde הלמות Halmuth. idest malleus. vt Iudi. 5. Sinistram suam misit ad clauum: & dexteram suam ad fabrorum malleum. Et in plurali scribitur cum mem in principio. & dicitur מהלמות Mahalumoth. vt Prouer. 19. Et mallei percutientes stultorum corporibus. Et inde יהלם Iahalom per additionem iod in prīcipio: quod significat quendam lapidem preciosum. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit hyaspidem. Exo. 28. In secundo carbūculus: sapphyrus & hyaspis. & Ezech. 28. Sardius topazius & hyaspis. Hebrei tamen dicunt q3 significat lapidem adamantem: eo quod frangit & diuidit alias gēmas durissimas. Item הלם Halom. idest huc: illuc. vt Iudi. 18. Quis te huc adduxit. & in eo. 10. Vtrum nam venturus esset illuc. 1. Reg. 14. Et huc illucq3 difugiens. Et in eodem. Accedamus huc ad deum. 2. Reg. 7. quia adduxisti me hucusq3. Ps. 72. Ideo conuertetur populus meus hic Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta Hebraicam veritatem transtulit. Propterea conuertetur populus eius huc.

Excidere.

Cudere

הלמות

Malleus.

מהלמות

Mallei.

יהלם

Hyaspis

adamas.

הלם

Huc.

Illuc.

Hic.

הם Hem. Pronomen est tertie persone pluralis numeri. scilicet ipsi. isti. illi. hi. vt Geñ. 14. Isti accipient partes suas. Exo. 6. Hi sunt qui loquūtur ad Pharaonem. Ps. 94. Semper hi errant corde: & isti non cognouerunt vias meas. Et in genere femínino scribitur cum littera nun in fine. De quo infra dicetur. Inuenitur etiam nun in fine in genere masculino. vt Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. Et recipit in fine he. & dicitur הֵמָּה Héma. vt Geñ. 6. Isti sunt potentes a seculo. ponitur etiam pro verbo substantiuo. vt Geñ. 48. Et respondit: filii mei sunt. Cāti. 6. Sexaginta sunt regine. Et aliquando duplicatur he & mem. vt Ezech. 7. Non ex eis nec ex populo nec ex sonitu eorum. Vbi pro eo quod in littera nostra est ex populo: in hebreo habetur מֵהֵמֶּהֶם Mehemehem. Quod potest interpretari. Ex eis. & dicunt hebrei q3 ponitur ibi pro filiis filiorum. Cui iconcordat translatio chaldaica. Potest etiam deriuari a dictione חמה Hama. Que significat tumultum aut multitudinem. idest populum. vt sit sensus. Non ex eis nec ex tumultu eorum: nec ex sonitu eorum. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum vau in medio & dicitur הום Hom. idest hi siue illi aut ipsi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. dicitur etiam הֵמּוֹ Himo. siue הֵמּוֹן Himon. Dañ. 2. Et comminuit eos. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus samarie.

הם

Isti. Ibi.

המה

Isti.

Esse.

הום

המו

hi.

Universidad de Deusto Biblioteca

חָמַם conterere.

חָמַם Hamam.conterere.consumere.interficere. occidere pterrere.cōturbare . tumultuari . personari . Esa. 28 Nec vexabit eum rota plaustri . Pro quo hebrei legunt . Nec conteret Rota plaustri . Et licet in predicto loco pro eo quod in littera nostra est neque : in hebreo non ponatur negatio:sed vau littera cum puncto seua: quod est coniunctio : tamen cum precedenti negatione valet pro neque . vt infra dicetur in principio littere vau . Et Hiere . 51 . Deuorauit me nabuchodonosor Rex Babylonis . Pro quo hebrei legunt:contriuit siue consumpsit me nabuchodonosor rex babylonis . Et aliquando scribitur cū simplici mem.vt Exo.14.Et interfecit exercitum eorum. Et in eodem.23.Et occidam omnem populum ad quē ingredieris.Ester. 9.Vt occideret illos atq; deleret.Ios.10. & conturbauit eos dominus a facie israel. Iudi. 4. Perterruit q; dominus sisaram.1.Reg.7.Et exterruit eos.2 . Reg.22. Fulgura & consumpsit eos.Ps.17. Fulgura multiplicauit. & conturbauit eos . vide etiam de hoc supra in dictione הִים Him:& infra in dictione sequenti.

Deuorare. Cōsumere. Interficere Occidere. Perterrere. Cōsumere. Cōturbare

הָמָה Hama. tumultuari.sonare.conturbare. rugire. 1.Re. 4.Et personuit terra.3.Reg.1.Quid sibivult clamor ciuitatis tumultuantis.Et in eodem . Et insonuit ciuitas . Prouer. 20. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas. Ps.45.sonuerūt & turbate sunt aque eorum.Ps.82. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.Esa.16. Super hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit . Et in eodem . 17. Et multitudo maris sonantis.Pro quo hebrei legunt. Vt sonitus maris sonabunt.Hiere.6.Vox eius quasi mare sonabit Et in eodem.31.Qui conturbat mare & sonant fluctus eius. Et in eodem.48.Cor meum ad moab quasi tibia eris sonabit.Et in eodem.51.& sonabunt fluctus eorum quasi aque multe.Ponitur etiam pro conturbare.vt Ps.45. Conturbate sunt gentes.Ps.54.Contristatus sum in exercitatione mea:& conturbatus sum.Ps.76.Memor fui dei & delectatus sum.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Recordans dei conturbabar.Hiere.31.Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum.Ezech.7.Quasi columbe in conuallibus omnes trepidi.idest conturbati.Ponitur etiam pro latrare. Ps.58.Et famem patientur vt canes.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et latrēt vt canes.Ponitur etiam pro rugire.vt Esa.51. Et rugiemus q̄si vrsi omnes.vide etiam supra in dictione הִים Him .& inde הִמְיָה Homia.idest tumultuosa vel sonans:aut conturbata.Pro quo beatus hieronymus transtulit frequens.vt Esa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans.& inde הֶמְיָה Hemia.i. sonitus.Esa.17. Concidit cadauer tuū. Pro quo hebrei legunt.Sonitus organorum tuorum.scilicet detractus est ad inferos.sed propter equiuocationem dictionum potest etiam legi sicut beatus hieronymus transtulit . Inde הָמוֹן Hamon.idest tumultus.sonit?.multitudo.populus. diuitie.1. Reg.4.Quis est hic sonitus tumultus huius. Et in eodem 14.Tumultus magnus exortus est.Hiere.46.Ecce ego visitabo super tumultum alexandrie.Amos.5.Aufer a me tumultum carminum tuorum.Ezech.17.Nec ex sonitu eorum.significat etiam multitudinem siue populum.vt Geñ 17.Quia pater multarum gentium constitui te.3.Reg.18. Quia sonus multe pluuie est.Et.4.Reg.7. Quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine israel.2.Paralip .20.Venit contra te multitudo magna.Et in eodem .Nolite timere neq; paueatis hanc multitudinem.Esa.13 . Vox multitudinis in montibus.Et in eodem.16.Et auferetur gloria moab super omni populo multo.Et in eodem.17. Ve multitudini populorum multorum.Hiere.3.Vere mendaces erāt colles & multitudo montium.Ezech.32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem egypti . Et in eodem.Deiiciam multitudinem tuam.Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem . 39 . Et vocabitur vallis multitudinis gog . & scribitur in plurali הֲמוֹנִים Hamonim.idest populi.Ioel.3 . Populi populi in valle concisionis.Et inde dicitur הֲמוֹנָה Hamona . nomen proprium ciuitatis in qua sepelienda erat multitudo Gog vt Ezech.39.Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrā.Ponitur ēt הָמוֹן Hamon.pro diuitiis : vel pro multitudine diuitiarum.Ps.36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.Eccl's.5. Qui amat diuitias.Ponitur etiam pro angelo.Esa.33.A voce angeli fugerunt populi.Sed beatus hieronymus in explanationibus Esaie super predicto loco sic ait.A voce enim angeli quem symmachus ita vt in hebreo scriptum est transtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi.Inuenitur etiam אָמוֹן Amon cum aleph in prī cipio loco he:& significat populum vel multitudinē . Hiere.52 . Et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militie.

Tumultus Sonare. Sonitus. multitudo

הֲמוּלָה Hamula.loquela.vociferatio.sonitus.Hiere.11. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea . Ezech. 1.Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum . Pro quo hebrei legunt.sonus siue vox vociferationis vel loquele vt sonus castrorum.scilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei q̄ littera he que ponitur in principio non est de substantia dictionis:sed est littera articularis:vt supra in principio huius littere dictum est. & dicunt q̄ idem significat quod מִלָּה Milla.idest verbum vel sermo aut loquela . sicut infra dicetur.

Populi. הֲמוֹנִים Populi. הֲמוֹנָה Hamona. Diuitie. Angelus. אָמוֹן multitudo הֲמוּלָה Loquela . sonus. מִלָּה

הָמַן Haman.multiplicari.aut superare: scilicet multitudine.Ezech.5.Quia superastis gentes que in circuitu vestri sunt.Et inde dicunt aliqui q̄ deriuatur הָמוֹן Hamon idest multitudo.Populus. tumultus. sonitus . de quo vide supra in dictione הָמָה Hama.

הָמַס Tabescere Arefacere הַמָּסִים

הָמַס Hamas.Tabescere.contabescere.Esa.64 . Sicut exustio ignis tabescerent.Hebrei tamen dicunt q̄ significat arefacere. Vnde in predicto loco ipsi legunt .sicut exustio ignis arefacti. scilicet sunt: vel essent.Nam ponitur ibi הַמָּסִים Hamasim in numero plurali. Alii vero dicunt q̄ deriuatur a dictione מָסַס Masas . que significat tabescere . vt Ps.67.Sicut fluit cera a facie ignis.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem .transtulit. Sicut tabescit cera a facie ignis.

הָמַר Miserie. Fouee.

הָמַר Hamar.fouea.Et scribitur cum mem in principio: & in numero plurali.scilicet מַהֲמַדּוֹת Mahamoroth.,vt Ps.139.In miseriis non subsistent. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit in foueas vt non resurgant . & solum inuenitur in predicto loco .

הֵן Ecce. En.

הֵן Hen.Ecce.en.Aduerbium demonstratiuum. vt Geñ.3. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est.Et in eodem. 4.Ecce eiicies me hodie a facie terre.Et in eodem . 11. Ecce vnus est populus.Et in eodem.30.Gratum habeo quod petis.Pro quo hebrei legunt.Ecce siue en iam esset secundum verbum tuum.Deut.10.En domini dei tui celum est. Iob.33.Ecce & me sicut & te fecit deus. Et in eodem . quia querelas in me reperit.Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas siue occasiones in me reperit.Et in eodem . Hoc est ergo in q̄ non es iustificat?. Et in eo. Ecce hec oīa operatus est deus.Ps.50.Ecce .n.in iniquitatib? cōcept? sū. etī eo.

הֵן Ecce enim veritatem dilexisti. Ponitur etiam הֵן Hen. pro si vt Exo. 8. quod si mactauerimus ea que colũt egyptii corã eis lapidibus nos obruent. Iob. 13. Etiã si occiderit me in ipso sperabo. Hiere. 2. Et videte si factũ est huiuscemodi. Itẽ. הֵן Hen. pronomen est tertie persone pluralis numeri femi nini generis. Nu. 27. Et ei in hereditatem succedant. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies hereditatẽ patris earũ ad eas vel ad ipsas. Et aliquando accipitur in genere mascu lino. Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. De q̃ vide supra in dictione הֵם Hem.

Si

Ipse.

הִנֵּה Hine. ecce. en. sicut dictio precedens. vt Gen̄. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam. Et in eodem. 12. Ecce cõiũx tua. Et in eo. 18. Ecce in tabernaculo est. & in eo. 22. Ecce inquit ignis & ligna. Et in eo. 24. En rebeca coram te est. Et in eo. 28. Et ero custos tuus quocunq; perrexeris. Pro quo he. le. Ecce ego tecum & custodiam te vbicunq; p rexeris. Et cõponitur cũ pronominibus hoc modo. s. הִנֵּנִי Hinéni. i. ecce ego. Gen̄. 6. Ecce ego adducã diluuii aquas super terram. Esa. 65. Dixi ecce ego ecce ego. הִנְּךָ Hinecha siue הִנָּךְ Hinach. idest ecce tu. vt Gen̄. 16. Ecce ait concepisti. Pro quo he. le. Ecce ait tu concepisti. Deut. 31. Ecce tu dormies cum patribus tuis. הִנּוֹ Hino. i. ecce ille: siue ecce ipse. vt Iob. 2. Ecce in manu tua est. Pro quo he. le. Ecce ille ĩ manu tua. s. est. הִנֵּנוּ Hinénu. idest ecce nos. vt Gen̄. 14. En omnes nos serui sumus domini mei. Ios. 9. Nunc autem in manu tua sumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce nos in manu tua. s. sumus. 2. Reg. 5. Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te. הִנָּם Hinechem. idest ecce vos. הִנָּם Hinam idest ecce illi. Et quando componitur cum pronomine prime persone vel tertie aut per se positum ponitur aliquando pro hoc verbo adsum siue paratus sum. aut presto sum. vt Gen̄. 22. At ille respondit adsum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego fili mi siue adsum fili mi. Et in eodẽ. 27. Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego siue adsum: quis es tu fili mi. Et in eodem. 37. Quo respondente presto sum ait. Nu. 14. Parati sumus ascendere ad locum. 1. Reg. 12. Presto est rex vester quem elegistis. 3. Reg. 1. Adest nathan propheta. Esa. 58. Primus ad sion dicet ecce adsum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad sion ecce adsunt. idest dicet ad sion: ecce adsunt filii tui. Item הֵנָּה Hena idest huc. modo. aduerbium loci vel presentis temporis. & vtroq; modo ponitur. Gen̄. 15. Vbi dicitur generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum vsq; ad presens tempus. Et in eodem. 44. Et huc vsq; non comparet. Et in eodem. 45. Et adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite patrem meum huc. 2. Reg. 5. Non ingredieris huc. Hiere. 50. Huc facies eorum veniẽt. Item הֵנָּה Hena. Pronomen ẽ tertie persone pluralis numeri femini generis. vt Exo. 1. Ipse enim obstetricandi habent scientiam. Nu. 31. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Accipitur etiã in genere masculino. 2. Reg. 4. Ingressi sunt autem domũ. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi ingressi sunt domũ. Accipitur etiam pro verbo substantiuo. Gen̄. 6. Videntes autem filii dei filias hominum q̃ esset pulchre.

Ecce.

En.

Adsum.

Presto sũt
Parati sumus.
Presto est
Adsunt.

Huc.
Presẽs tẽp?

Ipse.
Iste.

Ipsi.

Esse.

הַס Has. silere. tacere. Amos. 6. tace & nõ recorderis nominis dñi. Soph. 1. Silete a facie dñi dei. Zach. 2. Sileat omnis caro a facie dñi. Nu. 13. Inter hec caleb compescẽs murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Pro quo hebrei legunt. Et silere fecit caleb populum ad Moysen vel pro moyse. idest propter murmur qui oriebatur contra eũ

Tacere.
Silere.

הָפַךְ Hapach. vertere: siue verti. reuerti. conuertere. conuerti. Euertere vel euerti. Subuertere: aut aduersari. Peruertere. mutare. Deut. 23. Vertitq; maledictionem eius in benedictionem. 3. Reg. 22. Verte manum tuam & eiice me de exercitu. Prouer. 12. Verte impios & non erunt. Iudi. 20. Quod cum cernerẽt filii israel in ipso certamine posiri. Pro quo hebrei legunt. Et versus est vir israel in certamine. & in eodem. Versa facie fortissime resistebant. 1. Re. 4. Irruerant enim in ea dolores subiti. Pro quo hebrei legunt. Versi enim fuerant dolores eius in eam. Siue euerse vel dissolute sunt compages eius in ea. Nam eadem verba ponuntur. Dañ. 10. vbi dicitur. Dñe mi in visione tua dissolute sunt compages mee. Ester. 9. Versa vice superiores iudei esse ceperunt. Iob. 30. redactus sum in nihilũ. i. versus sum in nihilum. Et in eodem. 41. in stipulam versi sunt ei lapides funde. Prouer. 12. verte impios et non erunt. Threñ. 5. hereditas nostra versa est ad alienos. Itẽ significat reuerti. vt. i. Reg. 25. reuersi sunt itaq; pueri dauid per viam suã. 4. Reg. 5. Quando reuersus est homo de curru suo. 2. Paralip. 9. que reuersa abiit in terrã suã. Ios. 8. presertim cum ii qui simulauerunt fugã et tendebãt ad solitudinẽ contra persequentes fortissime restitissent. Pro quo hebrei legunt Et populus qui fugerat ad desertum reuersus est contra persequentem. idest contra populum persequentem. Osee. 7. Ephraim factus est subcineritius panis qui non reuersatur. Item significat conuertere siue conuerti. Ps. 77. Conuertit in sanguinem flumina eorum. Et in eodem. Conuersi sunt in die belli. Ps. 104. Conuertit cor eorum vt odirẽt populum eius. Iob. 38. Restituetur quasi lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: conuertetur siue vertetur vt lutum signaculum. Esa. 34. Et conuertentur torrentes eius in picem. Threñ. 3. Et conuertit manum suam tota die. Osee. 11. Conuersum est in me cor meum. Ioel. 2. Sol conuertetur in tenebras. Item significat euertere vel aduersari. 2. Reg. 10. Et exploraret ciuitatem & euerteret eam. 1. Paralipo. 19. vt explorent & inuestigent & scrutentur terram. pro quo hebrei legunt. Vt scrutentur & euertant & explorent terram. Iob. 19. Et quem maxime diligebam aduersatus est mihi. Item significat subuertere. Gen̄. 19. Vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Et in eodem. Et subuertit ciuitates has. Iob. 9. Quos subuertit in furore suo. & in eodem. 28. Subuertit a radicibus montes. Thren. 4. Que subuersa est in momento. & inde הַפֵּכָה Haphecha. idest subuersio. Gen̄. 19. Et liberauit lot de subuersione vrbium. & aliquãdo scribitur cum mem in principio. vt Deut. 29. In exemplũ subuersionis sodome & gomorre. Itẽ ponitur pro peruertere Hiere. 23. Et peruertistis verba dei viuentis. Et inde הַפֵּךְ Haphech. idest peruersio siue peruersum. Esa. 29. Peruersa est hec vestra cogitatio. Et aliquando scribitur pluraliter. & cum tau in principio & dicitur תַּהְפֻּכֹת Thahpuchoth. Deut. 32. Generatio enim peruersa est. Pro quo hebrei legunt. Generatio enim peruersionum vel auersionũ est. Prouer. 2. Ab homine qui peruersa loquitur. Et in eodem. Et exultant in rebus pessimis. Pro quo hebrei legunt. Et exultant in subuersionibus pessimis. Et in eodem. 23. Et cor tum loquetur peruersa. Et aliquando duplicantur littera pe & littera caf. & dicitur הַפְכְפַךְ Haphachpach. Prouer. 21. Peruersa viri via aliena est a deo. & inde מַהְפֵּכֶת Mahapécheth. Quod ponitur pro neruo carceris quo malefactores vel qui peruerse agunt vinciuntur. Hiere. 29. Vt mittas eum in neruum & in carcerem. Significat etiam predicta dictio voluere. Iudi. 7. Videbatur mihi quasi subcineritius panis ex ordeo volui & in castra madian descendere. Iob. 37. Et nubes spagũt lumẽ suũ: que lustrãt cuncta per circui

Euertere.

Uerti.

Reuerti.

Cõuertere.
Conuerti.

Aduersari.

Subuertes

הַכֵּפָה
Subuersio

Peruertes
הַפֵּךְ
Peruersũ.

תַּהְפֻּכֹת
Peruersa.

הַפְכְפַךְ
Peruersa.
מַהְפֵּכֶת

Neruus.

Uoluere.

tum Pro quo hebrei legunt. Et ipse siue & ipsum in circuitu voluitur. Et in eodem. 38. Restituetur vt lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: voluetur siue reuoluetur vt lutum signaculum. Item significat mutari. idest ab alio in aliud verti vel conuerti. vt Exo. 14. Mutatumq; est cor pharaonis & seruorum eius super populum. Leuit. 13. Et pilos in album mutatos. Iob. 30. Mutatus es mihi in crudelem. Hiere. 13. Si mutare poterit ethiops pellem suā. Dañ. 10. Et species mea īmutata est in me. & īde הֵפֶךְ hephech. i. econuerso. econtrario. contrarium. vel contra consuetudinem. vt Ezech. 16. Et factum est in te contra consuetudinē mulierum. Et in eodem. Et factnm est in te contrarium. in de מְהַפֶּכֶת Mithapécheth. idest versatilis. Geñ. 3. Et flameum gladium atq; versatilem.

Mutari.

contra.

contrariū.

Versatilis.

הֵצֶן Hósen. instructio. scilicet belli vel exercitus. Ezech. 23. Et venient superte instructi curru et rota. et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q; significat quoddam instrumentum bellicum: vel quoddam genus vehiculi quo in bellis vtebantur.

Instruct⁹.

הַר Har. mons. Geñ. 10. Vsq; sephar montem orientalem. Exo. 3. Et venit ad montem dei. Et in eodem. 25. Secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Ps. 3. Et exaudiuit me de monte sancto suo. Ps. 10. Transmigra in montem sicut passer. Ps. 14. Quis requiescet in monte sancto tuo. Ps. 23. Quis ascendet in montem domini. Et aliquando scribitur cū he in fine. vt Geñ. 14. Et qui remanserant fugerunt ad montem. Et in eodem. 19. In montem saluum te fac. Et in eodem. Nec possum in monte saluari. & in predictis locis ponitur he finalis loco ad vt in. sicut מִצְרַיְמָה Misráima. idest ad egyptum: vel in egyptum. & in plurali. הָרִים Harim. idest montes. Geñ. 7. Opertiq; sunt omnes montes excelsi. Iob. 28. Subuertit a radice montes. Ps. 71. Suscipiant montes pacem populo. Et aliquando duplicatur littera res. vt in sequenti dictione.

Mons.

הָרִים Montes.

הָרַר Harar. mons. Geñ. 14. In montibus seir vsq; ad campestria. Pro quo hebrei legunt. In monte suo seir vsq; ad campestria. Ps. 28. Prestitisti decori meo virtutem. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Prestitisti monti meo fortitudinem. Et in plurali הָרְרֵי Harere. Deut. 8. Et de montibus eris metalla fodiuntur. Ps. 35. Iustitia tua sicut montes dei. Ps. 49 Iumenta in montibus & boues. Ps. 85. Fundamenta eius in montibus sanctis. Et inde הָרָרִי Harari. idest montanus. Hiere. 17. Sacrificantes in agro. Pro quo hebrei legunt. Montanus in agro. Nam dicitur montanus ex multa consuetudine sacrificandi in monte vel in agro.

Mons.

Montes.

הָרָרִי mōtanus.

הָרַג Harag. occidere. interficere. Geñ. 4. consurrexit cain aduersus fratrem suum abel & interfecit eum: & in eodem. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Et in eodem. Omnis qui occiderit cain. Et in eodem. Quoniam occidi virum in vulnus meum. Exo. 2. Nū occidere me vis sicut occidisti heri egyptium. Et in eodem. 4. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitū. Et in eodem. 11. Obsecro vt interficias me. Et in eodem. 25. Occidat vnusquisq; proximos suos: qui initiati sunt beelphegor. 2. Reg. 3. Igitur ioab & abisai frater eius interfecerunt abner. Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia. Et in eodem. 20. Occidet eum lingua vipere. Ps. 44. Quoniam propter te mortificamur tota die. idest occidimur. Ps. 77. Et occidit pigues eorum. Et in eodem. Cum occideret eos querebant eum. Et in eodem. Occidit in grandine vineas eorum. Prouer. 1. Auersio parulorum interficit eos. Eccl's. 3. tempus occidendi & tempus sanandi. Esa. 22. Et ecce gaudium & letitia occidere vitulos & iugulare arietes. Ezech. 26. Filie quoq; eius que sunt in agro gladio interficientur. & inde הֲרוּגִים Harugin. siue הֲרֻגֵי Haruge. idest interfecti veloci cisi Prouer. 7. Et fortissimi quiq; īterfecti sunt ab ea. Hiere. 18. Et viri earum interficientur morte. pro quo in hebreo habetur. Et viri earum erūt interfecti morte. Ezech. 37. Et insufla super interfectos istos. Et inde הֲרֵגָה Harega. idest occisio vel interfectio. Hiere. 12. Sanctifica eos in diē occisionis. Et in eodem. 19. Non vocabitur amplius locus iste thophet & vallis filii ennon: sed vallis occisiōis. Zach. 11. Pasce pecora occisionis. Et aliquando scribitur sine he in fine: & dicitur הֶרֶג Héreg. vt Ester. 9. Percusserunt iudei inimicos suos plaga magna & occiderunt eos. Pro quo hebrei legunt. Percusserunt iudei inimicos suos percussione gladii & occisione & perditione. Esa. 27. Aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est. pro quo hebrei legūt: aut sicut occisio interfectorum eius sic occisus est. Et in eodem. 30. In die interfectionis multorum cum ceciderint turres. Ezech. 26. Cū occisi fuerint in medio tui. Pro quo hebrei legunt. In occidendo occisionem in medio tui. Sed beat⁹ hieronymus transtulit sensum.

Interficef

Occidere.

Mortificare.

הָרָה Hara. concipere. vt Geñ. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. At illa concepisse se videns despexit dominam suam. Et in eodem. 38. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Nume. 11. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem. Iudi. 13. Sed concipies & paries filium. Iob. 3. Et nox in qua dictum est conceptus ē homo. Esa. 8. Ecce virgo concipiet. Et in eodem. 33. Concipietis ardorem. Et in eodem. 26. Concepimus & quasi parturiuimus. Et in eodem. 59. Conceperūt dolorem & pepe runt iniquitatem. Et in eodem. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacii. Osee. 1. Et concepit & peperit filium. Significat etiam gignere. vt. 1. Paralip. 4. Genuit q; mariam & samai & iesba. inde הָרָה Hara. idest p̄gnās. vel concipiens aut conceptus. vt Geñ. 16. Ecce concepisti. Pro quo hebrei legunt. Ecce tu pregnās. Et in eodem. 38. Et videtur vterus illius intumescere. Pro quo hebrei legunt. Et ecce illa pregnās. Et in eodem. De viro cuius hec sunt concepi. Pro quo hebrei legunt. De viro cuius hec sūt ego pregnans. Exo. 21. Et percusserit quis mulierem pregnantem. Hiere. 30. Et vulua eius conceptus eternus. Et in plurali הָרוֹת Haroth. idest pregnantes. 4. Reg. 8. Et paruulos eorum ellides: & pregnantes diuides. & in eodem. 15. Et interfecit omnes pregnantes eius. Amos. 5. Eo quod diffecuerunt pregnantes galaad. & inde הֵרוֹן Heron. idest conceptio vel cōceptus. vt Geñ. 3. Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. & aliquando scribitur cum iod & dicitur הֵרָיוֹן Heraion. idest conceptus. Ruth. 4. Et dedit illi dominus vt conciperet. Pro quo hebrei legunt. Et dedit illi dominus conceptum. Osee. 9. Gloria eorum a partu & ab vtero & a conceptu. & inde הוֹרִים Horim. siue הֹרֵי Hore idest progenitores vel patres. vt Geñ. 49. Confortate sūt benedictionibus patrum eius.

Pregnās.

Gignere.

Pregnās.

Harhar. in lingua chaldaica significat cogitationē & solum inuenitur in nūero plurali. scilicet הַרְהֹרִין Harhorin. Dan. 4. Et cogitationes meę in stratu meo.

הָרַס Haras. destruere. dissipare. conterere. deponere. terminos transcendere. Exo. 23. Sed destrues eos. Iudi. 6. Et destrues aram baal. Iob. 12. Si destruxerit: nemo est qui edificet. Ps. 10. Quoniam quem perfeciſti destruxerūt Prouer. 14. Insipiens structam quoq; manibus destruet. & in eo. 24. & maceria lapidum eius destructa erat. Esa. 49 Destruētes te & dissipantes a te exibunt. Thren. 2. Destru

Destruc.

xit in furore suo munitiones virginis iuda . Ponitur etiam pro dissipare.Hiere.1.Et dissipes & edifices & plantes . Et in eodem.31.Et dissiparem & disperderem & affligerem. Ezech.36.Quia ego dominus edificaui dissipata . Et supra in eodem ponitur pro suffosis:vbi dicitur. Et destitute atq; suffose munite sederunt.Ioel.1.Dissipate sunt apothe ce quoniam confusum est triticum.Item ponitur pro deponere vel conterere.Exo.15.Deposuisti aduersarios tuos Ps.67.Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum . significat etiam transcendere terminum.Exo.19.Ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum . Et in eodem . Sacerdotes autem & populus non transeant terminos.Inde.הֶרֶס Héres.idest destructio vel dissipatio.Esa.19 Ciuitas solis vocabitur vna.Pro quo hebrei legunt . Ciuitas destructionis vel dissipationis vocabitur vna . Sed si p dicta dictio.הֶרֶס Héres scribatur cum cheth:que est quasi e iusdem figure cum littera he:tunc significat solem vel testam aut testeum.Et fortasse in bibliis hebraicis antiquis erat scriptum חֶרֶס chéres cum littera cheth :sicut beat⁹ hieronymus transtulit.Nam in suis explanationibus sup hoc loco sic ait.חֶרֶס chéres enim verbum ambiguum est: & testa dicitur & sol:eo q vtrunq; careat & siccum sit.Hec hieronymus.in translatione autem chaldaica sic habetur. Ciuitas solis que destruenda est vocabitur vna.Et inde הֲרִיסוֹת Harisuth.idest destructio siue ea que corruerant:aut ruina. vt Esa.49.Et terra ruine tue.Amos . 9 . Et ea que corruerant restaurabo.

Dissipare. Deponere Conterere trãscẽdere. הֶרֶס Destructio Testa. הֲרִיסוֹת Ruina.

הָתַת Hathath.insidiari.irruere.Ps.61.Quousq; irruitis in hominem.Et solum inuenitur in predicto loco.Et dicunt aliqui hebrei q deriuatur a supradicta dictione הָוָה hawa.De quo vide in predicta dictione.

Irruere.

הָתַל Hathal.circunuenire.fallere. mentiri.illudere . Geñ. 31.Sed & pater vester circunuenit me.Exo.8 . Verũtamen noli vltra fallere.Iudi.16.Per tres vices mentitus es mihi.3.Reg.18.Illudebat eis helias. Iob.13.Aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis.pro quo hebrei legunt.Aut sicut illuditur homini illudetis ei.vel sic :aut sicut mentimini homini mentiti estis ei.Hiere.9.Et vir in fratrem suum deridebit.idest illudet. Et inde הוּתַל Huthal. idest deceptum siue illusum.pro quo beatus hieronymus transtulit. insipientem.vt Esa.44.cor insipiens adorabit illud.Et inde הַתֻּלִּים Hathulim.idest mendaces :siue illudentes aut illusores. Iob.17:Non peccaui.pro quo hebrei legunt.Si nõ mendaces mecum. Et idem dicit Burgeñ.in suis additionibus super predicto loco.Et inde מַהֲתַלֹּת Mahathaloth .pro quo beatus hieronymus transtulit errores.vt Esa.30.¦Vide te nobis errores.

circũuenire Fallere. Mentiri. Illudere. Decipere. הוּתַל Insipiens הַתֻּלִּים Mẽdaces. מַהֲתַלֹּת Errores.¦

De incipientibus a littera. ו Vau.

Vau littera nunquam reperitur sola per se:sicut nec vlla alia littera hebraica:vt dictum est in precedentibus.Sed apponitur nomini & verbo & aliis partibus orationis:et tunc communiter ponitur pro coniunctione scilicet.&.q; . quo q;.autem.at.atq;.vero.ac.igitur.sed.cumq;.aut . vt Geñ.1. In principio creauit deus celum & terram.& in eodẽ.Terra autem erat inanis & vacua.& in eodem . Et tenebre erãt super faciẽ abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas Et in eodem.Et fecit deus firmamentum.Et in eodem.4. Fuit autem Abel pastor ouium & cain agricola . Et in eodem.Iratusq; est cain vehementer. Et in eodem . Dixitq; dominus ad eum.Et in eodem.5 . Vixit quoq; seth . Et in eodem.6.Ostium autem arce pones in latere.Et in eodem 9.Vixit autem noe.Et in eodem.15.Turturem quoq; & columbam.Et in eodem.24.At illa cito tollens pallium. Exo.2.At ille vbi est inquit. Et in eodem . 14 . In curribus atq; equitibus.Et in eodem.16.Atq; computruit . Iob . 1. Simplex & rectus ac recedens a malo.Ps.1 . Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ponitur etiã in nostra translatione aliis modis quãplurimis. Nam aliquando ponitur pro vero.vt Prouer.2.Impii vero de terra pdentur.Et in eodẽ. 10.filius vero stultus mestitia est matri sue. Eccls.1.terra vero in eternũ stat. Ponitur etiã pro igitur: siue pro ergo. vt Geñ.2.formauit igitur dominus hominem.Et in eodẽ.Tulit ergo dominus deus hominẽ. Et in eodẽ. Igitur perfecti sunt celi & terra. Et in eodem.3. Vidit igitur mulier. Et in eodem.12.Nunc igitur ecce coniũx tua.Et in eodem.16.Igitur sarai vxor abraam nõ genuerat.Exo.1.Bene ergo fecit deus obstetricibus.Et in eodem .Precepit ergo pharao omni populo.Item ponitur pro sed.vt Geñ.2.Sed fons ascendebat de terra.& in eodem.31.Sed deus patris tui dixit mihi.Exo.3.Sed postulabit mulier a vicina sua. Ps. 6. Sed tu domine vsquequo.Canti.1.Nigra sum sed formosa. Itẽ ponitur pro cumq;.vt Geñ.3.cumq; agnouissent se esse nudos.Et in eodem.4.cumq; essent in agro.Exo.2.cumq; iã celare non posset.Deut.4. cumq; quesieris ibi dominum deum tuum.Iob.2.cumq; eleuassent procul oculos . Et in eodem.29. cumq; sederem quasi rex circũdante exercitu. Item ponitur pro aut.siue pro vel.vt Geñ.31.Aut si tu preterieris malum mihi cogitans.Et in eodem.41. Absq; tuo imperio non mouebit quisq; manum aut pedem. Ezo.21. Qui percusserit patrem suum aut matrem. Et in eodem. Qui maledixerit patri suo aut matri.Leuit.17.Quod si nõ lauerit vestimenta sua vel corpus.Et in eodem.22. Sin autẽ vidua vel repudiata. Et in eodẽ.25.vel qui ex his nati fuerint. Iob.38. Aut thesauros grandinis aspexisti. Ps.8. Aut filius hominis quoniam visitas eũ. Ps. 14. Aut quis requiescet in monte sancto tuo. Item ponitur pro etiam. Geñ.1. Dixit etiam deus producant aque. Et in eodẽ.2. Lignum etiam vite in medio paradisi. Et in eodem.28.Vouit etiam votum dicens. Hiere.5. Si etiam viuit dominus dixerint. Item ponitur pro enim: vel nam: aut nanq; . vt. Geñ.20. Habet enim virum. Et in eodẽ.24 . Habitabat enim in terra australi.Exo. 19. Nam profecti de raphidim.1. Reg. 4. Egressus est nãq; israel.Canti.2.Nam vinea nostra floruit. Abach.1.Equites nãq; eius de longe venient. Ponitur etiã pro itaq;. Geñ.11. Tulit itaq; thare abrã filium suum. Exo. 1. Posuit itaq; eis magistros operum. Et in eodem.14. Timuit itaq; populus dominum. Deut.11.Ama itaq; dominum deum tuum. Item ponitur pro siquidẽ.vt.1. Reg.28. Siquidem philistiim pugnant aduersum me.4. Reg.7.Siquidem dominus audiri fecerat. Item ponitur pro interea aut interim vel preterea. vt. Geñ.35.Interea locutus est dominus ad iacob. Et in eodem. 43. Interim fames omnem terrã premebat. Exo.1. Surrexit interea rex nouus super Egyptum. Et in eodem.38.Fuerũt pretera centum talenta argenti.2. Paralip.34.Ossa preterea sacerdotum combusit.Ponitur etiam pro quãdo vel pro vnde. vt.Geñ.11.Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxath.Et in eodem.13.Vnde facta rixa inter pastores gregum.Et in eodẽ. 26.Vnde appellauit eum abundantiam. Et cum precedenti negatione ponitur pro Neq;.vt. Exo.20. Non facies tibi sculptile neq; omnem similitudinem . Et in eodem . Nec eorum que sunt in aquis sub terra.Deut.18. Neq; incantor : neq; phythones consulat. Nume.23. Neq; filius

Et Vsit. q;. Quoq;. At. Enim. Nam. Nanq; Itaq;. Siquidem Interea Interim . Preterea. Quando . Vnde. Neq;.

Universidad de Deusto Biblioteca

hominis vt mutetur. Esa. 28. Neqꝫ vexabit eum rota plaustri. Thren. 3. Non enī humiliauit ex corde suo & abiecit filios hominum. ideſt neqꝫ abiecit filios hominum. Ezech. 13. Neqꝫ opposuistis murum pro domo israel. Habet fortasse in nostra translatione alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta. Hebrei tamen in omnibus locis supradictis dicunt quod ponitur pro coniunctione. Et aliquando ponitur vau littera vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Genē. 22. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul. Pro quo in hebreo habetur. In die tertio & leuauit abraam oculos suos & vidit locum procul. Et in eodem. 36. Et hi filii sebeon Aya & anna. Pro quo in hebreo habetur. Et hi filii sebeon & aya & anna. Et similiter ponitur in principio librorum: vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Exo. 1. Hec sunt nomina filiorum israel. Pro quo in hebreo habetur. Et hec sunt nomina filiorum israel. Iudi. 1. post mortem iosue consuluerunt filii israel dominum. Pro quo hebrei legunt. Et factum est post mortem iosue & consuluerunt filii israel dominum. Ruth. 1. In diebus vnius iudicis quando iudices preerant. pro q̄ hebrei legunt. Et factum est in diebus quando iudicabant iudices. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. pro quo hebrei legunt. Et fuit vir vnus de ramathaim. Esdre. 1. In anno primo cyri regis persarum. Pro quo hebrei legunt. Et in anno primo cyri regis persarum. Ester. 1. In diebus asueri. Pro quo in hebreo habetur. Et factum est in diebus asueri. Et aliquando ponitur in nostra translatione in principiis librorum. vt Leuit. 1. Vocauit autem moysen. Nu. 1. Locutusqꝫ est dominus ad Moysen. Ezech. 1. Et factum est in tricessimo anno. Item littera vau preposita verbo preteriti temporis facit ipsum temporis futuri: & econuerso. vt Genē. 27. Tempusqꝫ veniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Et in eodem. Eritqꝫ semen tuum q̄si puluis terre & dilataberis ad orientem & occidentem. Et in eodem. Et benedicentur in te & in semine tuo. Item facit de preterito futurum. vt in eodem. Cumqꝫ venisset ad quendam locum. Et in eodem. Tulitqꝫ de lapidibus que iacebant. Pro quo hebrei legunt. Et tulit de lapidibus loci. Et in eo. Viditqꝫ in somnis scalam. Et de hoc plenius in arte grāmatica dictum est.

Sequuntur dictiones quarum prima littera substantialis est vau. & sunt due tantum & aliqua nomina propria: sunt autem que sequuntur.

וָ Vau. Paxillus. siue clauus: cuius caput est curuum instar littere vau. Et solum inuenitur in numero plurali. Pro q̄ beatus hieronymus transtulit capita. Exo. 26. Quarum capita aurea & bases enee. Et in eodem. 27. Et capita earum cum celaturis suis argentea. Et dicunt hebrei q̄ erant quidam paxilli vel claui affixi in capitibus colūnarum ex quibus pendebant cortine et velamina.

capita.

וְהַב Vaheb. facere. vt Nu. 21. Sicut fecit in mari rubro sic faciet in torrentibus Arnon. Vbi pro eo quod in littera nostra est fecit: in hebreo ponitur supradicta dictio. scilicet וְהַב Vaheb. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei q̄ est nomen proprium loci sic dicti propter aliquā causam ignotam apud illos. Vnde in hebreo de verbo ad verbum sic legitur. scilicet: ad vaheb in rubrum et ad torrētes Arnon. ideſt venerunt ad locum qui dicitur vaheb. et inde in mare rubrum et ad torrentes Arnon. scilicet venerunt. vnde in sequentibus dicitur profectiqꝫ sunt de solitudine in mathana: de mathana in nahaliel: de nahaliel in bamoth. scilicet venerunt. Et in hebreo non habetur illud profectiqꝫ sunt. Sed subintelligitur. Et licet in aliis locis

Facere.

sacre scripture vbi ponuntur mansiones filiorum israel nō inueniatur locus dictus וָהֵב Vaheb. non repugnat supradictis: sicut nec inuenitur locus dictus mathana neqꝫ nahaliel nisi tantum in predicto loco: vbi dicitur quod profecti sunt de solitudine in mathana: et de mathana in nahaliel. Aliiuero dicunt q̄ predicta dictio וָהֵב Vaheb deriuatur a dictione יְהַב Iehab. Que significat molem vel onus. vt. p̄s. 54. Iacta super dominum curam tuam. Pro quo ipsi legunt. Iacta super dominum onus tuum siue mollem tuam. Vnde in predicto loco legunt sic. A mole in mare rubrū vsqꝫ ad torrentes arnon. Et secundum beatum Hieronymum supradicta dictio יְהַב Iehab significat charitatem. Nam in supradicto psalmo iuxta he.ve. sic transtulit. scilicet. Profice super dominum charitatem tuam. Et in lingua chaldaica significat dare vel tradere aut afferre. De quo vide infra in dictione יְהַב Iahab. sunt etiam aliqua nomina propria a littera vau incipientia. Sicut est וַפְסִי vapsi. vt Nu. 13. De tribu nethalim naabi filium vapsi. Et similiter וַשְׁתִּי Vasthi. Ester 1. Vasthi quoqꝫ regina fecit conuiuium feminarum.

De incipientibus a littera. ז zain.

זְאֵב Zeeb. Lupus. vt genē. 49. Beniamin lupus rapax. Esa. 11. Et habitabit lupus cum agno. Et in plu. זְאֵבִים Zeebim siue זְאֵבִי Zeebe. ideſt lupi. Ezech. 22. Quasi lupi capientes predā. Abach. 1. Et velociores lupis vespertinis.

זְאֵבִים Lupi.

זֹאת Zoth. Ista. vel hec. De quo vide infra in dictione זֶה Ze.

זְאֵב Ista.

זְבוּב zebub. musca. vt Esa. 7. sybilabit dñs muscę q̄ ē in extremo fluūinū egypti. & in plu. זְבוּבִים zebubī. siue זְבוּבֵי zebube. Eccl's. 10. muscę morietes pdūt suauitatē vnguēti

זְבוּבִים Musce.

זָבַד Zabad. dotare. vt Genē. 30. Dotauit me deꝰ dote bona. et inde זֵבֶד Zebed. i. dos. siue dotatio. vt in p̄dicto loco.

זָבַד Dotare.

זֶבַח zabach. immolare. sacrificare. occidere. mactare vt Genē. 31. Immolatisqꝫ victimis in mōte. pro quo in hebreo habetur. Et immolauit iacob victimā in mōte. Exo. 5. Et sacrificemus dño deo nro. Et in eo. Ite et sacrificate deo vro in terra hac. Et in eo. 8. et dimittā ppl'm vt sacrificent dño. Et in eodem. abominationes enim egyptiorū īmolabimꝰ Et in eo. Qd̄ si mactauerimus ea q̄ colūt egyptii. Et in eo. 22. Qui immolat diis occidetur. Et in eo. 23. Nō īmolabis sup fermēto sanguinē victime mee. Leuit. 17. Et nequaqꝫ vltra īmolabūt hostias suas demonibus. Nu. 22. Cumqꝫ occidissēt balac boues & oues misit ad balaā. Deut. 16. Immolabisqꝫ phase dño deo tuo. Et in eo. qd̄ īmolatū ē vespe. pro quo. he. le. qd̄ īmolabis vespe. Et in eo. 33. Ibi īmolabunt victimas iustitie. 1. Reg. 1. vt adoraret & sacrificaret dño. Et in eo. Et īmolauit elcana. Et ī eo. 15. vt īmolet dño deo tuo in galgalis. 3. Reg. 8. mactauitqꝫ salomon hostias pacificas q̄s īmolauit dño. Et in eo. 13. Et īmolabit sup te sacerdotes excelsorū. & in eo. 19. Tulit par boū & mactauit illud. 1. Paralip. 29. Immolauerūtqꝫ victimas dño. 2. Paralip. 7. Rex aūt & oīs ppl's īmolabāt victimas. Et in eo. Mactauit igitur rex salomō hostias boū. Et in eo. 28. quos ego placabo hostiis. pro quo he. le. Eis sacrificabo siue īmolabo. & in eo. 33 Cūctis idolis quos manases fuerat fabricatus īmolauit. p̄s. 4. Sacrificate sacrificiū iustitie. Ps. 26. Et īmolabo in tabernaculo eius hostiā vociferationis. p̄s. 49. Immola deo sacrificiū laudis. Ps. 115. tibi sacrificabo hostiā laudis. Esa. 65. qui īmolāt ī hortis. & in eo. 66. qui mactat pecꝰ q̄si q excerebret canē. Osee. 4. Sup capita mōtiū sacrificabāt. & inde זֶבַח zebach. i. victima. hostia. sacrificiū. Exo. 12. dicetis eis victima trāsitus dñi est. Leuit. 3. Si hostia pacificorū fuerit eius

Mactare.

Occidere.

זֶבַח Victima. Hostia.

Sacrificiū זְבָחִים Zebachim. Victime. זִבְחֵי Zibche. Exo.24. Immolauerunt ꝙ victimas pacificas dño. Deut.33. Ibi imolabūt victimas iustitie. 1.Reg.15. Nūquid vult deus holocausta & victimas. Et aliqñ scribitur in plu. זְבָחוֹת Zebachoth secūdū Sacrificia formā noīm femininorū. vt Osee.4. Et cōfundētur a sacrificiis suis. & inde מִזְבֵּחַ Mizbeach. siue מִזְבַּח Mizbach. i. Altare vbi sacrificia vel hostia offerūtur. Geñ.8. Edificauit aūt noe altare dño. Exo.20. Altare de terra facietis mihi. & in eo.21. Ab altari meo euelles eū vt moriatur. Accipitur ēt pro altari incensi. vt Exo.30. Facies quoꝙ altare ad adolendū thymiama. & in plu. מִזְבְּחוֹת Mizbechoth. vt Ps.83. Altaria tua dñe virtutū. Osee.10. secūdū multitudinem fructus sui multiplicauit altaria.

Altare. מִזְבְּחוֹת Altaria.

זָבַל Zabal. cohabitare. vt Geñ.30. Etiā hac vice mecū erit vir meus. Pro quo hebrei legunt. Hac vice cohabitabit mihi vir meus. Et inde זְבֻל Zebul. i. habitaculum. vt. 3. Reg.8. Edificans edificaui domū et habitaculū tuū. Abach 3. Sol & luna steterunt in habitaculo suo.

Cohabitat זְבֻל Habitaculum.

זָבַן Zabā. in lingua chaldaica significat. Emere. seu vēdere Dañ. 2. Quod tempus redimitis. ideſt emitis.

Emere.

זָג Zag. Folliculus vuarū. Nu.6. Ab vua passa vsꝙ ad acinū nō comedet. Pro quo he.le. Ab acinis vsꝙ ad folliculum .s. vue nō comedet. Et solum inuenitur in predicto loco.

acinus Folliculus

זָרַח Zarach. oriri. vt Geñ. 19. Sol egressus est super terrã. pro quo hebrei legunt. Sol ortus est super terrã. Iob. 9. Qui precipit soli & non oritur. Ps. 111. Exortum est in tenebris lumẽ rectis corde. Eccls. 1. Et oritur sol & occidit. 2. Paralip. 26. Statimq; orta est lepra in fronte eius. Esa. 58. Et orietur in tenebris lux tua. & in eodem. 60. Et gloria domini super te orta est. & in eodem. Super te autem orietur dominus. & in eodem. Et reges in splendore ortus tui. Malach. 4. Et orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitie. & inde locus vbi oritur sol dicitur מִזְרָח Mizrach. i. ortꝰ siue oriẽs. Ps. 102. Quantum distat ortus ab occasu. Ps. 112. A solis ortu vsq; ad occasum. Esa. 43. Ab oriente adducam semen tuum. & in eodem. 46. Vocans ab oriente iustũ & inde אֶזְרָח Ezrach. i. indigena quasi inde ortus. Exo. 13. Tam de aduenis q̃ de indigenis terre. & in eodem. Eadem lex erit indigene & colono qui peregrinatur apud vos. Leuit. 19. Sed sit quasi indigena inter vos aduena qui habitauerit in vobis. Significat etiam אֶזְרָח Ezrach quoddam genus arboris: quam cedrũ nominat translatio nostra. Ps. 36 Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedrus libani. & dicunt aliqui hebrei ꝙ significat quandã arborem que semper est viridis & recens quasi sit in ortu suo: quam aliqui putant esse laurum. vnde legunt sic. Vidi impium robustum & fortem quasi laurum virentem. Sed beatus Hieronymus primã significationem sequẽs in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ sic transtulit. Vidi impium robustũ & fortissimũ sicut indigenam virentem. Est etiam אֶזְרָחִי Ezrachi cognomẽ cuiusdã viri: fortasse eo quod erat orientalis. vt in titulo psalmi. 88. vbi dicitur. Intellectꝰ ethã ezraites. זֶרֶם Zérem. impetus. tempestas. turbo. s. aquarum. imber. gurges. fluxus. Esa. 28. Sicut impetus grãdinis turbo consurgens: sicut impetus aquarum multarum. & in eodem 25. Quasi turbo impellens parietem. & in eodem. 32. Erit vir sicut qui absconditur a vento & celat se a tempestate. ponitur etiam pro imbre. Iob. 24. Quos imbres mõrium rigant. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco significat riuos vel fluctus qui impetuose descendunt de montibus. & legunt sic: a fluctibus montium siue a riuis montium humectabuntur. Itẽ ponitur pro gurgite. Abach. 3. Gurges aquarum transiit. Scribitur etiam cũ tau in fine & dicitur זִרְמָה Zirma in genere femenino. pro quo beatus Hieronymus transtulit fluxum. vt Ezech. 23. Sicut fluxus equorũ fluxus eorum. & inde verbum זָרַם Zarom. i. impetuose fluere: siue impetuose percutere. Ps. 76. Multitudo sonitus aquarũ vocem dederũt nubes. Pro quo beatus Hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Excusserũt aq̃s nubila. i. impetuose fluxerũt aque de nubibꝰ. Ps. 87. Que pro nihilo habentur eorum anni erunt. pro quo beatꝰ Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem transtulit. Percutiente te eos vt somnium erunt.

Ezrachi Ezraites

זֶרֶם Impetus. Turbo. Tẽpestas. Imber. Gurges

זִרְמָה Flurus זָרַם

impetuose fluere.

percutere. זָרַע

זָרַע Zaraa. seminare. serere. Geñ. 26. Seuit autem isaac in terra illa. Exo. 23. Sex annis seminabis terram tuã. Leuit. 19. Agrum tuum non seres diuerso semine. & in eo. 25. Non seretis neq; metetis sponte in agro nascẽtia. & in eodem. Seretisq; anno octauo. Deut. 22. Non seres vineam tuam altero semine. & in codẽ. 29. Ita ut non seratur. Iudi. 6. Cũq; seuisset israel. Iob. 4. Seminant dolores & metunt

Serere Seminare

eos.& & in eodē.31.Seram & alij comedat.Ps.106.Et semi nauerunt agros & plantauerunt vineas.Ps.125.Qui semi nant in lachrimis in exultatione metent.Eccl's.11.Mane se mina semen tuum.Esa.17.Et germen alienū seminabis.& in eodē.32.Beati qui semiatis super oēs aquas.& in eo. 40 Et quidem neq; plantato ueq; sato:quod in hebreo legitur pluraliter.s.neq; plantati sunt;neq; sati sunt..& in eodē.55 Et dat semē serenti. Hiere.4.Et nolite serere inter spinas. & in eodem.12.Seminauerunt triticū & spinas messuerūt. Ezech.36.Et arabimini & accipietis semētem.pro quo in hebreo habetur.& seminabimini. Osee.2.Et seminabo eā mihi in terra.Accipitur etiam pro generare.Leuit.12.Mu

Semen suscipere. lier si susceptō semīe peperit masculum.pro quo hebrei le gunt.Mulier si seminificauerit.i.si fecit semē & genera uit & peperit masculum.Nu.15.Erit innoxia & faciet liberos. Pro quo in hebreo habetur.& erit innoxia & seminabitur semine.i.faciet liberos.sicut est in littera nostra.& inde זֹרֵעַ Zoréaa siue מַזְרִיעַ Mazriaa.i.seminificans:vel semē faciēs aut semen afferens.Geñ.1.Germinet terra herbā virentē

Faciens semen. & facientē semen.vbi ponitur מַזְרִיעַ זֶרַע Mazriaa zéraa. Pro quo hebrei legunt.Seminificantem semen.& in eodē

Afferēs semen. Et protulit terra herbam virentem & facientem semen. & in eodem.Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem se men.& inde. זָרוּעַ Zarúaa.i.seminabile vel seminatum.

Seminable Leuit.11.Si ceciderit super sementem.pro quo hebrei le gunt Si ceciderit super omnē sementem seminabilem vel seminatā. Ps.96.Lux orta est iusto.pro quo in hebreo ha betur.Lux semīata est iusto.Sed si scribatur cum lra cheth in fine.tunc interpretatur orta est. Sed in bibliis hebraicis reperitur זָרוּעַ Zaruaa cū ain in fine.quod interpretatur se minata est. et inde זֶרַע Zéraa siue זָרַע Záraa .i.semen vl' se mentis.Geñ.1.Cuius semen in semetipso sit. & in eodem. 3.Inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuū & semen illius.Et in eodem.8.Cunctis diebus terre sementis et messis.Et in eodē.13.Semini tuo dabo terrā hanc. Et in eodem.15.Scito prenoscēs q; peregrinū futurum sit semē tuū.Leuit.11.Si ceciderit super sementē non polluet eam. Nu.11.Erat aūt man quasi semen coriandri.Et in eodē.24 Et semen illius erit super aquas multas. Deut.4. Et elegit semen eorum post eos.1.Reg.1.Dederisq; serue tue sexum virilem.pro quo hebrei legunt. Dederisq; serue tue semen virorum.i.semen virile.Esa.17.Et mane semen tuum flore bit.Dicitur enim semen tā de frumento q̄ de herbis vel plā tis & etiā de hominib⁹.sicut dicitur fructus arboris & fru ctus ventris.Et aliquando scribitur cum mem in principio

Sementis & dicitur מִזְרַע Mízraa.Esa.19.Et omnis semētis irrigua siccabitur.& in plurali זְרָעִים Zeraim.1.Reg.8. Sed et sege

Semina. tes vestras et vineas vestras addecimabit.pro quo hebrei legunt.Semina vestra et vineas vestras addecimabit. Esa. 61.Et sicut hortus germen suum germīat.pro quo hebrei legunt.Et sicut hortus semina sua germinat.& inde זְרָעִים Zeroim.i.legumina.Dañ.1.Et dentur nobis legumina ad

Legumia. uescendum . Scribitur etiam cum littera nun & dicitur זְרֹעִים זְרֹעֲנִים Zeronim .i. legumina.Itē זְרֹעַ Zeróa.i. brachiū

Brachium siue armus.Exo.6.Ac redimā vos in brachio extēto. & in eodē.15.In magnitudine brachii tui fiant immobiles q̄si lapis.Iob.26.Et sustentas brachium eius qui nō est fortis. Et in eodē.40.Et si habes brachium sicut deus.Ps.135. In manu potenti & brachio extento. Esa.33.Esto brachiū no strum in mane.Et in eodem.52.Parauit dominus brachiū sanctum suum.& in eodem.53.Et brachium domini cui re uelatum est.Malach.2.Ecce ego proiiciam vobis brachiū. Sed in predicto loco hebrei habent זְרַע Zéraa.i.semen. vt supra. Vnde ipsi legunt sic.s.Ecce ego increpabo vobis se men vel sementem.Et aliquādo additur aleph in principio & dicitur אֶזְרֹעַ Ezróaa.i.brachium. Iob.31. Et brachium meū cū suis ossibus confringatur. Hiere.32.Et in manu ro busta & in brachio extento .Significat etiam זְרֹעַ Zeróaa. Armū.Nu.6.Et armum coctum arietis.Deut.18.Dabūt sa cerdoti armū ac ventriculum.& in plurali זְרֹעִים Zeroim siue זְרֹעֵי Zeroe secūdum terminationem masculinorum aut זְרֹעוֹת Zerooth secundū termīationē femininorū. Geñ. 49.Et dissoluta sunt vincula brachiorū eius. Deut.33.Sub ter brachia sempiterna.Ps.17.Et posuisti vt arcum ereum brachia mea.Ps.36.Q̄ñ brachia pctōrū cōterētur.Esa.51. Et brachia mea populos iudicabunt.Dañ.11.Et brachia au stri non sustinebunt.& in eodem.Et brachia pugnantis ex pugnabuntur a facie eius.& in eo.Et brachia ex eo stabūt.

זָרַק Zarac.spargere.aspergere.dispergere.fundere.effun dere.Exo.9.Et spargat illud moyses in celum.Nu.19. Quia aqua expiationis non est aspersus.& in eodē.Et non est aqua lustrationis aspersus.2.Paralip.34.Et super cumu los corū qui eis immolare consueuerant fragmenta dispersit.ponitur etiā pro fundere vel effundere. Exo. 24. Partē aūt reliquā fudit super altare.Leuit.1.Fundentes per altaris circuitum.& in eodem.Sanguinem vero illius fundent sup altare.Ezech.36.Et effundam super vos aquam mundam. Osee.7.Sed & cani effusi sunt in eo.& inde מִזְרָק Mizrac.i. phiala vel peluis aut vas in quo recipiebant sanguinem vel aquam ad aspergendum.Nu.7.Phiala argentea habens se ptuaginta siclos.& in eodem.Phialā argenteā habentem se ptuaginta siclos.& in plurali מִזְרָקִים Mizrac im siue מִזְרָקֵי Mizrece sc̄m terminationē masculinorū aut מִזְרָקוֹת .Miz racoth .secūdum terminationem femininorū .Nu.7.Phia le argentee duodecim.3.Reg.7.Et phialas & mortariola & thuribula ex auro purissimo.1.Paralip.28. Fuscinulas q̄q; & phialas.Hiere.52. Et psalteria & phialas & mortariola. Amos.6.Bibentes in phialis vinū.Zach.14.Quasi phiale coram altari. In alio vero loco beatus Hieronymus inter pretatus est Amulas.3. Reg.7.Fecit ergo hiram lebetes & scutras. & amulas.& similiter infra ī eodē. Ponitur etiā pro thuribulis.4.Reg.12. Fuscinule & thuribula & tube.

זֶרֶת Zéreth.palmus:aut mensura palmi.vt Exo.28. Men suram palmi habebit tam in longitudine q̄ in latitu dine.Esa.40.Et celos palmo ponderauit.

De incipientibus a littera.ח.Cheth.

חַח Chach siue חֹחַ choach.armillea.circulus.spina.compes. siue catena.Exo.35. Viri cum mulieribus prebuerūt ar millas & inaures. Quod in hebreo legitur singulariter.s. prebuerunt armillam & inaurem.& ponitur ibi singulare pro plurali.Iob.40.Aut armilla perforabis maxillam ei⁹. Ponitur etiam pro circulo.4.Reg.19.Ponam itaq; circulū in naribus tuis.Esa.37.Vbi eadē verba habentur.Et in duo bus locis predictis scribitur cum iod in fine.i. circulū meū. Et dicunt hebrei q; in trib⁹ locis predictis signficat hamū Ponitur etiā pro Carduo vel spina.2.Paralip.25. Carduus qui est in libano.Prouer.26.Quō si spina nascatur in ma nu temulenti .vbi ponitur pro spina חוֹחַ Choach cū vau in medio dictionis.Potest etiā legi sic.Quomō si armilla ascē dat in manu temulenti.& in plurali חֲחִים Chochim.Cāti.2 Sicut lilium inter spinas.ponitur etiam pro catenis vel cō pedibus:eo q; sunt in figura rotunda sicut circuli. vt.2.Pa ralip.33.Et vinctum catenis atq; cōpedibus duxerunt eum in babylonem.Ezech.19.Et adduxerunt eum in catenis in terram egypti.vbi pro catenis ponitur חֲחִים Chachim.&

אֶזְרֹעַ Brachium

זְרֹעַ Armus.

זְרֹעִים

זְרֹעֹת Brachia

זָרַק Spargere Aspergere

Dispgere Fundere

Effundere. מִזְרָק

Phiala

מִזְרָקִים Phiale

thuribula.

זֶרֶת Mensura palmi.

חַח Armilla.

Circulus

Cardus Spina

חֹחִים

Spine.

Catene

חֲחִים

renum. in eodem. 29. Beatus Hieronymus transtulit frenum. vbi dicitur & ponam frenum in maxillis tuis. vbi pro freno ponitur in hebreo חַחִים Chachim. in plurali.

חָבַב Diligere — חָבַב Chabab. diligere. Deut. 32. Dilexit populos. & inde חֹב Chub. pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit sinū. Iob. 31. Et zelaui in sinu meo iniquitatem meam. Potest ēt deriuari a dictione sequenti.

Sinus.

חָבָא Abscōdere — חָבָא Chaba. abscondere. celare. latere. Geñ. 3. Et abscōdit se adam & vxor eius. & in eodem. Et timui eo quod nudus essem & abscondi me. & in eodem. 31. Cur ignorante me fugere voluisti. Pro quo hebrei legunt. Cur absconditus es vt fugeres. Ios. 6. Abscondit eñ nuncios quos direxeramus. & in eodem. Eo quod absconderit nuncios quos miserat. Et in eodē. 10. Fugerant enim quinq; reges & se abscōderant in spelunca. & in eodē. Latentes in spelūca vrbis maceda. 1. Reg. 10. Ecce absconditus est domi. & in eodem. 13. Absconderunt se in speluncis. & in eodē. 14. En hebrei egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerant. & in eodem. Qui se absconderant in monte ephrain. 3. Reg. 18. Tulit ille centū prophetas & abscondit eos. 4. Reg. 6. Que abscondit filium suum. 2. Paralip. 18. Quādo ingressus fueris cubiculum de cubilo vt abscōdaris. Iob. 5. A flagello lingue absconderis. & in eodē. 24. Et oppresserūt pariter mā suetos terre. pro quo hebrei legunt. Pariter abscōditi sunt mansueti terre. Esa. 42. Et in domibus carcerum abscōditi sunt. Ponitur etiam pro indurari. Iob. 38. vbi dicitur. In similitudinem lapidis aque durantur. i. indurantur. Et etiā in predicto loco hebrei legunt absconduntur: quia quando aque indurantur in lapidem: iam non ibi apparent aque: sed absconduntur & latent. Ponitur etiam pro protegere. Esa. 49. In vmbra manus sue protexit me. i. abscondit me vel celauit me. Scribitur etiam sine aleph vel cum he in fine loco aleph. De quo vide infra in dictione sequenti. & inde מַחֲבֵא Machabe. i. latibulum. Esa. 32. Et erit vir sicut qui absconditur a vento. Pro quo hebrei legunt. Et erit vir sicut latibulum venti. i. locus vbi absconditur a vento. & in plurali מַחֲבֵאִים Machaboim. i. latibula. 1. Reg. 23. Considerate & videte omnia latibula in quibus absconditur. Vide ēt de hoc in dictione sequenti.

Indurari — Protegere — מַחֲבֵא Latibuli — מַחֲבֵאִים Latibula

חָבָה Latere. — חָבָה Chaba. abscōdere. celare. latere: sicut dictio precedēs. Ios. 2. Ibiq; latitate tribus diebus. 3. Reg. 22. Quando ingredieris cubiculum intra cubiculū vt abscondaris. Esa. 26. Abscondere modicum ad momentum. Hiere. 49. Et celari nō poterit. & inde חֲבִיוֹן Chebion. i. abscōsio. Abach. 3. Ibi abscondita est fortitudo eius. pro quo hebrei legunt. Et ibi absconsio fortitudinis eius. s. est. & inde מַחֲבַת Machabath. i. craticula siue sartago. Leuit. 2. Si autem de craticula fuerit sacrificium. Ponitur etiam pro sartagine. vt in eodem. 6. Que in sartagine oleo conspersa frigetur. Ezech. 4. Et tu sume tibi sartaginem ferream.

Abscōdere Celare. — חֲבִיוֹן Absconsio — מַחֲבַת Craticula. — Sartago

חָבַט Excutere. — חָבַט Chabath. excutere. purgare. Deut. 24. Si fruges colligeris oliuarum. pro quo hebrei legunt. Quando excusseris oliuas tuas. quod est idem sensus cū littera nostra. Nam oliue virga excutiuntur & postea fructus colligūtur. Iudi. 6. Cūq; gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta. Ruth. 2. Virga cedens & excutiens. Esa. 28. Sed in virga excutietur git. & in eodem. 27. Excutiet dominus ab aluco fluminis.

חָבַל Pign⁹ accipere. — חָבַל Chabal. pignorare vel pignus accipere. aut pign⁹ auferre. corrūpere. cōputrescere. fedare. dissīpare. demoliri. disperdere. parturire. dolere. nocere. obligare. Exo. 22 Si pignus a proximo tuo acceperis. Deut. 24. Nō accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. pro quo hebrei legunt. Null⁹ pignorabit. i. nullus accipiet loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam ipse pignorat. Quod exponens translatio chaldaica ita transtulit. Quia cum eis fit nutrimentum ad sustentationem anime. & in eodem. Neq; auferes pignoris loco vidue vestimentum. Iob. 22. Abstulisti enim pignus fratrum tuorum. & in eodem. 24. Abstulerunt pro pignore bouē vidue. & in eodem. Et vulgus pauperum spoliauerunt. Pro quo hebrei legunt. Et super pauperem acceperunt pignus siue abstulerunt pign⁹. Prouer. 20. Et pro extranea aufer pignus ab eo. Ezech. 18. Pignus non retinuerit. pro quo hebrei legunt. Pignus non pignorabit. & inde חֲבָל Chabol siue חֲבָלָה Chabola. i. pignus vel res pignorata. vt in eodem. 18. Pignus debitori reddiderit & in eodem. Pignus non reddentem. & in eodem. 33. Et pignus restituerit ille impius. Amos. 2. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt. Item חָבַל Chabal. i. corrumpere vel computrescere fedare. Nee. 1. Peccauimus: vanitate seducti sumus. Pro quo hebrei legunt. Peccauimus: corruptiōe corrupti sumus tibi. siue feditate fedati sumus tibi. Esa. 10. Et computrescet iugum a facie olei. Mich. 2. Propter īmūditiam eius corrumpetur putredine pessima. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Item significat dissipare vel demoliri aut disperdere. Eccl⁹. 4. Et dissipet cuncta opera manuum tuarum. Canti. 2. Capite nobis vulpes: que demoliuntur vineas. Esa. 13. Vt disperdat omnem terram. & in eodem. 54. Ego creaui interfectorem ad disperdēdū. Iob. 34. Quia ergo ego locutus sum ad deum: te quoq; nō prohibebo. Pro quo hebrei legunt. Quia ad deum dicitur peperci non dissīpabo vel non disperdam. i. solus deus pōt dicere peperci non dissīpabo. vel ad deū pertinet dicere peperci non dissīpabo vel non disperdam. Item ponitur pro parturire. Ps. 7. Ecce parturit iniustitiam & concepit dolorem. Canti. 8. ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. pro quo hebrei legunt. Ibi parturiuit te mater tua. Ibi pturiuit gēitrix tua. Sed in hoc locotrāslator noster secutus est aliā significationem supra positam. & inde חֶבֶל Chebel. i. partus siue dolor. Esa. 66. Anteq; veniret partus eius. & in plurali חֲבָלִים Chabalim siue חֲבָלִי Cheble. i. dolores. Iob. 21. Dolores diuidet furoris sui. & in eodem. 39. Et rugitus emittunt. vbi ponitur rugitus pro doloribus. s. parturientium. Ps. 17. Dolores inferi circundederunt me Esa. 13. Torsiões & dolores tenebūt. Osee. 13. Dolores parturientis venient ei. & inde חָבֶל Chabal siue חֲבוּלָה Chabula. i. corruptio vel delictum. Dañ. 3. Et nihil corruptionis in eis est. & in eodem. 6. Et coram te rex delictum non feci. Significat etiam predicta dictio in lingua chaldaica nocere Dañ. 6. Et non nocuerūt mihi. Item חָבַל Chabal. i. obligare. irretire. Prouer. 13. Qui detrahit alicui ref ipse se in futurū obligat & inde חֶבֶל Chebel. i. funis vl' funicul⁹. Deut. 32. Iacob funicul⁹ hereditatis eius. Ios. 2. Demisit ergo eos per funem de fenestra. Zach. 2. Et in manu eius funiculus messorum. & in plurali חֲבָלִים Chabalim siue חֲבָלִי Cheblei deest funes. 2. Reg. 22. Funes inferni circundederunt me. 3. Reg. 20. Ponamus itaq; saccos in lumbis nostris & funiculos in capitibus nostris. Iob. 36. Et vinciantur funibus paupertatis. Ps. 15. Funes ceciderunt mihi in preclaris. Ps. 118. Funes peccatorum circūplexi sunt me. Esa. 33. Et oñes funiculi eius non rumpentur. Ezech. 27. Que obuolute & astricte erant funibus. Osee. 11. In funiculis adā trahā eos. Zach. 11. Et alteram vocaui funiculos. vbi pro funiculis ponitur חֹבְלִים Choblim. & potest etiam legi. corrumpentes siue dissipantes. Et quia terra siue possessio metitur cū fu-

Pignorare — Auferre pignus. — Pign⁹ retinere. — חָבַל Pignus — חֶבֶל Partus. — חֲבָלִים Dolores. — חֶבֶל Corruptio Delictum. — חָבַל Obligare. — חֶבֶל Funiculus Funis. — חֲבָלִים Funes. — חֲבָלִים

חֶבֶל Regio.

niculo sicut dicitur Amos.7. Et humus tua funiculo metie tur. Ideo pōitur etiam חֶבֶל Chébel. pro hereditate vel pos= sessione aut regione. Deut.3. Tradidi medie tribui manasse omnem regionem argob vsq; ad terminos gesuri. Ios.17. Cur dedisti mihi terram in possessionem & sortis & funicu li vnius. Ezech.47. Quia ioseph duplicem funiculum ha bet. i. duplicem possessionem vel hereditatem. Accipitur etiam חֶבֶל Chébel. pro pedica vel laqueo: eo quod fit ex fu ne. Iob.18. Abscondita est in terra pedica eius. & inde חֶבֶל Chibel. i. malus nauis. eo quod in eo ligantur omnes funi culi nauis. Prouer.23. Et quasi sopitus gubernator amisso clauo. pro quo hebrei legunt. Et quasi dormiens in capite mali. s. nauis. & inde חֹבֵל Chobel. i. nauta vl' gubernator na uis. Ione.1. Et accessit ad eū gubernator & dixit ei. Ezech. 27. Sapientes tui tyre facti sunt gubernatores tui. & in eo dem. Et vniuersi gubernatores maris in terra stabunt. & in de תַּחְבֻּלוֹת Thachbuloth. i. gubernacula. Prouer.1. Et intel ligens gubernacula possidebit. Et in eodem.20. Et guber naculis tractanda sunt bella. & in eodem.24. ponitur pro dispositione. vbi dicitur. Quia cum dispositione initur bel lum. Hebrei tamen dicūt q; in predictis locis accipitur pro consiliis uel astutiis aut versutiis. Sicut supra in eodem.12. Vbi dicitur & consilia impiorum fraudulētia: vbi ponitur pro consiliis. & eadem dictio ponitur in nostra translatiōe pro gubernante. vt Iob.37. Vbicūq; eas voluntas gubernā tis duxerit. Pro quo hebrei legunt. In consiliis suis. i. in vo luntate sua. Item חֶבֶל Chébel. i. cuneus. congregatio. grex. vt.1.Reg.10. Obuium habebis gregem prophetarū. Et in eodem. Et ecce cuneus prophetarum. & ab hoc significato dicunt aliqui hebrei q; deriuatur dictio חַבָלִים Chabalim. quam supra diximus significare funiculos. Ps.108. Funes peccatorum circūplexi sunt me. pro quo ipsi legunt. Cater ue siue cunei peccatorum. Et similiter Zach.11. Vbi dicitur & alteram vocaui funiculos.

Pedica

חֶבֶל

Malus na uis.

חֹבֵל

Guberna tor.

תַּחְבֻּלוֹת

Guberna cula.

Dispositio

Consilia.

Gubernās

חֶבֶל

Grex Cuneus

חֲבָלִים

Cunei.

חֲבַצֶּלֶת Flos Lilium.

חֲבַצֶּלֶת Chabasceleth. flos vel lilium. Canti.2. Ego flos cā= pi. Esa.35. Et florebit quasi lilium. & solum inue nitur in predictis locis.

חבק Complecti amplexari.

חָבַק Chabac. amplexari. complecti. Geñ.29. Cōplexusq; & in oscula ruens. & in eodem.33. Amplexatus est cū 4.Reg.4. Habebis in utero filium. Pro quo hebrei legunt Tu amplexaberis filium. Iob.24. Et non habētes velamē amplexantur lapides. Prouer.24. Glorificaberis cum eam fueris amplexatus. Eccl's.3. Tempus amplexandi & temp? longe fieri ab amplexibus. ubi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. & in eodem.4. ponitur pro complicare vbi dicitur. Stultus complicat manus suas. Canti.2. Et dex tera illius amplexabitur me. Threñ.4. Amplexati sūt ster cora. & inde חִבֻּק Chibuc. i. amplexus siue amplexatio vel complicatio. Prouer.24. Pauxillū manus conseres vt qui escas. Pro quo hebrei legunt. Pauxillum amplexationis vl' complicationis manuum. s. erit tibi vt quiescas.

Cōplicare.

חִבֻּק

āplexatio.

חָבַר Cōiunger Iungere.

חָבַר Chabar. iungere. coniungere. congregare. colligere. sociare. copulare. amicitiā vl' fedus inire. participare. incantare. i. incantationes facere. Geñ.14. Omnes hi cōue nerunt in vallem siluestrem. i. coniūcti vel cōgregati sunt. Exo.26. Quinq; cortine sibi iūgētur mutuo: & alie quinq; nexu simili coherebunt. i. coniungentur. & in eodem. Ex quibus quinq; iunges seorsum. & in eodem.28. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere. & in eodem. Et in vnū red dent. Pro quo hebrei legunt. Et iungatur. s. in vnum. & in eodem.36. Coniunxitq; cortinas quinq; alteram alteri. Et in eodem. Quorum quinq; iūxit seorsum. Et inde dicitur מָחְבֶּרֶת Machbéreth siue חֹבָרֶת Chobáreth. i. illa ora cortine in qua ponebātur circuli vel anse ad cōiungēdas cortinas. vt in p̄dicto loco. Iob.16. Cōsolarer & ego vos sermonib?. Pro quo hebrei legunt. Coniungerē siue copularem super vos sermones. i. cōponerē sermones consolatorios ad con solandum vos. Ps.93. Nunquid adheret tibi sedes iniqui tatis. idest nunquid iungetur tibi sedes iniquitatis. Ezech. 1. Iunctq; erant penne eorum alterius ad alterum. & in eo. Due penne singulorum iungebantur. Significat etiā ami citias vel fedus inire aut confederari vel participare. 1. Para lip.20. Post hec iniuit amicitias iosaphath rex iuda cum ochozia rege israel. & in eodem. Et particeps fuit vt face ret naues. & in eodem. Quia habuisti fedus cum ochozia. Dañ.11. Et post finem annorum federabuntur. & in eodem Et post amicitias cum eo faciet dolum. idest postq̄ iniuit amicitias cum eo faciet dolum. Ps.121. Vt ciuitas cuius par ticipatio eius in idipsum. & inde חָבֵר Chaber. i. particeps. socius. sodalis. Ps.118. Particeps ego sum omnium timen tium te. Prouer.28. Particeps homicide est. & in plurali. חֲבֵרִים Chaberim siue חַבְרֵי Chabre. i. participes vl' socii aut sodales. Iudi.20. Quasi homo vnus eadem mente vnoq; cō silio. pro quo hebrei legunt. Quasi homo vnus participes siue socii. i. conformes in vnum. Iob.40. Cōcidant eū ami ci. i. socii vel participes. Canti.1. Ne vagari incipiā post gre ges sodalium tuorum. Esa.1. Principes tui infideles: socii fu rum. Ezech.37. Et scribe sup illud iude & filiis israel sociis eius. & in eodem. Et cuncte domus israel sociorūq; eius. Po nitur etiam חָבֵר Chabur pro participe. vt Osee.4. Parti ceps idolorum ephraim. Pōitur etiam in genere femínino Malach.2. Et hec particeps tua. & inde חֶבְרָה Chebra siue חֶבֶר Cheber. i. societas. congregatio. participatio. Iob.34. Qui graditur cum operantibus iniquitatem. Pro quo he brei legunt. Qui graditur in participationem vel societatē cum operantibus iniquitatem. Osee.6. Participes sacerdo tum. pro quo hebrei legunt. Participatio vel congregatio sacerdotū. & inde מְחַבְּרוֹת Mechaberoth. i. iuncture siue co missure.1.Paralip.22. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum & ad cōmissuras atq; iuncturas.2. Paralip.24. Et ligna ad cōmissuras edificii & ad cōtignationem domo rum. Item חָבַר Chabar significat incantare siue incantatio nes facere. Eo quod fit cum amicitia & pacto vl' participatio ne demonum. vel cum congregatione serpentum. Deut.18 Ne sit maleficus neq; incantator. Pro q̄ hebrei legūt. Neq; maleficus neq; incantans incantationem. siue neq; qui in cantat incantationem. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps.57. Et venefici incantātis sapienter. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ve ritatem transtulit. Neq; incantatoris incantationes callidas Esa.47. Et propter duriciam incantatorum tuorum. Pro uer.21. Quam cum muliere litigiosa & in domo communi Pro quo hebrei legunt. Quam cum muliere litigiosa & in domo incantationis. Potest etiam legi sicut est in littera no stra: nam potest significare participationem vel societatem aut congregationem: sicut supra dictū est. Inde חֲבוּרָה Cha bura. i. liuor. tumor carnis. eo quod in tali percussione con gregatur & congelatur sanguis. Exo.21. Liuorem pro liuo re. Esa.1. Vulnus & liuor & plaga tumens. & in eodem. 53. Et liuore eius sanati sumus. & in plurali חֲבוּרֹת Chaburoth Prouer.20. Liuor vulneris abstergit mala. quod in hebreo legitur pluraliter. s. liuores vulneris. Ponitur etiam pro ci catricibus. Ps.37. Putruerūt & corrupte sunt cicatrices mee Et q̄ñq; geminantur beth & res. & dicitur חַבַרְבֻּרָה Cha barbura. idest macula siue varietas. vt Hiere.13. Aut pardus varietates suas.

חֹבָרֶת מָחְבֶּרֶת

Adherere.

Amicitias inire.

Federari.

participari חָבַר

Particeps חָבֵר

חֲבֵרִים

participes Socij.

Sodales.

חָבוּר pticeps.

חֶבְרָה

Societas.

cōgregatio מְחַבְּרוֹת

Iuncture, Cōmissure.

חַבַרְבֻּרָה Varietas

חֲבוּרָה

Liuor.

חֲבוּרֹת

Liuores. Cicatrices

חבש

חָבַשׁ Chabas.vincire.ligare.alligare.circunligare. circunuoluere.sanare.curare.sternere.s.iumētum. Exo.29 Et impones ei mitras.pro quo hebrei legunt. Et alligabis vel circunligabis eis mitras.Nam mitra circūligabatur capiti cum vitta byssina.Ps.146.Et alligat cōtritiones eorū Esa.30.In die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Ezech.24.Corona tua circunligata sit tibi. & in eodē. 30. Et ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas.Et in eodem.Et fasciretur linteolis.i.obuolueretur.Et in eodem 34.Quod cōfractum est non alligastis.& in eodē.& quod confractum fuerat alligabo.Ione.2.Pelagus operuit caput meum.pro quo hebrei legunt.Pelagus circūligatū est vel obuolutū est capiti meo. Ponitur etiam in nostra trāslatione pro scrutari.vt iob.28.Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est.Item ponitur pro demergere.vt in eodem.40.Et facies eorum demerge in foueam.Sed etiam in predictis locis hebrei dicunt q; significat ligare vel comprimere.Item significat mederi.vel sanare.aut curare.eo quod medici ligant & circunuoluūt vulnera.Iob.5.Quia ipe vulnerat & medetur.& in eodem.34.Nunquid qui non amat iudiciū sanari potest.Esa.1.Neq; curata medicamine.& in eodem. 61.Vt mederer contritis corde.& inde חֹבֵשׁ Chobes.pro q' beatus Hieronymus transtulit medicum.Esa.3.Respondebit in die illa dicens nō sum medicus.Hebrei tamen in predicto loco interpretantur vinculatorem.i.ille qui comprehendit malefactores & mittit eos in vincula. Item significat sternere.s.iumentum.quod est idem quod ligare. Genē. 22.Et strauit asinum suum.Nu.22.Et strata asina profect? est.2.Reg.16.Et cum duobus asinis qui onerati erant ducētis panibus.pro quo hebrei legunt.Et cum duobus asinis stratis & oneratis ducentis panibus.& in eodem.19.Dixiq; ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinū.3.Reg.13. Sterne mihi asinum.

Alligare
Circūligare
obuoluere
Scrutari
demergere
Wederi
Sanare
Medicus'.
Sternere

חבת

חֲבַת Chabath.sartago.craticula.1.Paralip.9.Prefectus erat corū q̄ in sartagine frigebantur.Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur מַחֲבַת Machabath. De quo vide supra in dictione חֲבַת Chpba.

Sartago
מַחֲבַת

חג

חַג Chag.Festum.solemnitas.De quo vide infra in dictione sequenti.

חגג

חָגַג Chagag.festum celebrare.sacrificare.circundare.girare.cōmouere.turbare.Ps.41.In voce exultatiōis & cōfessionis sonus epulantis.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritātem transtulit.In voce laudis & confessionis multitudinis festa celebrantis.& cōmuniter scribitur cum simplici guimal.Leuit.23.Celebrabitis ferias domini septem dieb?.& in eodem.Celebrabitisq; solēnitatem eius.& in eodem.Et mense septimo festa celebrabitis.Naum.1.Celebra iuda festiuitates tuas. Zach.14.Celebrent festiuitatem tabernaculorum.ponitur etiam pro sacrificare.s.sacrificia que in solēnitatibus solebant offerri. Exo.5.Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto.& inde חַג Chag.i.festum.festiuitas.solēnitas.ferie.Exo. 10.Est enim solēnitas dei nostri.& in eodem.32.Cras solēnitas domini est.Leuit.23.Solēnitas azymorū domini est. & in eodem.Erunt ferie tabernaculorum septem diebus. Deut.16.Et celebrabitis diem festū hebdomadarum. & in plurali חַגִּים Chagim siue חַגֵּי Chage.vt Esa.29.Solēnitates euolute sunt.Ezech.45. In solemnitatibus & in calendis. Amos.5.Odi proiecī festiuitates vestras. Accipitur etiam חַג Chag.pro sacrificio aut pecude vel animali quod offerebatur in solēnitate.Exo.23.Neq; remanebit adeps solēnitatis mee vsq; mane.i.adeps animalis quod offertur in solēnitate.Ps.117.Constituite diem solemnem in condensis.

Festum celebrare.
Sacrificar
Solēnitas
Ferie.
Dies fest?.
solēnitates
festiuitates

Pro quo hebrei legūt. Ligate sacrificium.s.solēne vel pec? quod offertur in solēnitate in condensis.Malach.2.Et dispergam super vultū vestrū stercus solēnitatū vestrarū.idest stercus aialiū que offerebātur in solemnitatib?:sicut exponūt hebrei.Significat etiā p̄dicta dictio חוּג Chag girare vel circūdare.Iob.26.Terminū circundedit aquis.& de hocvi de infra in dictione חוּג Chug.Et quia in solēnitate fit commotio & tumultus ppli:ideo ponitur etiā pro turbare. Ps. 106.Turbati sunt & moti sunt sicut ebri?.& inde deriuatur sequens dictio.

Pecus.
Circūdare
Turbare

חגא

חָגָא Chaga.turbatio.pauor.Esa.19.Et erit terra iuda egypto in pauorem.

Pauor

חגב

חָגָב Chagab.quoddā genus locuste.vt Leuit.11.Atq; locusta:singula secūdū genus suū.Eccl's.12. Et impinguabitur locusta.& in plurali חֲגָבִים Chagabim.Nu.13.Quib? comparati quasi locuste videbamur.

Locusta
חֲגָבִים
Locuste

חגה

חַגָּה Chaga.foramen.scissura.& scribitur cum vau loco he & inuenitur tm̄ in nūero plurali.s.חַגְוֵי Chague. vt Cāti.2.Colūba mea in foraminibus petre. Abdie.1. Habitātē in scissuris petrarum.

חַגְוֵי
Foramina

חגר

חָגַר Chagar.cingere.accingere.circunligare.contrahere. Exo.12.Renes vestros accingetis.& in eodem.29. Accingesq; eos baltheo. Leuit.16. Accingetur zona linea.3. Reg.20.Accingerunt saccis lumbos suos.Ps.44.Accingere gladio tuo super femur tuum.Ps.64.Et exultatione colles accingentur.Ps.75.Et reliquie cogitationis diē festum agent tibi.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Reliquiis ire accingeris.Prouer.31.Accinxit fortitudine lumbos suos.Ezech.7.Accingent se ciliciis Ponitur ēt pro cōtrahere.2.Reg.22.Et cōtrahentur in angustiis suis.& inde חָגוֹר Chagur siue חֹגֵר Choger.i.accinct? siue accingens.2.Reg.6.Porro dauid erat accinctus ephod lineo.& in eodem.21.Et accinct? erat ense nouo.3.Reg.20 Ne glorietur accinctus eq; vt discinct?.& in gñe femininо חֲגֹרֶת Chagarath.i.accincta.vt Ioel'.1.Quasi virgo accicta sacco.& inde חָגוֹר Chagor.i.cingulū vel cinctoriū. balthe?. zona.Prouer.31.Et cingulum tradidit cananeo. Scribitur etiā in genere femininо.& dicitur חֲגוֹרָה Chagora.3.Reg.2 Et posuit cruorem belli in baltheo suo.4.Reg.3.Conuocauerunt oēs qui accincti erāt baltheo.Esa.3.Et pro zona funiculus.& aliqñ additur mem in principio.vt in eodem.3. Et pro fascia pectorali cilicium. Pro quo hebrei legunt.Et pro fascia cinctoriū vel cingulum sacci.& in pl'ali חֲגֹרוֹת Chagoroth.Pro quo beatus Hieronymus transtulit perizomata.vt Genē.3.Et fecerunt sibi perizomata.

Accingere
Accinctus
Cōtrahere
חָגוֹר
Accincta
חָגוֹר
Cingulum
חֲגוֹרָה
Baltheus.
Zona
חֲגֹרוֹת
Perizomata

חד

חַד Chad.in lingua chaldaica significat vnū. Danē.2.Et ecce quasi statuā vnā.& in sermone chaldaico est gñis masculini.& in gñe femininо scribitur cū aleph vel he in fine.& dicitur חַדָּא Chada siue חַדָּה Chada. Danē.2. Vna est de vobis sententia.Esdre.4.Scripserunt epistolam vnam.

Vnus .
חַדָּא
Vna.

חדד

חָדַד Chadad.acuere.velocē esse.& cōiter scribitur cū simplici daleth.Prouer.27.Ferrū ferro acuitur:& homo acuit faciē amici sui.Ezech.21.Gladius exacutus est & limatus.& in eodem. Vt cedat victimas exacut? est.Scribitur ēt cum littera aleph ante cheth.vt Ezech. 21.Exacuere valde ad dexteram & ad sinistram.Significat etiam velocem esse. Abach.1.Et velociores lupis vespertinis.Sed etiam in hoc loco hebrei legunt.& acutiores sunt lupis vespertinis.i.habent dentes acutiores ad deuorandū:q̄s lupi in vespere. & inde חַדָּה Chadda.i.acuta.vt Esa.49.Et posuit os meū q̄si gladium acutum.& in hebreo ponitur in genere femininо quia gladi? in hebreo ē femininі gñis.& inde חַדּוּדִי Chaddude. Pro quo beatus Hieronym? transtulit. Radios:eo q'

Acuere
Exacuere
Velocē ee.
חַדָּה
Acuta.
חַדּוּדִי

Universidad de Deusto Biblioteca

tendunt ad acuitatem. Iob. 41. Sub ipso erunt radii solis.

חָדָה Letari. Letificare.

חָדָה Chada. letari. gaudere. letificare. vnire. Exo. 18. Letatusq; est iethro super omnibus bonis. Ps. 20. Letifica bis eum in gaudio. Significat etiam vnire vel conuenire. vt Geñ. 49. Et in cetu illorū nō sit gloria mea. pro quo he. le. Et in cetu illorum nō vniatur vel nō cōueniat gloria mea. Iob. 3. Non computetur in diebus anni.. pro quo hebrei le gunt. Non vniatur in diebus anni vel non sit vnus ex die bus anni. Nam in lingua chaldaica significat vnitatem. vi de etiam de hoc infra in dictione יָחַד Iachad. & inde

חֶדְוָה Gaudium.

חֶדְוָה Chedua. i. gaudiū. vt. 1. Paralip. 16. Fortitudo & gaudiū in loco ei⁹. Nec. 8. Gaudiū eñ dñi erit fortitudo vr̄a. Itē

חַדַּה Pectus.

חַדַּה Chadda. in lingua chaldaica significat pectus. Dañ. 2. Pect⁹ autem & brachia de argento.

חָדַל Cessare Desinere

חָדַל Chadal. cessare. desinere. derelīquere. deserere. dimittere. recedere. quiescere. Geñ. 2. Et cessauerunt edificare ciuitatem. & in eodem. 41. Et copia mensuram excederet. pro quo hebrei legunt. Vsquequo desiit numerari: qm̄ non erat nūerus. Sed btūs Hieronym⁹ transtulit, sensū Exo. 9. Et cessauerunt tonitrua. & in eodē. Et cessabunt tonitrua. & in eodē. 14. Recede a nobis vt seruiam⁹ egyptiis Deut. 15. Non deerunt pauperes in terra. Iudi. 5. Cessauerunt fortes in israel & quieuerunt. & in eo. Nunquid possū deserere pinguedinem meam. & in eodē. Nūquid possum deserere dulcedinē meā. 1. Reg. 12. Absit autē a me hoc peccatum in dño vt cessem orare pro vobis. Iob. 3. Ibi impii cessauerūt a tumultu. Ps. 38. Vt sciam quid desit mihi. Prouer. 19. Non cesses audire fili doctrinā. significat etiam quiescere qñ ponitur pro cessare vel desinere. Iudi. 15. Tamen adhuc ex vobis expetam vltionē: & tunc quiescam. Iob. 14 Vt quiescat donec optata veniant. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. & in eodem. 2. Quiescite ergo ab homine. & in eodem. 24. Quieuit sonitus letantium. Ezech. 2. Si forte audiant & quiescāt. & in eo. 3. Qui audit audiat: & qui quiescit quiescat. Amos. 7. Dñe deus quiesce obsecro. Zach. 11. Et si non quiescite. & inde

Recedere Deesse. Deserere Quiescere

חָדַל Chadel. Pro quo beatus Hieronymus transtulit quietem. Esa. 38. Non aspiciam hominē vltra & habitatorem quietis. & inde

חֲדָל Quies.

חֲדָל Chadal. pro q̄ beatus Hieronymus transtulit nouissimum .i. despectum vel derelictum. Esa. 53. Despectum & nouissimum virorum.

חֲדָל Nouissim⁹

חָדֶק Spina. Paliurus

חָדֶק Chadech. spine genus. vt Prouer. 15. Iter pigrorū q̄si sepes spinarum. In alio vero loco beat⁹ Hieronymus transtulit. Paliurum. Mich. 7. Qui optimus in eis est quasi paliurus.

חֶדֶר Cubiculū.

חֶדֶר Chéder. cubiculum siue locus interior: aut penetrale. Exo. 8. Et ingredientur domū tuā & in cubiculum lectuli tui. 3. Reg. 20. Ingressus est ciuitatem in cubiculū q̄d erat intra cubiculum. & in eodem. 22. Quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum vt abscondaris Canti. 3. Et in cubiculum genitricis mee. & aliquādo scribitur cum he in fine. vt Geñ. 43. Et introiēs cubiculum fleuit. Iudi. 15. Cū cubiculū eius solito vellet intrare. & in plurali

חַדָרִים Cubicula. Cellaria.

חֲדָרִים Chedre. i. cubicula vel cellaria. Esa. 26. Vade populo me⁹ intra in cubicula tua. Prouer. 24. In doctrina replebuntur cellaria. Ponitur etiā pro partibus interioribus vel pro penetralibus. vt Deut. 32. Et intus pauor. pro q̄ hebrei legunt. Et de interioribus pauor. s. erit. Iob. 9. Et interiora austri. & dicūt aliqui q̄ sunt stelle in parte meridionali iuxta polum antarcticum. & quia non videntur ab hominibus existentibus in parte septentrionali dicuntur interiora austri. & in eodem. 37. Ab interioribus egredietur tempestas. Prouer. 7. Penetrantes interiora mortis. & in eodem. 18. Et ipsa perueniunt vsq; ad interiora mortis. Poni

Interiora.

tur etiam pro abscondito. vt Ezech. 8. Et vnusquisq; in abscondito cubilis sui. & inde verbum. חֲדֶרֶת Chodereth. id est in cubiculum vel in absconditum ingredi faciēs. s. propter timorem vel terrorē. Pro quo beatus Hieronymus transtulit obstupescere faciet. vt Ezech. 21. Hic est gladius occisionis magne qui obstupescere eos faciet.

Abscōditū חֲדֶרֶת Obstupescere faciēs

חָדַשׁ Innouare Renouare Instaurare Nouus Nouum.

חָדַשׁ Chadas. innouare. renouare. instaurare. 1. Reg. 11. Et innouemus ibi regnū. Ps. 50. Et spm̄ rectū innoua in visceribus meis. Ps. 103. Et renouabis faciem terre. Iob. 10. Instauras testes tuos contra me. Esa. 61. Et instaurabunt ciuitates desertas. & inde חָדָשָׁה Chadasa. siue חֲדַשָּׁה Chadasa. id est nouus: noua: nouum. vt Exo. 1. Surrexit iterea rex nouus super egyptū. Leuit. 23. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño. & in eo. 26. Et vetera nouis supuenientib⁹ proiicietis. Deut. 20. Quis est hō qui edificauit domū nouā. & in eodē 24. Cū acceperit hō nuper vxorē. pro quo he. le. Cum acceperit hō vxorē nouā. 2. Reg. 21. Et accinctus erat ense nouo & in hebreo non habetur ense: sed subintelligitur. Eccl̄s. 1. Nihil nouū sub sole. & in plurali חֲדָשִׁים Chadasim. i. noui siue noua. Deut. 32. Noui recentesq; venerunt. Iudi. 5. Noua bella elegit deus. Canti. 7. Noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Threñ. 3. Noui diluculo mlta est fides tua. & inde

חֹדֶשׁ Mensis

חֹדֶשׁ Chódes. i. mensis. & dicitur sic propter nouā lunam que fit in principio cuiuslibet mēsis apud hebreos: quia hebrei cōputant annum per menses lunares. Geñ. 8. Requieuitq; arca mense septimo decima septima die mēsis super montes armenie. Exo. 12. Mensis iste vobis principiū mēsium. Leuit. 16. Mense aūt septimo decima die mensis. Nu. 11. Sed vsq; ad mensem dierū. Esa. 66. Et erit mensis ex mēse. Osee. 5. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. & in plurali

חֳדָשִׁים Menses.

חֳדָשִׁים Chodasim. i. menses. Geñ. 38. Post tres menses nunciauerunt iude. Iob. 14. Numerus mensiū eius apud te est. Esa. 47. Et supputabāt menses. Accipitur etiā

חֹדֶשׁ Kalende

חֹדֶשׁ Chódes. pro prima die mensis. i. pro calendis. 1. Reg. 20. Ecce calende sunt crastino. & in eo. Cras calēde sunt. & in eodē. Et venerunt calende. 4. Reg. 4. Hodie nō sunt calende. Ezech. 45. In solēnitatibus & in calēdis. vbi pōitur

חֳדָשִׁים Nouum. Debitor. Cōdēnare. Circūdare. Gyrus. Cardo Circinus

חֳדָשִׁים Chodasim in plurali. Et in eo. 46. Et adorabit populus terre ad ostiū porte illius in sabbatis & in calendis coram dño. Ponitur ēt in nostra translatiōe pro menstruo: eo qd̄ accidit mulieribus in quolibet mense. Hiere. 2. In menstruis eius inueniēt eam. Sed etiā in hoc loco hebrei legūt. In mense suo inuenient eam.

חֹדֶת Nouum.

חֹדֶת Chadath. in lingua chaldaica significat innouare siue nouum. Esdre. 6. Et ordines de lignis nouis.

חוֹב Debitor. Cōdēnare.

חוֹב Chob. Debitum siue debitor. vt Ezech. 18. Pignus debitori reddiderit. & inde verbū. חִיֵּב Chiieb. i. cōdēnare. Dañ. 1. Condemnabitis caput meū regi.

חוּג Circūdare. Gyrus. Cardo Circinus

חוּג Chog. circūdare. gyrare. vt Iob. 26. Terminū circundedit aquis. & inde חוּג Chug. i. circulus. gyrus. circinus. Prouer. 8. Quādo certa lege & gyro vallabat abyssos. Esa. 40. Et sedet super gyrū terre. Ponitur etiam pro cardine. vt Iob. 22. Et circa cardines celi perambulat. & aliqñ addit̄ mem in principio: & dicitur מְחוּגָה Mechuga. pro q̄ beatus Hieronym⁹ trāstulit circinū. vt Esa. 44. Et in circino tornabit illud.

חוד Problema Proponere

חוד Chud. enigma vel problema proponere. vl̄ si latine posset dici enigmatizare vel problematizare. Iudi. 18. Proponam vobis problema. & in eo. Propone problema tuum Ezech. 17. Fili hominis propone enigma. & inde חִידָה Chida. i. problema vel enigma. vt in locis predictis. & in plurali חִידוֹת Chidoth. Nu. 12. Palā & nō per enigmata deum videt. 3. Reg. 10. Venit tentare eū in enigmatibus. Prouer. 1.

Enigma

Verba ſapientum & enigmata eorum. Abach. 2. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument & loquelam enigmatū eius. & inde אֲחִידָן Achidan: q̄d in lingua chaldaica ſignificat ſecreta enigmata. Dañ. 5. Interp̄tatio ſomniorum & oſtenſio ſecretorum.

חָוָה Ostendere — Chaua. annunciare. oſtendere. indicare. Iob. 15. Oſtēdam tibi audi me. & in eodem. 32. Oſtendā vobis etiā ego meā ſapientiā. & in eo. Et oſtendā ſcientiā meā. & in eo dē. 36. Suſtine me paululū & indicabo tibi. & in lingua chaldaica ſcribitur aliq̄n̄ cum aleph in fine loco he. Dañ. 2. Et interp̄tationē eius indicabimus. & inde אַחֲוָה Achaua: p̄ additionem aleph in principio. i. indicatio ſiue annunciatio. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit enigmata. Iob. 13. Et enigmata mea percipite auriḇ veſtris. Pro quo hebrei legunt. Et annunciationem meā vel indicationem meam in auribus veſtris. ſ. percipite. Inde חַוֹת Chauoth. i. oppida aut ville ſiue vici. Nu. 32. Et occupauit vicos eius. & in eodem. Quos appellauit auothiair. i. villas iair.

Indicare

צַחֲוָה Enigmata

חַוֹת Vici. Ville.

חוֹז מָחוֹז Portus. — Choz. prouincia. regio. portus. & additur mem in principio. & dicitur מָחוֹז Machoz. Ps. 106. Et deduxit eos in portū voluntatis eorū. & ſolū inuenitur in p̄dicto loco.

חָוָח Abdita — Chauach. locus abditus ſubterraneus. & ſolum inuenitur in numero plurali. 1. Reg. 13. Et abſconderunt ſe in ſpeluncis & in abditis. Item חוֹחַ Choach. i. ſpina. De quo vide ſupra in dictione חַח Chach.

חוּט Filum Funicul⁹. Vitta. — Chut. filū. funiculus. Geñ. 14. A filo ſubtegminis vſq̄ ad corrigiam calige non accipiam. Eccl's. 4. Et funicullus triplex difficile rumpitur. Ponitur etiā pro vitta. Cāti. 4. Sicut vitta coccinea labia tua. Item חוּט Chut in lingua chaldaica ſignificat parietes componere vel inuicem coniungere ſicut vnus pannus cum alio coniungitur filo. Eſdre. 4. Et parietes componentes. & inde in lingua chaldaica ſarcinator dicitur חַיָּט Chaiat.

Parietes cōponere

חוּל Contremiſcere. Infirmari Dolere. obſtetricari Parturire obſtetricari Dolere. Parere Dolere. — Chul. dolere. parturire. cruciari. contremiſcere. obſtetricare. Infirmare ſiue infirmatum eſſe. vulnerare. Expectare. cōquieſcere. reſidere. morari. venire. formare. creare. tripudiare ſiue choros ducere. & aliq̄n̄ ſcribitur ſine vau in medio. & q̄n̄q̄ mutat vau in iod. ſ. q̄n̄ eſt verbū tertie cōiugationis. Q̄n̄q̄ etiam ſcribitur cū duplici lamed in fine. ſcilicet q̄n̄ eſt verbū quarte cōiugationis: vt patebit in locis ſequentibus. Deut. 2. Et in morē parturientiū cōtremiſcāt. Iob. 9. Cūctis diebus ſuis impius ſuperbit. pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus ſuis impi⁹ dolet ſiue infirmatur aut cruciatur. & in eo. 26. Ecce gigantes gemūt ſub aquis. i. dolent vel cruciantur. Ponitur etiā in eodem pro obſtetricare vbi dicitur. Obſtetricāte manu ei⁹ eductus eſt coluber tortuoſus. & in eo. 39. Parturientes ceruas obſeruaſti. Ps. 9. In quinate ſunt vie illius in omni tempore. Pro quo btūs Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicā veritatē tranſtulit. Parturiunt vie eius in oñi tp̄e. i. doloribus vel cruciatibus plene ſunt. Ps. 29. Vox dñi preparantis ceruas. pro quo beat⁹ Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Vox dñi obſtetricans ceruas. Eſa. 13. Quaſi parturientes dolebunt. & in eo. 23. Non parturiui & non peperi. & in eo. Dolebūt cum audierint de tyro. & in eo. 26. Dolens clamat in doloribus ſuis. & in eo. Et quaſi parturiuim⁹. & in eo. 45. Et matri quid parturis. & in eo. 51. Et ad ſaram que peperit vos. i. dolores p̄artus ſuſtinuit. & in eo. 54. Hinni que non pariebas. & in eo. 66. Anteq̄ parturiret peperit. & in eo. Nūquid parturiet terra in die vna. & in eo. Quia parturiuit & peperit ſion filios ſuos. Hiere. 4. Vocem em̄ quaſi parturientis audiui. & in eo. Vētrē meū doleo. & in eo. 5. Percuſſiſti eos & non doluerunt. & in eodē. Et a facie mea non dolebitis. Ezech. 30. Quaſi parturiens dolebit. Mich. 4. Dole & ſatage filia ſion. Ponitur etiam pro cruciari. vt Ioel'. 2. A facie eius cruciabuntur populi. Item ponitur pro cōmouere ſiue contremiſcere vel cōturbare. Ps. 28. Vox dñi cōcutientis deſertū: & cōmouebit dñs deſertum cades. Sed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit. Vox dñi parturire faciens deſertum: parturire faciens dñs deſertum cades. Poteſt etiam legi ſic. Vox dñi cōtremiſcere faciens deſertū: cō tremiſcere faciens dñs deſertum cades. Ps. 96. Vidit & commota eſt terra. Sed btūs Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit. vidit & cōtremuit terra. Ps. 113. A facie dñi mota eſt terra. Et etiā in hoc loco beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. A facie dñi contremiſcit terra. Hiere. 51. Cōmouebitur terra & conturbabitur. Item ponitur pro infirmari. vt Mich. 1. Quia infirmata eſt in bonum Eccl's. 5. Eſt & alia infirmitas peſſima. De quo vide infra in dictione חָלָה Chala. Ponitur etiā pro vulnerare. 1. Reg. 21. Et vulneratus eſt vehementer a ſagittariis. Eſa. 51. Vulnerati draconem. & in eo. 53. Ipſe aūt vulnerat⁹ eſt propter iniquitates nr̄as. Inde חִיל Chil. i. dolor. Ps. 47. Ibi dolor vt parturientis. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur חִילָה Chila. i. dolor. vt Iob. 6. Et affligens me dolore. & aliquando duplicatur lr̄a Cheth & lr̄a Lamed & dicitur חַלְחַל Chal chal. i. doluit ſiue conſternatus eſt dolore. vt Eſter. 4. Q̄d audiens cōſternata eſt. & inde חַלְחָלָה Chalchala. i. dolor. angustia. ut Eſa. 21. Propterea impleti ſunt lumbi mei dolore. Ezech. 30. Et erit pauor in ethiopia. & in eo. Et erit pauor in eis. vbi ponitur pro pauore. Ponitur etiā pro defectione. Naum. 2. Et defectio in cunctis renibus. Sed in predictis locis hebrei interpretantur dolorem. Ponitur etiam predicta dictio חול Chul. pro diſſipare. Prouer. 25. Ventꝰ aquilo diſſipat pluuias. vide etiā infra in dictione חָלַל Chalal. & in dictione חָלָה Chala. Significat etiā expectare vel preſtolari. vt Geñ. 8. Expectatis aūt vltra ſeptem diebus. Iudi. 3. Expectantes diu donec erubeſcerēt. Iob. 35. Iudicare coram illo & expecta eum. Ps. 36. Subditus eſto dño & ora eum. pro q̄ beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit. Tace dño & expecta eum. Threñ. 3. Bonū eſt preſtolari cū ſilētio ſalutare dñi. Vide etiā de hoc infra in dictione יָחַל Iachal. Ponitur etiā pro permanere. Iob. 20. Et propterea nihil permanebit de bonis eius. Item ſignificat conquieſcere ſiue morari aut venire vel reſidere. vt. 2. Reg. 3. Et veniat ſuper caput Ioab. Hiere. 23. Et tempeſtas erūpens ſuper capita impiorum veniet. vbi etiā ponitur pro erumpēs. & in eodem. 30. In capite impiorum cōquieſcet. Oſee. 8. Et quieſcent pauliſper ab onere regis & principum. Ponitur etiā in noſtra tranſlatione pro incipere. vt Threñ. 4. Et non ceperunt in ea manus. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. & non metate ſunt ſiue non quieuerūt aut non morate ſūt in ea manus vel loca: quia in momento & abſq̄ mora ſubuerſa fuit ſodoma. Oſee. 11. Cepit gladius in ciuitatibus ei⁹ vbi etiā hebrei legunt. Reſedit ſiue moratus eſt aut quieuit gladius in ciuitatibus eius. Significat etiam creare vel formare. vt Deut. 32. Et oblitus es dei creatoris tui. Ps. 89. Et formaretur terra & orbis. Prouer. 8. Ante oñes colles ego parturiabar. Pro quo hebrei legunt. Ante oēs colles formata vel creata ſum. Pōt etiā ſignificare ſicut eſt in littera nr̄a: vt ſupra dictum eſt. Ponitur etiā pro cōcipere. Ps. 50. Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus ſum. Prouer. 8. Adhuc non erant abyſſi & ego concepta eram. Ponitur etiam pro determinare. vt Prouer. 26. Iudicium determinat cauſas. Sed ēt in hoc loco hebrei dicūt q̄ ſignificat formare vel creare. & legunt ſic. Magnus ſiue princeps creat vel format oīa: aut

Cruciari. Cōmouere Infirmari Vulnerare חִיל Dolor. חִילָה Dolor. חַלְחַל Cōſternari חַלְחָלָה Dolor. Pauor Defectio חול Diſſipare. Expectare. preſtolari. permanere. Venire. Cōgescere. Incipere. Reſidere Creare. Formare Cōcipere determinare.

Universidad de Deusto Biblioteca

חול Ducere choros.

מָחוֹל Chorus

מְחוֹלוֹת

חול Chori

חול Arena.

חול Palma

חול Profanū.

חום Fuluum.

חום Niger.

חום Calor.

חום Parcere

חום Miſereri ſ flecti.

חוף Portus

חוץ


חֲמֵשׁ Chames.quinq̄.vt Esa . 43 . Ita vt quinq̄ partibus excederet. Et in eodē. 45. Adhuc enim quinq̄ anni residui sunt. 1. Reg. 25. Et quīq̄ arietes coctos. Esa. 19. Erūt quinq̄ ciuitates in terra egypti. Et in genere masculīo scri bitur cū he in fine & dicitur חֲמִשָּׁה Chamissa . contra mo rem aliorū nominū. Geñ. 14. Quattuor reges contra quin q̄. Et in eo. 47. Extremos quoq̄ fratrum suorū quinq̄ vi ros constituit. Et similiter alia nomina numeralia a tribus vsq̄ ad decem seruant predictū ordinem: q̄ in genere ma sculino assumunt he in fine. vt infra in suis locis dicetur. in de verbum חֲמֵשׁ Chimes.i.quintam partem tulit. Siue quī tam partem imposuit. ac sī diceremus quintauit : sicut a de cem dicitur decimauit. vt Geñ. 41. Et quintā partē fructuū cōgreget in horrea. Pro quo he.le. Et quintet terrā egypti. Et est sensus sicut in lr̄a nr̄a. Inde חֲמִישִׁי Chamisi .i. quītus. vt Geñ. 1. Et factū est vespere & mane dies quintus . & inde חֹמֶשׁ Chómes siue חֲמִישִׁית Chamisith.i.quinta .s. pars . vt Geñ. 47. Quintam partem regi dabitis. Et in eo . In vni uersa terra egypti regibus quinta pars soluitur. Leuit. 5. & quintā partē ponet. Et in eo. Et quintā desuper partē dño cui damnū intulerat. Nu. 5. Quintāq̄ desuper ei in quem peccauerit . Accipitur etiam חֲמִישִׁית Chamisith p quīquā gulato.i.pro re quinq̄ angulorū. 3. Reg. 6. Postesq̄ angu lorū quinq̄.i.quin quāgulati. Sicut in eo. dicitur quadran gulati. Et inde חֲמִשִּׁים Chamisim. ideſt quīquaginta. Geñ. 18. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate . Et inde quin quagenarius dicitur שַׂר חֲמִשִּׁים Sar chamisim . ideſt prin ceps quinquaginta. vt Exo. 18. Et cōstitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos . Pro quo in hebreo legitur. Principes milliū & principes cētum & prī cipes quinquaginta & principes decem : scilicet virorum. Et inde חֹמֶשׁ Chómes. Pro quo beatus hieronymus tran stulit inguen. 2. Reg. 2. Percussīt ergo eum abner auersa ha sta in inguine. Et in eo. 3. Et percussīt eum ibi in inguine & mortuus est. Et in eo. 4 . Et percusserunt eum in ingui ne. Et vt dicit nicolaus de lyra est locus in corpore humano post quintam costam vbi pendent membra vitalia. Et quia arma bellica sunt fabricata cum costis & iuncturis ferreis ad similitudinem humani corporis & protegunt hominē vsq̄ post inguen: inde dicitur חֲמֻשִׁים Chamusim .i .arma ti. vel quia homines armati procedebant ordinatim quin queni ad bellum. Exo. 13. Et armati ascenderunt filii israel de terra egypti. Et Ios. 1. Vos aūt trāsite armati añ frēs uōs.

חֲמֵשׁ Quinq̄.

חָמֵשׁ Quintare. Quintam partem tol lere.

חֲמִישִׁי Quintus.

חֹמֶשׁ quinta pa

חֲמִישִׁית Quinquā gulati.

חֲמִשִּׁים Quinqua ginta.

Quinqua genarii.

חֹמֶשׁ Inguen.

חֲמֻשִׁים Armati.

חֲמַת Chemath. siue חֵמֶת Chémeth. Lagena . hydria . vter. Geñ. 21. Et tollēs panem & vtrem aque imposuit sca pule eius. & in eo. Cūq̄ cōsumpta eēt aqua in vtre. Osee. 7 Ceperūt prīcipes furere a vino. Pro q̄ he.le. Ceperūt prīci pes lagenā siue vtrē vini: vel de vino. pōt ēt signāre irā si ue furorē sicut est in lr̄a nr̄a. vt Iob. 21. Et de furore oīpotē tis bibet. De quo vide infra in dictiōe יָחָם Iacham . Poni tur ēt pro felle. Deut. 32. fel draconū vinū eorū. Abach . 2. Ve qui potū dat amico suo mittēs fel suū. Sed ēt in predicto loco hebrei dicūt q̄d signāt hydriam siue vtrem.

חֲמַת Vter

Lagena.

חֵמָה Furor.

חֵמָת Fel.

חֵן Chen. Gratia. De quo vide in dictione sequenti.

חָנַן Chanan. misereri. gratificari. donare.s.per gratiā .de p cari. orare. Geñ. 43. Deus inquit misereatur tui fili mi .

חָנַן Misereri.

Exo.33.Et miſerebor cui voluero. Pro quo in hebreo habetur. Et miſerebor cui miſerebor: ſiue cui miſertus ſum. Vnde in epiſtola beati pauli ad Romanos.cap. 9. Sic habetur. Moyſi enim dicit miſerebor cui miſertus ſum. & ſcribitur in predictis locis p ſimplicē nun: ſicut & in aliqbus aliis ſequētibus. Iudi.21. Miſeremini eorū. Iob.19. miſeremini mei miſeremī mei ſaltē vos amici mei. Ps.6. Miſerere mei de? qm̄ infirm? ſum. Ps.25. Audiuit dn̄s & miſertus ē mei. Ps.30. miſerere mei dn̄e qm̄ tribulor. p̄s.36. Iuſtus aūt miſeretur & tribuit. Ps.66. Deus miſereatur nr̄i. Ps.76. Aut obliuiſcetur miſereri deus. Ps.101. Quia tempus miſerendi eius. Prouer.14. Qui aūt miſeretur pauperi beatus. Et in eo.19. Feneratur aūt dn̄o qui miſeretur paupis. Eſa.26. Miſereatur impio & nō diſcet iuſtitiā. Et in eo.30. Propterea expectat dn̄s vt miſereatur tui. Et in eo. Miſerans miſerebitur tui. Et in eo.33. Dn̄e miſerere mei. Amos.5. Si forte miſereatur dn̄s deus exercituū. Malach.1. Et nunc deprecamini vultum dei vt miſereatur noſtri. Sign̄at ēt donare vt Geñ.33. Quos donauit deus ſeruo tuo. Et in eo. Et quā donauit mihi deus tribuens oīa. Ps.118. Et de lege tua miſerere mei. Pro quo btūs hieronymus ī pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Et legem tuā dona mihi. Et quādo eſt verbū quarte coniugationis tunc ſign̄at deprecari ſiue orare. aut quaſi per gratiā vel miſericordiam petere. vt Geñ.42. Cū q̄ deprecaretur nos. Deut.3. Deprecatuſq̄ ſum dn̄m. Iob.19. Ore proprio deprecabar illū. Et in eo. Et orabam filios vteri mei. Et qa ille qui orat vl' deprecatur ſubmiſſe loq̄tur: ideo ponitur in nr̄a tranſlatione p ſubmiſſe loqui. Prouer.26. Quādo ſubmiſerit vocem ſuā nec crederis ei. Itē ponitur p ingemiſcere. vt Hiere.23. Quomodo cōgemuiſti cū veniſſent tibi dolores. Sed etiā in predicto loco hebrei legunt. Quō deprecata es cū veniſſent tibi dolores. vl' ſic. Quā gratiā ſiue quā miſericordiā habuiſti cū veniſſent tibi dolores. Inde חֵן Chen. i. gr̄a Geñ.18. Si iueni gratiā in oculis tuis ne tranſeas ſeruū tuum. Et in eo.39. Et dedit ei gratiā in conſpectu principis carceris. Exo.3. Daboq̄ gratiam populo huic. Et in eo.12. Dn̄s autem dedit gratiā populo corā egyptiis. Et aliqn̄ ſcribitur cū littera iod ī medio & dr̄ חִין Chin. De quo ſupra dictū eſt in ſuo loco. & inde חֲנִינָה Chanina. i. miſericordia ſiue gratia. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit requiē. Hiere.16. Qui nō dabūt vobis requiē. & inde תְּחִנָּה Thechina. i. clementia. mia. gratia. deprecatio ſiue obſecratio. aut preces. vt Ioſ.11. Et non merentur vllam clementiam. 3.Reg.8. Reſpice ad orationē ſerui tui et ad preces eius. Et in eodem. Et exaudies in celo orationes eorum & preces eorum. Et in eodem. Sint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui & populi tui. Hiere. 38. Proſtrabam ego preces meas coram Rege. Declinatur etiam pluraliter תַּחֲנוּנִים Thachanunim ſiue תַּחֲנוּנֵי Thachanune. ſecundum formam nominum maſculinorum. vt Ps.27. Quoniam exaudiuit vocē deprecationis mee. Ps. 129. Fiant aures tue intendentes in vocē deprecatiōis mee. Prouer.18. Cum obſecrationibus loquitur pauper. Hiere. 31. Et in miſericordia reducam eos. Zach.12. Spiritum gratie & precum. Reperitur etiam תַּחֲנוּנוֹת Thachanunoth. ſecundū formā noīum femininorū. vt Ps.85. Et intende voci deprecationis mee. Inde חִנָּם Chinam. i. gratis ſiue gratuito aut fruſtra: ſupuacue. Geñ.29. Nun quia frater meus es gratis ſeruies mihi. Exo.21. Egredietur gratis abſq̄ pecunia. Nu.11. Recordamur piſciū quos comedebamus in egypto gratis. Ps.34. Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui. Et in eo. Superuacue exprobrauerūt animam meam. Prouer.i. Fruſtra ei iacitur rete ante oculos pēnatorū. Malach.1. Et nō incēdat altare meum gratuito.

Donare.
Deprecari Orare.
Submiſſe loqui. Ingemiſcere.
חֵן Gratia.
חֲנִינָה Requies.
תְּחִנָּה Clemētia. Preces.
deprecatio
תַּחֲנוּנִים
deprecatio
Obſecrationes. Mia. Preces.
תַּחֲנוּנוֹת
חִנָּם Gratis.
Supuacue
Fruſtra.

Gratuito. חִנָּם

חָנָה Chana. caſtrametari. caſtra ponere. manere. expugnare. obſidere. circūdare. ſcilicet caſtris obſidentiū. Exo. 13. Caſtrametati ſunt in etham. Et in eo.14. Reuerſi caſtra metentur e regione phiairoth. Et in eo. in conſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. Et in eo.15. Et caſtrametati ſūt iuxta aquas. Et in eo. 9. Caſtrametati ſunt in eodem loco. Et in eo. Ibiq̄ iſrael fixit tentoria. Pro quo hebrei legunt. Et manſit ibi iſrael. Iudi.11. Et caſtrametatus eſt trans Arnon. Et in eo.19. Mane apud me etiam hodie. Pro quo hebrei. Manete obſecro: ecce dies manendi vel quieſcēdi. ſ. eſt. eo quod iam tendebat ad occaſum. vt ſupra in eodem dicitur. 1.Reg.4. Et caſtrametatus eſt iuxta lapidem adiutorii. Et in eo. Porro philiſtiim venerūt in aphec. Pro quo hebrei. Et philiſtiim manſerūt ſiue caſtrametati ſunt in aphec. Et in eo.13. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in machmas. Et in eo.17. Caſtrametati ſunt inter ſochoth & azecha. Ponitur etiam pro obſidere vel expugnare aut circūdare. ſ. caſtris obſidentium. 2.Reg.12. Et obſide ciuitatem & cape eā 3.Reg.16. Porro exercitus obſidebat gebbeton. 2. Paralip. 32. Et obſedit ciuitates munitas volens eas capere. Ps.26. Si conſiſtant aduerſum me caſtra. ideſt ſi obſederint vel caſtrametati fuerint aduerſum me Eſa.29. Ve ariel ariel ciuitas quā expugnauit dauid. & poteſt etiā legi. Ciuitas in qua manſit vel in qua habitauit dauid. Et in eodē. Et circundabo te quaſi ſpheram Zach.8. Et circundabo domum meam ex iis que militant mihi. Et inde תַּחֲנוֹת Thachanoth. ideſt manſio ſiue caſtrametatio. 4.Reg.6. In loco illo & illo ponamus inſidias. Pro quo hebrei legunt. In loco illo & illo manſio mea: ſcilicet erit ad inſidiandum. Et inde מַחֲנֶה Machane. ideſt caſtrametatio. Siue caſtra. aut turma. circunuallatio. Et eſt vtriuſq̄ generis tam in ſingulari quā in plurali. vt Geñ.32. Caſtra dei ſunt hec. Et in eodem. Si venerit eſau ad vnam turmam & percuſſerit eam: alia turma que reliqua eſt ſaluabitur. Et in eodem. Ipſe vero manſit nocte illa in caſtris. Nu.2. In caſtris filiorum ruben ad meridianam plagam. Deut.23. Dominus enim deus tuus ambulat in medio caſtrorum tuorum. Et in plurali מַחֲנִים Machanim: ſiue מַחֲנַיִם Machanaim ſecundum formam maſculinorum: aut מַחֲנוֹת Machanoth ſecundum formam femininorum. ideſt turme. caſtra. agmina. vt Geñ.32. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim. ideſt caſtra. Et in eodem. Et diuiſit populum in duas turmas. Et in eodem. Et nunc cum duabus turmis regredior. Nu.10. Quando mouenda ſunt caſtra. Et in eodem.15. Vrbes quales: murate an abſq̄ muris. pro quo hebrei legunt. Vrbes quales in quibus habitant: ſi in caſtris an in munitionibus. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 1.Reg.17. Congregantes autem philiſtiim agmina ſua. Et in eodem. 29. Congregata ſunt ergo philiſtiim vniuerſa agmina. Canti.6. Quid videbitis in ſunamite niſi choros caſtrorū. Et inde חֲנִיוֹת Chanioth. ideſt māſiones parue. ſiue habitacula ad pernoctandum ſecundum hebreos. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit ergaſtulum. Hiere.37. Itaq̄ ingreſſus eſt Hieremias in domū laci. & in ergaſtulum. Et inde חֲנִית Chanith. ideſt lancea ſiue haſta. vt. 1.Reg.17. Haſtile autem haſte eius erat quaſi liciatorium texentium. Et in eodem. Ipſum autem ferrum haſte eius. Et in eodem.18. Tenebat autem ſaul lanceam. Et in eodem.19. Niſuſq̄ eſt ſaul configere dauid lancea. 1. Reg. 22. Haſtam manu tenens. Et in eodem. 26. Ecce haſta regis. 2. Reg. 25. Ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam. Et in plurali. חֲנִיתִים Chanithim ſecundum formam maſculinorum: ſiue חֲנִיתוֹת Chanithoth

caſtrametari. caſtra ponere. Manere. Obſidere. Expugnare circundare. חַחֲנוֹת caſtrametatio. מַחֲנֶה מַחֲנִים מַחֲנוֹת Caſtra. Turme. Agmina. חֲנִיוֹת Ergaſtulū חֲנִית Haſta. Lancea. חֲנִיתִים חֲנִיתוֹת

Universidad de Deusto Biblioteca

secundum formam femininorum. vt. 2. Paralipo. 23. Dedit q̄ ioiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosq̄. Esa. 2. Et lanceas suas in falces.

Lancee.

חָנַט Chanat. condire. s. aromatibus: sicut in corporibus mortuorū fieri solet vt seruentur a putrefactione. producere. proferre. vt Geñ. 50. Precepitq̄ seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem suum. Et in eo. Quibus iussa complentibus. Pro quo hebrei legunt. Et condierunt medici israelem. Et in eodem. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Et in eo. Et conditus aromatibus repositus est in loculo. Itē חָנַט Chanat. i. producere. proferre. s. quando arbor profert primos fructus: vel qñ ficus profert grossos suos. Cant. 2. Ficus protulit grossos suos. Et inde dicunt aliqui q̄ deriuatur חִטָּה Chita. i. triticum vel frumētum: eo qđ in lingua chaldaica dicitur חִנְטִין Chintin. vt Esdre. 6. Frumentum sal vinum & oleum. Et de hoc vide supra in dictione חִטָּה Chita.

Condire.
חָנַט
Proferre.
חִטָּה
Triticum.
חִנְטִין
Frumētū.

חָנַךְ Chanach. Initiare. dedicare. erudire. ībuere. s. primis rudimentis. Deut. 20. Quis est homo qui edificauit domum & non dedicauit eam. Et in eo. Et alius dedicet eā. 3. Reg. 8. Dedicauerunt templū dñi rex & filii israel. Inde חֲנוּכָּה Chanucha. i. dedicatio. vt Nu. 7. Hec in dedicatione altaris oblata sunt. Et in titulo. p̄s. 30. Psalmus cantici in dedicatione domus. Item חָנַךְ Chanach. erudire. siue imbuere. scilicet primis elementis vel a primis moribus. vt Prouer. 22. Prouerbium est: adolescens iuxta viā suā: etiam si senuerit nō recedet ab ea. pro quo hebrei legunt. Erudi siue imbue adolescentem iuxta viam suam: etiam si senuerit non recedet ab ea. Et inde חֲנִיכִים Chanichim. idest eruditi siue imbuti legibus domus. Pro quo beatus Hieronymus transtulit expeditos. vt Geñ. 14. Numerauit expeditos vernaculos suos.

חָנַךְ
Dedicare.
חֲנוּכָּה
Dedicatio
חָנַךְ
Erudire.
Imbuere.
חֲנִיכִים
Expediti.

חִנָּם Chinam. Gratis siue gratuito. superuacue. frustra. De quo vide supra in dictione חָנָן Chanan.

חִנָּם
Gratis.

חֲנַמְל Chanamal. pruina. Ps. 77. Et moros eorū in pruina sed btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit frigus. Hebrei tamen dicunt q̄ significat speciē grādinis. Et solum inuenitur in predicto loco.

חֲנַמְל
Pruina

חָנַף Chanaph. polluere. maculare. simlare. hypocritā esse. seducere. Accipere personam. Nu. 35. Ne polluatis terram habitationis vestre. Et in eo. Que īsontium cruore maculatur. Ps. 105. Et interfecta est terra in sanguinibus. p̄ quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Et polluta est terra in sanguinibus. Et ēt in trāslatione nra fortasse debet legi infecta p̄ interfecta. Esa. 24. Et terra interfecta ē ab hītatoribus suis. vbi sil'r p̄ interfecta debet legi infecta. i. polluta siue vitiata aut cōtaminata. Hiere. 3. Nunqd nō polluta & cōtaminata erit terra illa. & in eo. Et polluisti terrā in fornicatiōibus tuis. Et in eo. 23. Propheta nāq̄ & sacerdos polluti sunt. Dañ. 11. & ipii in testm̄ simulabūt fraudulēter. & inde חֲנוּפָה Chanupha. i. pollutio vel cōtamiatio Hiere. 23. A pphetis hil'm egressa est pollutio sup oēm terrā. Et inde חָנֵף Chaneph. i. hypocrita. simulator. fallax. vt Iob. 8. Spes hypocrite peribit. & in eo. 13. Non eī veniet in cōspectu eius oīs hypocrita. Et in eo. 15. Cōgregatio eī hypocrite sterilis. Et in eo. 20. & gaudiū hypocrite ad instar pūcti. Et in eo. 34. qui regnare facit hoiem hypocritam pp pctā populi. Et in eo. 36. Simulatores & callidi p̄uocāt iram dei. Ps. 34. tētauerūt me subsānauerūt me. Pro q̄ btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. In simulatione verborū fictorū. & in he. legitur in pl'i. s. in simulatoriḃ vl' simulatiōibus. Esa. 9. Quia oīs hypocrita est & nequā. Et in eo. 10. Ad gentē fallacē mittā eum. Et in eo. 33. Possedit timor hypocritas. Et inde חֹנֶף Chóneph. i. hypocrisis vel simulatio. vt Esa. 32. Vt perficiat simulationem.

Polluere.
Maculare
simulare.
חֲנוּפָה
Pollutio.
חָנֵף
Hypocrita
simulator.
Fallax.
חֹנֶף
simulatio.

חָנַק Chanac. strangulare. necare. laqueo suffocare. 2. Reg. 17. Disposita domo sua suspēdio īteriit. i. laqueo se suffocauit. Iob. 7. Quam ob rem elegit suspendium anima mea. Naum. 2. Et necauit leonibus suis.

חָנַק
laqueo suffocare vel suspendere
Necare.

חֶסֶד Chesed. misericordia. beneficiū. gratia. Geñ. 21. Hāc mīam facies mecū. & in eo. Iuxta mīam quā feci tibi facies mihi. Et in eo. 47. Et facies mihi mīam & veritatē. Exo. 15. Dux fuisti in misericordia populo quē redemisti. Et in eo. 34. Faciens misericordiā in millia. Deut. 7. Custodiens pactū & mīam. 2. Reg. 16. Hec est inquit gratia tua ad amicū tuum. Iob. 6. Qui tollit ab amico mīam. Ps. 25. qm̄ mīa tua ante oculos meos est. Ps. 88. Misericordias dñi in eternū cantabo. & in eo. qm̄ dixisti in eternū mīa edificabitur. Prouer. 3. Misericordia & veritas non te deserant. Esa. 16. Et preparabitur in mīa solium. Et in eo. 57. Et viri mīe colliguntur. Ione. 2. Misericordiam suā derelinquūt. i. nō recordātur beneficiorum tanc̄p̄ ingrati. Et inde חָסִיד Chasid. i. misericors. sanctus. benignus. benefaciens. siue q̄ est in statu gratie. Ps. 4. Qm̄ mirificauit dñs sanctū suum. Ps. 11. quoniā defecit sanctus. Ps. 15. Non dabis sanctū tuū videre corruptionē. Et inde verbū חָסַד Chasad. i. sanctum vel misericordem esse. Ps. 17. Cum sancto sanctus eris. vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum. Item חֶסֶד chasad. ponitur per antiphrasin pro improperare siue insultare. vt Prouer. 25. Ne forte insultet te qui audierit. Et inde חֶסֶד Chesed. idest improperium siue nefas. vel res nefaria vt. Leuit. 20. Nefariam rem operati sunt. Item חֲסִידָה Chasida. Nomen auis est inmunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit porphyrionem. Leuit. 11. Onocrotalum & porphyrionem. Hebrei tamen dicunt q̄ signāt ciconiam.

Misericordia.
חֶסֶד
Gratia.
חָסִיד
Beneficiū.
חָסִיד
sanctus.
חָסַד
sanctū esse.
חֶסֶד
Insultare.
חֶסֶד
nefaria res
חֲסִידָה
Porphyrion.

חָסָה Chasa. confidere. fiduciam habere. sperare. protegere. Tutari. Deut. 32. Vbi sunt dii eorum: in quiḃ habebant fiduciam. Ps. 5. Et letentur omnes qui sperant in te Ps. 16. Qui saluos facis sperantes in te. Ps. 30. In te dñe speraui. Ps. 35. In tegmine alarum tuarum sperabunt. Ps. 56. Quoniam in te confidit anima mea. Et in eodem. Et ī vmbra alarum tuarum sperabo. Ps. 63. Letabitur iustus in domino: & sperabit in eo. Prouer. 14. Sperat autem iustus in morte sua. Esa. 14. Et in ipso sperabunt pauperes populi eius. Naum. 1. Et sciens sperantes in se. Soph. 3. Et sperabunt in nomine domini. Item significat protegere vel tutari. vt Iudi. 9. Venite & sub vmbra mea requiescite. i. p̄tecti & securi estote. Ps. 60. Protegar in velamento alarū tuarū. p̄s. 90. Et sub pennis eius spabis. i. p̄tegeris. & ide חַסוּת Chasuth. i. fiducia. Protectio. vt Esa. 30. Et fiducia vmbre egypti in ignominiā. Et inde מַחְסֶה Machse. i. spes. fiducia. Protectio. p̄s. 45. Deus nr̄ refugiū & virtus. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Deus nra spes & fortitudo. Ps. 61. Deus adiutor noster in eternū. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Deus spes nostra semper. p̄s. 70. Et tu adiutor fortis. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Et tu spes mea fortissime. p̄s. 90. Dicet domino susceptor meus es tu. pro quo beatus hierōymus trāstulit. Dicēs dño spes mea. Et in eo. qm̄ tu dñe spes mea. p̄s 103. Petra refugium herinaciis. i. p̄tectio siue tutamen herinaciis. Esa. 25. Spes a turbīe: vmbraculum ab estu. Et in eo. 28. quia posuimus mendacium spes nostra.

חָסָה
Confidere.
Fiduciam habere.
Sperare
Protegere
חָסוּת
Fiducia.
מַחְסֶה
spes.
Refugium

חָסַל Chasal. deuorare deuastare. Deu. 28. qm̄ locuste deuorabūt oīa. & ide חָסִיל Chasil. i. bruch9. gen9 locuste. siue rubigo a deuorādo vl' deuastādo dictū. vt Esa. 33. sic colligitur bruch9. Ioheł. 1. residuum bruchi comedet rubigo.

חָסַל
Deuorare
חָסִיל
Bruchus.

חָסַם Ligare

Chasam.claudere siue ligare.s.os.vt Deut.25.Non ligabis os bouis terentis. Ezech.39. Que obstupescere faciet pretereuntes.Pro quo hebrei legunt.Que claudere faciet pretereuntes.s.ora vel nares propter magnitudinem fetoris cadauerum mortuorum.Sicut exponunt hebrei.& inde מַחְסוֹם Machsom.i.illud quo aialiū ora claudūtur.Pro quo translatio nostra habet custodiā.vt.Ps.38.Posui ori meo custodiā.Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit silentium.

מַחְסוֹם Custodia

חֹסֶן Fortitudo

חֹסֶן Chósen.fortitudo.potentia.diuitie.opes.vt Prouer.15 Domus iusti plurima est fortitudo.Dañ.4. In robore fortitudinis mee.& aliquando scribitur cum aleph in fine. & dicitur חִיסְנָא Chisna. Dañ.2.Et regnum & fortitudinē & imperium & gloriam dedit tibi.Accipitur etiam pro diuitiis vel substantia aut opibus.Esa.33.Diuitie salutis sapiētia & scientia.Hiere.20.Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius.Ezech.22.Opes & precium acceperunt.& in de verbū.חָסַן Chasan.i.thesaurizare.reponere.Esa.23.Nō condentur nec reponētur.& inde חָסֹן Chason.i. fortis siue potēs.Esa.1.Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppe & opꝰ vrīm q̄si scintilla.pro quo hebrei le.Et erit fortis in stuppā & opus suum q̄si scintilla.Amos.2.Et fortis ipse quasi quercus.& aliqñ scribitur cum iod in secunda syllaba. & dicitur חָסִין Chasin.vt.Ps.88.Quis similis tui potens es dñe.Item חָסַן Chasan in lingua chaldaica significat obtinere vel possidere aut hereditare. Dañ.7.Et obtinebit regnum vsq; in seculum.Et in eo.Et regnū obtinebūt sancti.i. possidebūt.

חִיסְנָא Diuitie

חָסַן Substātia Opes.

חָסַן Reponere

חָסֹן Fortis Potens.

חָסִין Potens.

חָסַן Obtinere.

חֶסֶף Fictilis Testa.

חֶסֶף Chasaph siue חַסְפָּא Chaspa.in līgua chaldaica significat fictile siue testam. Dañ.2. Quedā aūt fictilis. & in eodē.Tunc contrita sunt pariter ferrum:testa.

חָסְפַּס מְחֻסְפָּס pilo cōtusus.

חָסְפַּס Chasphas. minutum siue contussum.& additur lra mem in prīcipio & dicitur מְחֻסְפָּס Mechuspas.Proq̄ btūs Hieronymꝰ transtulit.Quasi pilo contussū.Exo.16 Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo cōtussum.& solum inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui hebrei q̄ significat rotundū. In translatione chaldaica habetur quasi decorticatum.

חָסַר Minui. Deficere

חָסַר Chasar.deesse.deficere.indigere.diminui.vt Gen̄.8. Et ceperunt minui post centum quinquaginta dies. Et in eodem. At vero aque ibant & decrescebant.i. deficiebant vel minuebantur.& in eodem.18.Quod si minꝰ quinquaginta iustis quinq; fuerint.Pro quo hebrei legūt.Si forte deficiāt de quinquaginta iustis quinq;. Exo.16. Nec qui minus parauerat reperit minus.Pro quo hebrei legūt. Nec qui minus parauerat diminuit.s.mensurā gomor.& est sensus sicut in littera nostra.Deut.2.Et nihil tibi defuit.& in eodem.8.Et rerum omniū abundantia perfluerís. Pro q̄ he. le.Nihil indigebis in ea.Et in eodem.15.Et dabis mutuum quo eum indigere perspexerís. 1.Reg.21. An desūt nobis furiosi.3.Reg.17. Nec lecythꝰ olei minuetur. & in eodē. Et lecythꝰ olei non est imminutꝰ. Nec.9.Nihil eis defuit.Ps.8 Et minuisti eum paulominꝰ ab angelis.Ps.22.Et nihil mihi deerit.Prouer.10.Et virga in dorso eius qui indiget corde.& in eodem.12.Quam glorioſus & indigens pane.& in eodem.28.Dux indigens prudentia multosopprimit.& in eodem.31.Et spoliis non indigebit.Eccls.4. Et fraudo animam meam a bonis.i.diminuo bona anime mee.& in eodem.6.Et nihil deest anime sue.Canti.7. Nunq; indigens poculis. Esa.23.Et potum sitienti auferat.Pro quo hebrei legunt.Potum sitiēti diminuat siue indigere faciat. Hiere. 44.Indiguimus omnibus.& inde חֶסֶר Chaser siue חִסָּר Chéser.i.defectus.egestas.indigentia.vt Prouer. 10. Indocti autem in cordis egestate morientur..& in eodem.28.Et

חֶסֶר Egestas

ignorat q̄ egestas supueniet ei.& inde חֹסֶר Chóser.i.penuria.egestas.indigētia.defectus.Deut.28.Propter rerū oīm penuriā.Iob.30.Egestate & fame steriles.Amos.4.Et indigentiā panis in oīnibus locis vestris.& inde חֶסְרוֹן Chesron idest defectus siue diminutio.aut indigentia. Eccl's.1. Stultorum infinitus est numerus.Pro quo hebrei legunt.Et defectus nō potest numerari.Potest etiam legi sic. Et defici&s vel indigens.s.corde & intellectu non potest numerari. Et tunc erit sensus sicut in littera nostra. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.sicut in pluribus aliis locis. Et inde מַחְסוֹר Machsor.i.defectus siue indigētia.aut penuria. Iudi.18.In quo nullius rei est penuria.& in eodem.19.Nulla re indigemus nisi hospitio.Pro quo hebrei legunt.Nullius rei est indigentia.& in eodem.Et prebebo omnia que necessaria sunt.Pro quo hebrei legunt.Omnis indigentia tua super me.Et est sensus sicut in littera nostra. Prouer. 28.Qui dat pauperi non indigebit.i.non erit ei indigētia vel egestas.

חֹסֶר Penuria. Egestas Indigētia

חֶסְרוֹן Defectus.

מַחְסוֹר Penuria.

Indigētia

חָף Chaph.mundus siue immaculatus. De quo vide in dictione sequenti.Quia inde deriuatur secūdū hebreos.

חָף

חָפַף In thalamo morari protegere.

חָפַף Chaphaph.occultare.velare.protegere.btūsHieronymꝰ trāstulit:q̄si in thalamo morari.Deut.33.Quasi in thalamo tota die morabitur.Pro quo he.le.Protegens sup eum tota die.Inde חוּפָּה Chupa.i.thalamus.eo quod est coopertus & velatus.Ps.18.Et ipse tanq; sponsus procedēs de thalamo suo.Ioel.2.Egrediatur spōsus de cubiculo suo. & sponsa de thalamo suo.& inde חוֹף Choph.i.portus vel littus.aut statio nauium:eo quod occultat & protegit naues. Gen̄.49.Zabulon in littore maris habitabit. & in eodem Et in statione nauium.Hiere.47.Et aduersus maritimas eius regiōes.Pro quo he.le.Et aduersus portum marí.. Et inde חָף Chaph.i.mundus siue immaculatus.vt Iob.33.Immaculatus & non est iniquitas in me.

חוּפָּה Thalamꝰ.

חוֹף Littus. Statio nauium. Maritima Portus

חָף Immaculatus.

חָפָא Irritare.

חָפָא Chapha.irritare.De quo vide in dictione sequenti.

חָפָה Tegere Operire Cooperire

חָפָה Chapha.operire.tegere.velare.vt.2.paralip.3.Domū quoq; maiorē texit tabulis ligneis abiegnis. & in eodem.Texit domum & trabes eius & postes.& in eodem.Cenacula quoq; texit auro.Ester.6.Lugens & operto capite. & in eodem.7.Et statim operuerūt faciem eius.Ps.67. Pēne columbe deargentate.Pro quo in hebreo legitur.Coopte argento.Hiere.14. Operuerunt capita sua.Itē חָפָא Chapha.cum aleph in fine.i.irritare siue detrahere.s.occulte.vt 4.Reg.17.Et irritauerunt filii israel verbis non rectis dominum deum suum.

חָפַז Festinare.

חָפַז Chaphaz.festinare siue festināter abire.formidare.expaueſcere.mirari.admirari.stupescere.strīgere.2.Reg. 4.Cūq; festinaret vt fugeret cecidit.4.Reg.8. Que proicerant syri dum turbarentur.i.dum festinarent vt fugerēt. 1.Reg.23.Porro dauid despabat se posse euadere.pro q̄ he. le.Et dauid festinabat ire a facie saul.Potest etiam legi sic.& dauid formidabat ad eūdum a facie saul.i.formidabat posse abire a facie saul.quod est idē sensus cū littera nostra. Itē significat formidare siue expaueſcere.Deut. 20. Nolite cedere neq; formidetis.Ps.103.A voce tonitrui tui formidabunt. Itē significat mirari.siue admirari.aut stupescere:vel excessum mentis.vt 10b. 40.Ecce absorbebit flumē & nō mirabitur.Ps.30.Ego dixi in excessu mentis mee. Ps.34. Cōturbati sunt cōmoti sunt.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Cōturbati sunt admirati sunt.Ps.115.Ego dixi in excessu meo.& beatus Hieronymus in predicto psalterio trāstulit.Ego dixi in stupore meo & inde חִפָּזוֹן Chiphazon.i.festinatio aut pauor.vel admiratio siue excessus.s.mentis.vt Exo.12.Et comedetis eum fe-

Fœmidare Mirari Excessꝰ mētis.

חִפָּזוֹן

Festinatio
Pauor
Tumultus
חֹפֶן
Manus
Pugillus
חָפֵץ
Uoluntatē habere.
Uelle.
Stringere
חֵפֶץ
Uolūtas.
חָפַר
Fodere
Explorare.
Cōsiderar.
Scrutari
Cōtēplari.
Cōfundere
Erubescer.
Pudere.
חָפַשׂ
Libertate donare.
חָפְשִׁי
Liber
חָפְשִׁים
Liberi
חָפְשִׁי
Libertas
חָפְשִׁית
Separatu.
חָפַשׂ
Scrutari
inuestigar
Mutare.
חֵץ
חָצַץ
Dimidiar.
חָצֵץ
חֵץ
Sagitta.
Jaculum
חָצִי
חִצִּים
Sagitte
מְחַצֵּץ
ballistari.
Turma
חֲצַץ
Calculus
Numerus.

stinanter.Pro quo hebrei legunt.Comedetis eum in festinatione. Deut.16. In pauore egressus est de egypto. Pōitur etiā pro tumultu. vt Esa.52. Qm̄ nō in tumultu exibitis

חֹפֶן Chóphen. Interior pars manus: que vola dicitur siue pugnus vel pugillus.& solum inuenitur in nūero plurali. Exo.9. Tollite plenas manus cineris de camīo. Leuit. 16. Et hauriens manu cōpositum thymiama. Pro quo hebrei legunt. Et plenis manibus siue pugillis thymiamate. Eccls.4. Melior est pugillus cū requie: q̄ plena vtraq; manus cum labore.

חָפֵץ Chaphes.velle.placere.voluntatem aut complacētiā habere.siue dilectionē vel amorem habere. Geñ.34. Amabat enim puellam valde.pro quo he.le. Quia volebat aut voluntatem siue cōplacentiā habebat in filia iacob.Nu. 14. Si propicius fuerit dñs.pro quo he.le. Si voluntatē habuerit dñs.aut si vult dñs. Deut.21. Si aūt postea nō sederit animo tuo.pro quo he.le. Et si non habueris voluntatē vel cōplacentiā in ea.& in eo.25. Sin aūt noluerit accipere vxorem fratris sui.i.si non voluerit. Iudi.13. Si dñs nos vellet occidere.1.Reg.15. Nunquid vult dñs holocausta & victimas. Ps.146. Non in fortitudine equi volūtatem habebit. Canti.8. Donec ipsa velit. Ezech.18. Nunquid voluntatis mee est mors impii.i.nunquid voluntatem habeo in morte impii. & in eo. Quia nolo mortē morientis.pro quo he.le. Quia non habeo voluntatē in morte moriētis: siue quia non volo mortem morientis.& in eodem.33. Viuo ego dicit dominus nolo mortem impii.i.non volo. Ponitur etiā pro stringere.vt Iob.40. Strinxit caudam suam quasi cedrus.& inde חֵפֶץ Chéphes.i.voluntas.complacentia.beneplacitum. Ps.1. Sed in lege domini volūtas eius. Ps.110. Exquisita in omnes voluntates eius. Esa.58. In die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra.& in eo. Facere voluntatē tuā in die sancto meo.& in eo. Et non inuenitur voluntas tua. Ponitur etiam in numero plurali.pro reb⁹ preciosis.i.pro iis que desiderantur.vt Prouer.3. Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.

חָפַר Chaphar.fodere.explorare.contemplari. considerare.scrutari.confundere siue cōfundi.erubescere. Geñ. 21. Qm̄ ego fodi puteū istum. & in eo.26. Om̄s puteos q̄s foderant serui patri illius.& in eo. Fodit alios puteos: quos foderant serui patris sui abraā.& in eo. Foderūtq; in torrētem.& in eo. Profectus inde fodit alium puteū. Nu.21. Puteus quem foderunt principes. Iob.12. Et defossus securus dormies. Quod sic exponitur ab hebreis.s.dormies secur⁹ quasi terra esset defossa in circuitu tuo. Sicut fit in arce vel fortalicio ne inimici possint accedere ad murum. Eccl's.10 Qui fodit foueam incidet in eam. Hiere.15. Et fodi & tuli lumbare. Item significat explorare vel considerare aut contemplari seu scrutari. Ios.2. Vt explorarent terram.& in eodem. Et omnē terram considerare venerunt. Iob.5. Quasi effodientes thesaurum. pro quo he.le. Et scrutantur eam.s. mortem magis q̄ thesauros.& in eodē.39. Inde contēplatur escam. Significat etiam confundere vel erubescere. Ps. 33. Et facies vestre non c ɔnfundentur. Prouer.13. Impius autem confudit & cōfudetur.& in eodē. 19. Ignominiosus erit & infelix. pro quo he.le. Confundere faciens & erubescere faciens. Esa.1. Erubescetis super hortis quos elegeratis.& in eo.24. Erubescet luna & confundetur sol.& in eodem.33. Confusus est libanus.& in eo.54. Non erñ te pudebit.i.non erubesces. Hiere.15. Confusa est & erubuit.

חָפַשׂ Chaphas.liberum eē.liberare.i.libertate donare. Leuit.19. Nec libertate donata.& in eodē. Quia nō fuit libera.& inde חָפְשִׁי Chopsi.i.liber vel liberatus. Exo.21. In septimo egredietur liber gratis. Deut.15. In septimo anno dimittes eum liberum.& in eo. Et quem libertate donaueris: nequaq; vacuum abire patieris. Iob.3. Et seruus liber a domino suo.& in eo.39. Quis dimisit onagrū liberum. Ps. 87. Inter mortuos liber.& in pl'ali חָפְשִׁים Chopsim. Hiere.34. Vt dimitteret vnusquisq; seruum suum & ancillam suam liberos.& inde חָפְשִׁי Chóphes.i. libertas. Ezech. 27. In tapetibus ad sedendum. pro quo hebrei legunt. In pannis siue in vestibus libertatis ad sedendū siue ad equitandū idest pannis siue tapetibus quibus liberi vtuntur. sicut exponunt hebrei.& inde חָפְשִׁית Chopsith. pro q̄ beatus Hieronymus transtulit separatam. vt.2. Paralip.26. Et habitauit in domo separata plenus lepra.i.libera ab aliorum hominum habitatione.

חָפַשׂ Chaphas cū apice ceboleth. scrutari. inuestigare. mutare. Geñ.44. Quos scrutat⁹ incipiens a maiori vsq; ad minimū.1.Reg.23. Scrutabor eū i cūctis millibus iuda. Ps.63. Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinium. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Ps. 76. Et scopebā spm̄ meū. pro quo hebrei legunt. Et scrutabatur spiritus meus siue inuestigabat vel inuestigabatur. Prouer.2. Et sicut thesauros effoderis illam.i.scrutatus fueris vel inuestigaueris illam.& in eodē.20. Que inuestigat omnia secreta ventris. Threñ.3. Scrutemur vias nostras. Amos.9. Inde scrutans auferam eos. Soph.1. In tēpore illo scrutabor ierusalem in lucernis. Abdie.1. Quomodo scrutati sunt esau. vbi pōitur in hebreo verbū passiuum prime coniugationis quod scribitur cū nun in principio. Item significat mutare.s.habitum vel vultū. vt.1.Reg.28. Mutauit ergo saul habitum suum.3.Reg.20. Et mutauit aspersione pulueris os & oculos suos. & in eodem.22. Sume arma tua & ingredere prelium. pro quo he.le. Muta.s.habitum & ingredere prelium.& in eodem. Porro rex israel mutauit habitum suum. Iob.30. In multitudine eorum cōsumitur uestimentum meū. pro quo hebrei legunt. In multitudine fortitudinis.s. dolorum mutatur vestimentum meum. Et est sensus sicut in littera nostra. Prouer. 28. Regnantibus impiis ruine hominū. pro quo hebrei legunt. Cum surrexerint impii mutatur homo. vel secūdum aliam significationem scrutatur siue inuestigatur homo.

חֵץ Ches. Sagitta. De quo vide in dictione sequenti . quia inde deriuatur.

חָצַץ Chasas. diuidere. dimidiare. vt Iob.21. Et numerus mensium eius dimidietur. Item חֲצַץ Chasas.i.sagitta.iaculum. Ps.76. Etenim sagitte tue transeunt.& cōmuniter scribitur cū simplici sade.& dicitur חֵץ Ches.vt.4.Reg. 19. Nec mittet in eum sagittam. Hiere.9. Sagitta vulnerās lingua eorū.& in eo.50. Non parcatis iaculis. quod in hebreo legitur singulariter.s.iaculo vel sagitte. Scribitur etiā cum iod in fine & dicitur חִצִּי Chési. vt.1.Reg.20. Iecit aliā sagittam trās puerum.& in eo. Ecce ibi est sagitta.4.Reg. 9. Et egressa est sagitta per cor eius.& in plurali חִצִּים Chisim siue חִצֵּי Chise. vt Deut.32. Sagittas meas complebo in eis.1.Reg.20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eū. Ps.19. Sagitte potētis acute.& ide מְחַצֵּץ Mechases siue חֹצֵץ Choses.i.ballistarius siue sagittarius aut phalanx vel turma armatorum & curruum. Iudi.5. Vbi colisi sunt currus. Pro q̄ hebrei legunt. A voce sagittariorum uel ballistariorū. Prouer.30. Et egredietur vniuersa per turmas suas. Item חֲצַץ Chasas.i.calculus siue lapillus. Prouer.20. Et postea implebitur os eius calculo. Ponitur etiam translatiue pro numeratione vel numero. vt Threñ.3. Confregit ad numerū dētes meos. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Cōfre-

git calculo siue in modum arene dentes meos.

חָצַב Fodere

חָצַב Chasab.fodere. scindere. secare. percutere. excidere. sculpere.dolare. Deut.6. Cisternas quas non fodisti. Pro quo in hebreo habetur.Cisternas defossas siue excisas quas non fodisti siue nō excidisti.& in eodem.8. Et de mō tibus eius eris metalla fodiuntur. 2.Paralip. 2. Et octoginta millia qui cederent lapides de mōtibus. Ps. 28. Vox domini intercidentis flamā ignis.i.excidentis. Et beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Vox domini diuidens flāmā ignis. Prouer. 9. Excidit colūnas ei? septem. Esa. 5. Torcular extruxit in ea. pro quo he.le. Torcular excidit siue effodit in ea.& in eodē. 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea. & in eodem. 15. Attendite ad petram vnde excisi estis.& in eodem. 22. Quia excidisti tibi hic sepulchrū: excidisti in excelso memoriale. Pōitur etiam pro percutere. Esa. 51. Nunquid non tu percussisti superbum. Item significat sculpere siue dolare. vt Iob. 19 Vel certe sculpātur in silice. Osee. 6. Propter hoc dolaui in prophetis.& inde מַחְצֵב Machseb.i.lapicidium.s.locus vnde lapides exciduntur. vt. 4. Reg. 22. Vt emantur ligna & lapides de lapidicinis.

Excidere

Secare

Percutere. Sculpere.

Dolare

מַחְצֵב Lapidicia

חָצָה Diuidere

חָצָה Chasa. diuidere. Partiri. dimidiare. separare. Gen. 33. Diuisitq; filios lie & rachel. Exo. 21. Vendent bouem viuum & diuidēt precium.& in eo. Cadauer aūt mortui inter se dispartient.i.diuident. Nu. 31. Diuidesq; ex equo predam.& in eodem. Ex media parte filiorū israel quā separauerat. Iudi. 7. Diuisitq; trecētos viros in tres ptes. 4. Reg. 2. Et diuise sunt huc atq; illuc. Iob. 40. Diuident illum negociatores. Ps. 54. Non dimidiabunt dies suos. Esa. 30. Vel luttorrens inundans usq; ad mediū colli. Pro quo hebrei legunt. Vsq; ad collum dimidiabit.& est sensus sicut in littera nostra. Dañ. 11. Et diuidetur in quattuor vētos celi. Et inde חֲצִי Chasi siue חֵצִי Chési.i.dimidium.semis.siue media pars. vt Exo. 12. Factum est autem in noctis medio. Et in eodē. 25. Cuius longitudo habebat duos & semis cubitos.& in eodem. Latitudo cubitum & dimidium.& in eodē Altitudo cubitum similiter ac semissem. 3. Reg. 3. Et date dimidiam partem vni & dimidiam partem alteri. & inde חֲצוֹת Chasoth.i.dimidium. Exo. 11. Media nocte īgrediar in egyptum. Ps. 118. Media nocte surgebam ad confitendū tibi. Scribitur etiam cū mem in principio & dicitur מַחֲצִית Machasith siue מְחֵצָה Mechesa.i.dimidiū siue dimidia ps. vt Exo. 30. Dimidium sicli iuxta mensuram templi.& in eodem. Media pars sicli offeretur dño. Leuit. 6. Medium ei? mane & medium eius vespere. Nu. 31. Ex media quoq; parte filiorum israel accipies.& in eodem. Dataq; est media ps his qui in prelio fuerant.

Diuidere

Separare

Dimidiare

חֵצִי Medium

חֲצוֹת Media.

מַחֲצִית Dimidium Media ps

Semis. Dimidium

חֵצִי Chisen siue חֹצֶן Chosen. sinus. vlna. Nec. 5. Insup excussi sinum meū. Ps. 128. Et sinum suum qui manipulos colliget. Esa. 49. Et afferent filios tuos in vlnis. Et aliqui hebrei dicunt q; significat brachium.

חֹצֶן Sinus. Vlna.

חָצַף Chasaph. in liugua chaldaica significat vrgere siue temere agere seu īpudēter agere.& inde מַחְצֻפָּא Machsepha.i.vrgens siue temeraria vel impudens. Dañ. 3. Et iussio regis vrgebat. Ponitur etiā pro crudeli. vt in eodē. 2. Et tam crudelis sentētia a facie regis esset egressa. Et etiam in predicto loco hebrei legunt. Impudēs siue temeraria sñia.

חָצַף Vrgere

מַחְצֻפָּא Vrgens

Crudelis

חָצַר Clangere. Canere tuba.

חָצַר Chasar. clangere. vel canere. s. tuba. & scribitur cū duplici sade. vt. 1. Paralip. 15. Sacerdotes clangebant tubis. 2. Paralip. 5. Et cū eis cētum viginti canētes tubis.& in eodem. 7. Porro sacerdotes canebāt tubis ante eos. & in eodem. 29. Hi qui tenebant tubas erāt in officio suo. pro quo hebrei legunt. Et tube clangebant: siue vt ita dicā: tibicinabant. vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.& in de חֲצֹצְרָה Chasósra.i.tuba. vt Osee. 5. Clangite buccina in gabaa tuba in rama.& in plurali חֲצֹצְרוֹת Chasósroth.i.tube vt Nu. 10. Fac tibi duas tubas argenteas.& in eodem. 31. Et tubas ad clangendum tradidit ei. Ps. 97. In tubis ductilib?. Item חָצֵר Chaser. Atrium. vestibulū. villa.& reperitur generis cōis tam in singulari q̄ in plurali. Exo. 27. Facies & atrium tabernaculi.& in eodē. In latitudine uero atrii.& in eodem. 40. Circundabisq; atrium tētoriis. 2. Reg. 17. Qui habebat puteum in vestibulo suo. 3. Reg. 6. Edificauit atriū interius.& in eodem. 7. Et atrium maius rotundū. 2. Paralip. 7. Sanctificans quoq; salomon mediū atrii. Ester. 1. In vestibulo horti & nemoris.& in eodem. 6. Amā quoq; exterius atrium domus regie intrauerat. Hiere. 26. Sta in atrio domus domini.& in eodem. 36. In vestibulo superiori in introitu porte noue.& in eodem. 37. Et mansit ieremias in vestibulo carceris. Ezech. 10. Et atrium repletum est splendore glorie domini.& in eodem. 40. Vsq; ad frontem atrii interioris.& in eodem. Et porta atrii interioris.& in eodē. Et introduxit me in atrium interius.& in eodem. Et vestibulum eius ad atrium exteri?. Et in eodem. 46. Porta atrii interioris que respicit ad orientem.& aliquādo scribitur cū he in fine. Hiere. 36. Et ingressi sunt ad regem in atriū. & in plurali חֲצֵרִים Chaserim siue חֲצֵרוֹת Chaseroth.i.atria. vt. Ps. 85. Concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. & in eodem. Quia melior est dies vna in atriis tuis. Ps. 99. Et atria eius in hymnis. Esa. 1. Vt ambuletis in atriis meis. Ponitur etiam pro villa vel oppido tam in singulari q̄ in plurali. Gen. 25. Per castella & oppida eorum. Exo. 8. Et morture sunt rane de domibus & de villis. Leuit. 25. Sin autem in villa fuerit domus que muros non habet. Nu. 34. Vnde egredientur confinia ad villam nomine Addar. Ios. 15. Ciuitates & ville earum. Esa. 24. In domib? habitabit cedar. pro quo hebrei legūt. In villis siue in oppidis habitabit cedar.& inde חָצִיר Chasir.i.herba.fenum. 3. Reg. 18. Si forte possimus inuenire herbam. Iob. 8. Et ante omnes herbas arescit.& in eodem. 40. Fenum quasi bos comedet. ps. 105. Producens fenum iumentis. Ps. 129. Fiāt sicut fenum tectorum. Esa. 15. Quia aruit herba. & in eodem. 37. Et herba tectorum que exaruit. Et in eodem. 40. Omnis caro fenū. & in eodem. 34. Et germinabunt inter herbas. Ponitur ēt pro pascuis. siue pro virore. vt Esa. 34. Et erit cubile draconū & pascua struthionū.& in eodē. 35. Viror calami & iunci. Significat etiam porrū. vt Nu. 11. Porriq; & cepe & allia.

חֲצֵרִים Atria.

Oppidum

Villa.

חָצִיר Herba.

Fenum

Pascua. Viror. Porrum

חֹק Choc. lex. legitimum. preceptum. ritus. De quo vide in dictione sequenti.

חֹק Lex

חָקַק Chacac. decernere. statuere. precipere. leges condere. describere. depingere. exprimere. exarare. Prouer. 8. Et legum conditores iusta decernunt. Esa. 10. Ve qui cōdūt leges iniquas. vbi etiam pro legibus pōitur חִקְקֵי Chicece. ac si diceret. ve qui decernunt decreta iniqua siue ve qui statuunt statuta iniqua. Esa. 22. Diligenter in petra tabernaculum tibi. Pro quo hebrei legunt. Describens vel exarans in petra tabernaculum suum. Ezech. 23. Imagines chaldeorū expressas coloribus. & aliq̄ scribitur cum simplici coph. vt Iob. 4. Vt exarentur in libro stiloferreo. Prouer. 8. Q̄n certa lege & gyro vallabat abyssos.& in eodem. Quādo appendebat fundamenta terre. pro quo hebrei legunt. Quando statuebat vel decernebat siue describebat aut certa lege vallabat fundamenta terre. Esa. 30. Et in libro diligēter exara illud. Ezech. 4. Et describes in eo ciuitatem ierusalem. Et inde מְחֻקָּק Mechucac.i.illud quod decernitur vel statuitur. pro quo btūs Hieronymus transtulit iudicia. vt Prouer. 31.

חָקַק Decernere. Exarare.

Describere.

מְחֻקָּק

מְחֹקֵק Datoꝛ legꝭ. Legiſlatoꝛ Legifer Doctoꝛ. Dux. Princeps

Ne forte bibant & obliuiſcãtur iudiciorũ. & inde מְחֹקֵק Mechochec. i. legiſlator aut legifer. doctor. dux. princeps. vt Nu. 21. In datore legis & in baculis ſuis. Eſa. 33. Domin⁹ legifer noſter. Ponitur etiã pro doctore. vt Deut. 33. Qđ in parte ſua doctor eſſet repoſitus. Item ponitur pro duce vel principe. vt Geñ. 49. Mõ auferetur ſceptrũ de iuda & dux de femore eius. Iudi. 5. De machir principes deſcenderũt.

חֻקֵּי Leges

Scribitur etiam ſine mem in principio. vt in eodẽ. Cor meũ diligit principes iſrael. & inde חֻקֵּי Chicheche. i. leges ſiue ſtatuta. vt Eſa. 10. Ve qui condunt leges iniquas. Et ſecũdũ hebreos ſignificat etiã cogitationes. vt Iudi. 5. Vbi nos legimus magnanimorũ reperta eſt cõtẽtio. Pro quo ipſi legũt. Magne cogitationes cordis uel exarationes cordis. & inde

Cogitationes.

חֹק חֻקָּה Choc ſiue חֻקָּה Chuca vl' חֻקַּת Chucath. i. lex. legitimũ. preceptũ. rit⁹. cultus. ius. cerimonia. ſtatutum. cõſuetudo. terminus. & eſt cõmunis generis tam in ſingulari q̃ in plurali. Geñ. 47. Et factum eſt quaſi in legem. Exo. 12. Et celebritis eam domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. i. lege vl' ritu ſempiterno. & in eodem. Et cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. & in eodẽ. Cuſtodi verbum iſtud legitimũ tibi & filiis tuis. & in eodem. Hec eſt religio phaſe. i. lex ſiue ritus phaſe. & in eodem. 13. Cuſtodies huiuſcemõi cultum ſtatuto tẽpore. & in eodẽ. 28. Legitimũ ſempiternũ erit Aaron & filiis eius. & in eodẽ. 29. Cedẽtq̃ in partẽ Aaron & filiorũ eius iure perpetuo. & in eo. 30. Legitimũ ſempiternũ erit ipſi & ſemini eius. Leuit. 6. Legitimum ſempiternũ erit in generationibus ueſtris. & in eodẽ. 7. Et dedi aaron & filiis eius lege perpetua. & in eodẽ. 10. Quod datũ eſt tibi & filiis tuis de oblationibus dñi. Pro quo hebrei legunt. Quia legitimum ſiue ſtatutum eſt tibi & filiis tuis. & in eodẽ. 16 Eritq̃ hoc vobis legitimum ſempiternũ. & in eodẽ. 18. Nec in legitimis eorum ambuletis. & in eodẽ. Et precepta mea ſeruabitis. & in eo. 26. Si in preceptis meis ambulaueritis. Nu. 9. Preceptũ idem erit apud vos tam aduene q̃ indigene. & in eodẽ. 19. Hec eſt religio victime. pro quo hebrei legunt. Hoc eſt legitimum legis ſiue hec eſt cerimonia legis. 1. Reg. 30. Et factũ eſt hoc ex die illa & deinceps cõſtitutũ & prefinitum. Ps. 2. Predicans preceptum eius. Ps. 93. Qui fingis laborẽ in precepto. Ps. 118. Ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Ad cuſtodienda precepta tua. & in eodẽ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit. Precepta tua cuſtodiã. Ps. 148. Preceptũ poſuit & nõ preteribit. Eſa. 24. Mutauerunt ius. Hiere. 32. Et accepi librum poſſeſſionis ſignatũ & ſtipulationes & rata. vbi ponitur pro rata. i. ſtatuta vel determinata. & in eo. 33. Et leges celo & terre nõ poſui. Ezech. 20. Ergo & ego dedi eis precepta nõ bona: & in eodem. 36. Sacrificium dño legitimum iuge atq̃ perpetuum. & ponitur ibi plurale pro ſingulari. Mich. 7. Longe fiet lex. Soph. 2. Priuſq̃ pariat viſio. pro quo in hebreo habetur. Priuſq̃ pariat lex ſiue preceptum aut ius. & in littera noſtra debet legi. Priuſq̃ pariat iuſſio. Quia ſic eſt in bibliis noſtris antiquis. vnde beatus Hieronymus exponens predictũ locũ ſic ait. Anteq̃ preceptũ ſequatur effectus. Significat etiã illud quod datur alicui ex ſtatuto legis vel a natura aut ex conſuetudine. vt in aliquibus locis predictis & Geñ. 47. Quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis prebebantur. Prouer. 30. Tantũmodo victui meo tribue neceſſaria. i. cibaria ſtatuta ex natura. & in eodẽ. 31. Deditq̃ predam domeſticis ſuis & cibaria ancillis ſuis. i. ſtatuta cibaria Ponitur etiã pro termino. vt Iob. 14. Cõſtituiſti terminos eius qui preteriri non poterunt. & in eodẽ. 26. Terminum circundedit aquis. & in eodem. 38. Circundedi illud terminis meis. Eſa. 5. Et aperuit abſq̃ vllo termino. Item ponitur pro tempore. i. pro tempore ſtatuto. vt Iob. 14. Et cõſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Ponitur etiã p voluntate. vt Iob. 23, Cum expleuerit in me voluntatem ſuam Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. Cum expleuerit terminum meum ſiue ius vel legem meam. Item ponitur pro ſinu. vt in eodem. 23. Et in ſinu meo abſcondi verba oris ei⁹. Vbi p ſinu põitur in hebreo חֵק Chuc p חֵיק Chec.

Ritus
Religio Cultus.
Jus. Legitimũ.
Preceptũ.
Cerimõia.
Conſtitutũ Preceptũ.
Jus.
Rata
Juſſio
Statutum
Terminus
Voluntas.
Sinus.
חֵק
חָקָה Depĩgere.
מְחֻקָּה Sculptum Regula. Cõſiderare

חָקָה Chaca. depingere. deſcribere. ſculpere. conſiderare. vt Ezech. 23. Cũq̃ vidiſſet viros depictos in pariete. & inde מְחֻקָּה Mechuche. i. ſculptũ ſiue depictũ. pro quo btũs Hieronymus tranſtulit. Regulam. vt. 3. Reg. 6. Opere quadro ad regulam. Ponitur etiam pro conſiderare. vt Iob. 13. Et veſtigia pedum meorum conſideraſti. Sed etiã in predicto loco hebrei legunt. Deſcripſiſti vel ſculpſiſti. Vide etiã de hoc in dictione precedenti.

חָקַר Querere. Explorare. Inueſtigare.

חָקַר Chacar. querere. inueſtigare. ſcrutari. explorare. conſiderare. ſupputare. probare. Deut. 13. Quere ſollicite & diligenter. Iudi. 18. Vt explorarent terram & diligenter inſpicerent. i. diligenter inueſtigarent vel conſiderarent. & in eodem. Dixerũtq̃ eis ite & cõſiderate terram. 1. Reg. 20. Si inueſtigauero ſententiam patris mei. 1. Paralip. 19. Vt inueſtigent & ſcrutẽtur terram tuã. 2. Paralip. 4. Ita vt ignorarent pondus eris. Pro quo hebrei legunt. Non poterat inueſtigari põdus eris. Et eſt ſenſus ſicut in littera nra. Iob. 5. Vt inueſtigauim⁹ ita eſt. & in eo. 28. Et enarrauit & preparauit & inueſtigauit. & in eodem. 29. Et cauſam quam neſciebam diligẽtiſſime inueſtigabam. Ps. 43. Nõne deus requiret iſta. Prouer. 18. Et venit amicus eius & inueſtigauit eum & in eoẽ. 25. Gloria regũ inueſtigare ſermonẽ. & in eo. 28 Et pauper prudens ſcrutabitur eũ. Eccl's. 12. Et inueſtigans compoſuit parabolas multas. Threñ. 3. Et queramus & reuertamur ad dominũ. Ponitur etiam pro ſupputare. vt Hiere. 46. Succiderũt ſaltum eius ait dominus quia ſupputari non poteſt. Significat etiam probare. vt. Ps. 138. Dñe probaſti me. Sed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Dñe inueſtigaſti me. & in eodem. Proba me de⁹ & ſcito cor meũ. & etiã beatus Hieronym⁹ in hoc loco trãſtulit. Scrutare me deus & cognoſce cor meum. & inde חֵקֶר Chécher. i. inueſtigatio vl' ſcrutatio. vt. Ps. 144. Et magnitudinis eius non eſt finis. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtulit. Et magnitudinis eius nõ eſt inuentio. i. non eſt inueſtigatio vl' ſcrutatio. Prouer. 25. Celum ſurſum & terra deorſum & cor regum inſcrutabile. pro quo hebrei legunt. Et cordis regum non eſt ſcrutatio. i. nõ eſt eius ſcrutari ſupradicta. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. & in eodem. Sicut qui mel multum comedit non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Eſa. 40. Nec eſt inueſtigatio ſapientie eius. Ponitur etiam pro veſtigiis. vt Iob. 11. Forſitan veſtigia dei comprehendes. Pro quo hebrei legunt. Forſitan inueſtigationem vel ſcrutationem dei comprehendes.

Supputare. Probare.
חֵקֶר Inueſtigatio.
Veſtigia.

חָרַר Arere. Exſiccare. Exaſperare.

חָרַר Charar. arere. exſiccari. ſuccẽdi. eſtuare. iraſci: ſiue ira ſuccendi. Et cõmuniter ſcribitur per ſimplicem res. vt Iob. 30. Et oſſa mea aruerunt pre caumate. Scribitur in predicto loco cũ he in fine. & aliqñ ſcribitur cũ nun in principio. ſ. quando eſt verbum paſſiuum prime coniugatiõis. vt. Ps. 68. Rauce facte ſunt fauces mee. pro quo he. le. Aruit ſiue exiccatum eſt guttur meũ. Vnde beat⁹ Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtulit. Exaſperatũ eſt guttur meũ. Ps. 101. Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. i. exſiccata ſũt. Hiere. 6. Defecit ſufflatorium in igne. i. combuſtũ vel ſuc-

dietur.Ezech.46.Per eandem viam exeat.Osee.6. Et iu
dicia tua quasi lux egredientur.Amos.5.Vrbs de qua egre
diebantur mille.Abach.3.Egredietur diabolus ante pedes
eius.& in eo .Egressus es in salutem populi tui.& aliqñ scri
bitur sine aleph.vt Deut.28.Que egrediuntur de medio fe
minū eius.Iob.1.Nud? egressus sum de vtero matris mee.
Scribitur etiā aliqñ sine iod.vt Gen.8.Egredere de arca.&
in eo.27.Et egredere foras. Nu.12. Egredimini a populo
meo.Esa.30.Egredere dices ei.Et qñ est verbum tertie cō
iugationis tunc significat educere.vt Gen.8. Et educ tecū.
Educere. &in eo.15. Et eduxit eū foras. & in eodē .19. Educā eas ad
vos.& i eo.38. Que cū duceretur ad penā .i.cū educeretur.
Exo.3.Vt educas populum meum filios israel de terra egy
pti.& in eo.Ego dīs qui educā vos de ergastulo egyptiorū
& in eo.18.Et q eduxisset dīs israel de egypto.Deut.4.Et
eduxit de fornace ferrea. Et in eo.8. Qui eduxit riuos de
petra durissima.Iob.10. Quare de vulua eduxisti me. Ps.
17.Et eduxit me in latitudinem.Ps.103. Vt educas panem
de terra.Ps.141.Educ de custodia aiam meā.Esa.40. Qui
educit in numero militiā eorū.& in eodem.42.In veritate
educet iudiciū.Item significat producere.vt Gen.1.Produ
Produceꝛ cat terram animā viuentē.& in eo.38.Producite eam vt cō
buratur.Iob.12.Et abscōdita ꝓduxit in lucē. Ps.134. Qui
producit ventos de thesauris suis.Ponitur etiā pro impēde
Impēdere re vel distribuere.vt. 4.Reg.12.Qui impēdebant eam in fa
Distribuere bris lignorū.& in eo.15.In dixitq; manahen argentū sup
israel.i.distribuit vt vnusquisq; solueret certam quantitatē.
מוֹצָא Inde מוֹצָא Mosa.i.exitus sive egressus aut progressus vel
processus.Nu.33.Quas descripsit moyses iuxta castrorum
loca que dīi iussione mutabant.pro quo he.le.Et descripsit
Exitus. moyses exitus sive progressus eorū.et.3. Reg.4.Et educe
bantur equi salomoni de egypto.Pro quo hebrei legūt. Et
egressus sive exitus equorum salomonis de egypto.s. erat.
Ps.64.Exitus matutini & vespere delectabis.i.delectare fa
cies.Ps.106.Et exitus aquarum in siti.Esa.58.Et sicut fons Fons.
aquarum.i.sicut exitus aquarū.Mich.5. Et egressus eius ab Egressus.
initio.Ponitur etiā מוֹצָא Mosa. pro oriēte.i. pro loco exit?
solis.vt. Ps.74. Quia neq; ab oriēte nec ab occidēte. Scri
bitur ēt cū tau inprīcipio loco mem.& in nūero plurali dici
tur תּוֹצָאוֹת Thosaoth.vt Nu.34.Et perueniēt ad meridiē תּוֹצָאוֹת
vsq; ad cadesbarne.pro quo he.le.Et erunt exitus ei? a me
ridie vsq; ad cadesbarne.& in eodē.Et ad vltimū salsissimo
claudentur mari.pro quo hebrei legunt. Et erunt exit? ei? Exitus.
mare salis.Ps.67.Et dñi dñi exitus mortis.& inde צֶאֱצָאֵי
Seesae : sive צֶאֱצָאִים Seesaim.i. germē.eo quod producī צֶאֱצָאִים
tur vel egreditur a terra.Esa.44. Orbis & omne germen Germen.
eius.Significat etiam progeniem aut stirpem vel filios.vt
2.Paralip.32.Filii qui egressi fuerāt de vtero ei?. Iob.5.Et Filii
progenies tua quasi herba terre.Et in eodem.35.Et proge Progenies.
nies mea erradicetur.Esa.8.Et stirps vteri tui vt lapilli ei?. Stirps.
Et in eodem.22.Et vasorū diuersa genera. Pro quo hebrei
legunt.Filios & filias.in translatiōe chaldaica habetur filios
& filiorum filios. Et inde צוֹאָה Soah sive צֶאָת Seath.i. fi צוֹאָה
mus sive stercus. aut sordes. eo quod educitur foras. Deut.
23.Et egesta humo operies .i. stercus humo operies . pro Egesta.
uer.30.Et tamen non est lota a sordibus.Esa.4.Si abluerit
dñs sordes filiarum sion . Et in eodem.28 . Omnes enim Sordes.
mense replete sunt vomitu sordiūq;.Ezech.4. Et stercore Stercus.
quod egreditur de homīe operies illud.Et ide צוֹאִים Soim. צוֹאִים
sordidi.vt Zach.3.Erat indutus vestibus sordidis.Et in eo. Sordidi.
Auferte vestimēta sordida ab eo.& inde צַאֲנָן Saanan.i.exi צַאֲנָן
tus.vt Mich.1.Non est egressa que habitat in exitu. Hebrei Exitus.
tamen dicunt q; est nomen proprium loci. Sed non reperi
tur nisi tantum in hoc loco.

יָצַב Iasab. stare. statuere .Constituere.Erigere.verificare.
Stare. Exo.2. Stante procul sorore eius. Pro quo hebrei.le.
Et stetit soror eius procul.& in eodē.14.State & videte ma
gnalia domini.& in eodē.15.Stetit vnda fluens.& in eo. 19
Et steterunt ad radices montis.Nu.22.Stetitq; angelus do
mini in via.& in eodē.Cernens asina angelum stantem in
via.Deut.32.Constituit terminos populorum.Ps.2.Astite Cōstituere.
runt reges terre. Ps.73.Tu fecisti oēs termios terre. Pro q? Astare.
hebrei legunt.Tu statuisti sive constituisti omnes termios Statuere.
terre.Esa.3.Stat ad iudiciū dñs.Threñ.2. Firmauit dexte
ram suam quasi hostis.pro quo hebrei legunt.Stat dextera
eius quasi hostis.& in eodē.Et posuit me quasi signū ad sa
gittam.i.statuit me. Zach.11.Et id quod stat non enutriet.
Ponitur etiā pro erigere.vt Gen.35. Erexitq; iacob titulū Erigere.
super sepulchrū eius.1.Reg.15.Et erexisset sibi fornicē triū
phalem.Item ponitur pro corrigere.1.Reg.12.Vsq; ad sti Corrigere.
mulum corrigendum.Inde מַצָּב Masab sive מוּצָב Musab.i. מַצָּב
Statio. statio. 1.Reg.14.Veni & transeamus ad stationem philisti Statio.
norum.& in eodem.Per quos nitebatur ionathas transire
ad stationem philistinorum.& in eodem.Sed & omnis po
pulus stationis eorum.Esa.22.Et expellā te de statione tua.
Agger. & in eodē.29.Et faciam cōtra te aggerem.pro quo hebrei
legunt.Et obsidebo contra te statione.s.militantiū.vbi po מוּצָב
nitur מוּצָב Musab cum pūcto surech in prima syllaba. Scri מָצֵבָה
bitur etiā cum he in fine & dicitur מָצֵבָה Maseba.vtZach.9
Et circundabo domū meam ex his qui militant mihi. Pro
quo hebrei legunt.Et circundabo domū meam sive castra
metabor circa domum meam statione.s.militantiū mihi.& Statio.
inde הוּצַב Husab.Pro q? btūs Hieronymus trāstulit militē. הוּצַב
Naū.2.Et miles captiuus adductus est.Hebrei tamē dicunt
q; in predicto loco ponitur pro regina vel domina. Nā se
quitur in eodem.Et ancille eius minabantur. Ponitur etiā
מָצֵבָה Maseba pro titulo vel statua.Gen.28.Et erexit in titu מָצֵבָה

Ticulus lum. & in eodem. Et lapis iste quem erexi in titulū. & in eo. 35. Erexitq; iacob titulum super sepulchrum eius. hic est titulus monumenti Rachel. Exo. 23. Et cōfringes statuas eorum. Deut. 7. Et confringite statuas. & in eo. 16. Neq; facies tibi atq; constitues statuam. 4. Reg. 13. Tulit enim statuas baal: quas fecerat pater eius. & in eo. 10. Et protulerunt statuam de fano Baal. Ezech. 26. Et statue tue nobiles in terrā corruent. Scribitur etiam cum nun in principio. & dicitur

Statua. נְצִיב Nesib. i. statua siue statio. vt Genē. 19. Que versa est in statuam salis. De quo vide infra in dictione נָצַב Nasab. Itē

Verificare יָצַב Iasab in ligua chaldaica significat verificare. i. veritatē inquirere aut veritatē discere. Dañ. 7. Post hec volui diligēter discere de bestia q̄rta. Proq; he. le. post hec volui verificare. i. veritatē discere de bestia quarta. & inde

Certe. יָצִיב Iasib. siue יָצִיבָא Iasiba. i. veritas siue verum aut vere vel certe. Dañ. 2. Certe noui q; tempus redimitis. Pro quo hebrei legunt. In veritate noui. & in eodem. Et verum est somniū. & in eo. 3. Qui respondentes regi dixerunt vere rex.

Verum. Vere.

Ponere. יָצַג Iasag. ponere. reponere. remanere. retinere. detinere. statuere. Genē. 30. Posuitq; eas in canalibus. & in eodē. 33. Oro te vt de populo qui mecum est saltem socii remaneāt vie tue. Pro quo hebrei legūt. Oro vt retinere faciam tecum de populo qui mecum est. Et est sensus sicut in littera nostra. Exo. 10. Oues tñ vestre & armenta remaneant. i. retineantur vel reponātur. Iudi. 6. Ponā hoc vellus lane in area. Iob. 17. Posuit me quasi in prouerbium vulgi. Hiere. 51. Reddidit me quasi vas īane. i. posuit vl statuit me. Osee. 2. Et statuam eā secundū diē natiuitatis sue. Amos. 5. Et cō stituite in porta iudiciū. & aliqui hebrei dicunt q; predicta dictio deriuatur a dictiōe נָצַן Nasag. cū n un in principio.

Retinere.

Remanere

Statuere.

Constituef

Sternere. יָצַע Iasaa. sternere. extēdere. Ester. 4. Sacco & cinere multis pro stratu vtentibus. Iob. 17. Et in tenebris strauī lectulum meum. Ps. 138 Si descendero in infernū: ades. pro quo hebrei legunt. Si strauero in infernum. s. lectulum vel stratum meum. Esa. 14. Subter te sternetur tinea. & in eodē 58. Et saccum & cinerē sternere. & inde

Stratum. יְצוּעַ Iesuaa. i. stratum. Genē. 49. Et maculasti stratum meum. Ps. 62. Sic memor fui tui super stratum meum. Ps. 131. Si ascendero in lectum strati mei. Scribitur etiā cum mem in principio. & dicitur

Stratum מַצַּע Masaa. Esa. 28. Goangustatum est enim stratum. Inde

Tabulatū. יְצִיעַ Iasiaa. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit tabulatum. i. stratum tabularum in circuitu templi. 3. Reg. 6. Et edificauit super parietem templi tabulata per gyrum. & in eodem. Tabulatum quod subter erat quinq; cubitos habebat latitudinis. & in eodem. Et edificauit tabulatū super omnem domum.

Fundere. יָצַק Iasac. fundere. effundere. infundere. conflare. fluere. stringere. Genē. 28. Fundens oleum desuper. Exo. 25. Et quattuor circulos aureos. Pro quo hebrei legunt. Et fundes ei quattuor circulos aureos. i. opere fusorio facies. & in eodem. 37. Fudit & quattuor circulos aureos. Leuit. 2. Fundetq; super eam oleum. 3. Reg. 7. Erant fusiles & stabant super duodecim boues. & in eodem. In campestri regiōe iordanis fudit ea rex. & in eodem. 18. Et fundite super hólocaustum. 4. Reg. 3. Qui fundebat aquam super manus helie. & in eodem. 4. Et mitte inde in omnia vasa. i. infunde inde in omnia vasa. & in eodem. Et illa infundebat. & in eodem. In fuderunt ergo sociis vt comederent. & in eodem. In funde turbe vt comedant. & Iob. 22. Et fluuius subuertit fundamentum eorum. Pro quo hebrei legunt. Et fluuius effusus est in fundamentum eorum. & in eodem. 28. Et lapis solutus calore in es vertitur. Pro quo hebrei legunt. Et lapis funditur siue infunditur in es. Et est sensus sicut in īra nostra. & in eodem. 29. Et petra fundebat mihi riuos olei. & in eodem. 38. Quādo fundabatur puluis in terra. Pro quo hebrei legunt. Quando fundebatur puluis in terra. Ps. 44 Diffusa est gratia in labiis tuis. Esa. 44. Effundam enim aquā sup sitientē. & in eo. Effundam spiritum meum sup semē tuum. Zach. 4. Et septem infusoria lucernis que erāt super caput eius. Item pōitur pro cōflare vel fluere. vt Exo. 37. Conflans quattuor anulos aureos. & in eodē. 38. Quibus conflate sunt bases sanctuarii. 3. Reg. 22. Fluebat autē sanguis plage in sinu currus. Itē ponitur pro stringere vel indurari. Iob. 14. Cor eius indurabitur quasi lapis. & in eo. Et stringetur quasi malleatoris incus. Pōitur etiam pro deponere vel proiicere. vt Ios. 7. Proieceruntq; ante dominū 2. Reg. 15. Et deposuerunt arcam dei. & inde מוֹצָק Musac. i. fusile vel fusus. 2. Paralip. 4. Mare aūt fusile. Iob. 37. Quasi ere fusi sunt. Potest etiam legi quasi ere indurati vel cōstricti. i. solidi sunt siue stabiles sunt. Nam pōitur etiam pro stabili. vt in eodem. 11. Et eris stabilis & non timebis. Ponitur etiam pro terra que est stabilis. vt in eodem. 38. Quādo fundabatur puluis in terra. & inde מְצוּקֵי Mesuce. Pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit cardines. vt. 1. Reg. 2. Domini enī sunt cardines terre. & inde צַקוֹן Sacun. Pro quo beatus Hieronymus transtulit tribulatio. Esa. 26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Potest etiā deriuari a dictione צוֹק Soc. De quo vide infra in littera sādic.

Indurari. Stringere Proiicere Deponere. מוֹצָק Fusile. Fusile. Stabilis. Terra. מְצוּקֵי Cardines. צַקוֹן Tribulatio

Formare. יָצַר Iasar. formare. fingere. plasmare. creare. coangusta re. arctare. Genē. 2. Formauit igitur dominus deus hominem. & in eodem. Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terre. pro quo hebrei legūt. Et formauit dominus deus de humo oīa animalia terre. Exo. 32. Et formauit opere fusorio. Ps. 32. Qui finxit sigillatim corda eorū. Ps. 73. Estatem & ver tu plasmasti. Ps. 93. Aut qui finxit oculum non cōsiderat. & in eodem. Qui fingis laborem in precepto. Ps. 94. Et siccam manus ei⁹ formauerūt. Ps. 103. Draco iste quem formasti. Ps. 138. Tu formasti me. & in eodem. Dies formabuntur & nemo in eis. Esa. 27. Et qui formauit eum non parcet ei. & in eodem. 37. Ex dieb⁹ antiquis plasmaui illud. & in eodem. 47.. Formaui eum & feci eum. & in eodem. 43. Ante me non est formatus deus. & in eodem. Populum istum formaui mihi. & in eodē. 44 Et formans te ab vtero. & in eodem. Quis formauit deum. & in eodem. Et in malleis formauit illud. & in eodem. Formaui te: seruus meus es tu. & in eodem. 45. Vt habitaretur formauit eū. Hiere. 1. Priusq; te formarē in vtero noui te. & in eodē. 18. Ecce ego fingo contra vos malum. Zach. 12. Et fingens spūm hominis. & inde יוֹצֵר Ioser. i. formator siue plasmator aut plastes. vel figulus seu fictor. Ps. 2. Et tāq; vas figuli confringes eos. Esa. 29. Et figmentū dicat fictori suo non intelligis. & in eodem. 41. Et velut plastes conculcans humum. & in eodem. 44. Plastes idoli nihil sunt. & in eo. 45. Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis. & in eodē. Hec dicit dominus sanctus israel & plastes eius. Hiere. 18. Descende in domum figuli. & in eodem. Sicut lutum in manu figuli. & in eodem. 19. Accipe lagunculam figuli testeā. Amos. 7. Et ecce fictor locuste. Abach. 2. Quia sculpsit illa fictor suus. & in eodem. Quia sperauit in figmēto fictor ei⁹ Ponitur etiam pro statuario. Zach. 11. Proiice illud ad statuarium. & in eodem. Et proieci illos in domo domini ad statuarium. Potest etiam in predicto loco legi figulum. Scribitur etiam sine iod. & dicitur צוּר Sur. Esa. 44. Et formator quem ego non nouerim. Hebrei tamen in predicto locō legunt fortem. De quo vide infra in dictione צוּר Sur. Inde

Membra יְצוּרֵי Iesure. i. membra. Iob. 17. Et membra mea in

Figulus. Fictor. Plastes.

Formator. צוּר יְצוּרֵי

יְצֶר Figmẽtũ

nihilum redacta sunt. Inde יְצֶר Ieser. i. figmentũ. Plasma matio. formatio. Ps. 102. Quia ipse cognouit figmentum nostrum. Esa. 29. Et figmentum dicat fictori suo. Ponitur etiã pro sensu vel cogitatione. vt Geñ. 6. Et cũcta cogitatio cordis intenta esset ad malum. & in eodem. 8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt. 1. Paralip. 28. Et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Esa. 26. Vetus error abiit. Pro quo hebrei le. Cogitatio. s. bona firmata est siue confirmata est. & secundũ hebreos predicta dictio יְצֶר Ieser. significat appetitum vel desiderium homis ad bonum vel ad malum. vnde in predicto loco poterit esse sensus sicut in littera nostra. Item יָצַר Iasar. i. arctare siue coangustare. Iudi. 2. Et vehementer afflicti sunt. pro quo hebrei legunt. Et arctati siue angustati sunt valde. & Iob. 18. Arctabuntur gressus virtutis eius. & in eodem. 29. Cũ saciatus fuerit arctabitur. Prouer. 4. Non arctabuntur gressus tui. Esa. 49. Nunc angusta erunt pre habitatoribus. Itẽ significat perterritũ esse siue angustiari vel cõtristari. Geñ. 32. Timuit iacob valde & perterritus diuisit populũ. 1. Reg. 30. Et cõtristatus est dauid valde. Pro quo hebrei legũt. Et coarctatus siue angustiatus est dauid valde. 2. Reg. 13. Et deperiret in eam valde. pro quo hebrei legunt. Et angustiatus est amnon valde. & inde מֵצַר Mesar. i. angustia vl tribulatio. Ps. 117. De tribulatione inuocaui dominum. & in plurali מְצָרִים Mesarim. Threñ. 1. Apprehẽderũt eam inter angustias. vide etiam de hoc infra in dictione צָרָה Sara.

Figmẽtũ
Sensus et cogitatio
Vet' error
Appetitus
Arctare.
Angustari
Perterritum esse
Cõtristari.
Tribulatio.
Angustie

יָצַת Succẽdere.

Iasath, succendere. comburere. incendere. exurere. 2. Reg. 14. Et succendite cum igni. & in eodem. Succenderunt ergo serui Absalon segetem igni. & in eodẽ. Quare succenderunt serui tui segetem meam. 4. Reg. 22. Magna enim ira dei succena est contra nos. & in eodem. Et incendetur indignatio mea in hoc loco. Esa. 9. Et succendetur in densitate saltus. & in eodem. 27. Succendam eam pariter. & in eodem. 33. Spine congregate igni comburẽtur. Hiere. 2. Ciuitates eius exuste sunt. & in eodem. 10. Qñ in censa sunt eo quod non sit vir pertrãsiens. & in eodem. Et exuta sit quasi desertum. & in eodem. 51. Incẽsa sunt tabernacula eius. Threñ. 4. Et succendit ignem in sion. Ezech. 20. Ecce ego succendam in te ignem.

Succẽdere.
Incẽdere
Comburere.
Exurere

יְקֶב Torcular

Ieceb. torcular. Deut. 16. Quando collegeris de area & de torculari. 4. Reg. 6. Vnde te possũ saluare: de area vel de torculari. Esa. 5. Et torcular extruxit in ea. Osee. 9. Area & torcular non pascet eos.

יָקַד Incẽdere
Ardere

Iacad. ardere. exardere. incendere. Leuit. 6. Ignis in eodem altari erit. Pro quo hebrei legunt. Et ignis altaris incendetur siue ardebit in eo vel in ipso. & in eo. Ignis autem in altari semper ardebit. Deut. 32. Et ardebit vsq; ad inferni nouissima. Esa. 10. Succẽsa ardebit quasi combustio ignis. & in eodem. 65. Ignis ardens tota die. & inde יְקוֹד Iecod. i. incendiũ siue combustio. Esa. 30. In qua portetur ignis de incendio. & inde מוֹקֵד Moced. i. incendiũ siue cremiũ. Leuit. 6. Crematur in altari tota nocte. Pro quo hebrei legunt. Super incendium vel cremium eius super altari tota nocte. Ps. 101. Et ossa mea sicut cremium aruerunt.

יְקוֹד Incendiũ.
מוֹקֵד Incẽdium Cremium.

יְקֹהַ יְקֹהַת Expectatio

Iiceha. expectatio. Et scribitur cum tau in fine ratione genitiui sequẽtis. & dicitur יְקֹהַת Iicehath. vt Geñ. 49 Et ipse erit expectatio gentium. Et aliqui hebrei dicunt ק significat auscultationem vel obedientiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et ipsi erit auscultatio vel obedientia populorum. idest ipsi obedient populi. Et sic est in translatione chaldaica. Alii vero dicunt ק significat congregationem. Scribitur etiam sine iod. Pro quo beatus Hieronym9 transtulit partum. Prouer. 30. Et qui despicit partum matris. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et qui despicit obedientiam matris.

Auscultatio.
Partus

יָקַע Suspendere.
Crucifigere.
Affigere.

Iacaa. affigere. suspendere. s. in patibulo. crucifigere. Nu. 25. Et suspende eos contra solem in patibulis. 1. Reg. 21. Vt crucifigamus eos domino. & in eodẽ. Qui crucifixẽrunt eos in monte coram domino. & in eodẽ. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant. Vide etiam de hoc infra in dictione תָּקַע Thacaa. Et secundum aliquos hebreos a supradicta dictiõe deriuatur dictio תְּקַע Thecaa. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. emarcuit. Geñ. 32. Et statim emarcuit. Hebrei tamen dicunt ק in predicto loco significat separare vel dislocare. Vnde in predicto loco ipsi legũt. Et separata est siue dislocata est coxa femoris iacob. i. recessit de loco coherentie eius. Et eadem dictio ponitur pro recedere. Hiere. 6. vbi dicitur. Ne forte recedat anima mea a te. Sed de hoc vide infra in dictione קָעַע Caaa cum duplici aym. Quia inde deriuatur secundum aliquos hebreos.

תְּקַע Emarcescere.
Separare
Recedere.

יָקַף Circuire.
Circũdare
Vallare.
In rotundum atondere.
In orbem transire.

Iacaph. circundare. circuire. in rotundum tõdere. in orbem transire. Ios. 6. Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem. Pro quo hebrei legunt. Et circuibitis vrbem cuncti bellatores: circuire vrbem semel per diem. Ps 16. Inimici mei animam meam circundederunt. Ps. 21. Cõcilium malignantium obsedit me, Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Concilium pessimorum valauit me. i. circundedit me. Esa. 15. Quia circundedit clamor terminum moab. Threñ. 3. Et circundedit me felle & labore. Leuit. 19. Ne in rotũdum attondebitis comam. Iob. 1. Cũq; in orbem transissent dies conuiuii. Vide etiam de hoc infra in dictione נָקַף Nacaph.

יָקַץ Euigilare.
Expergiscere.
Suscitare.

Iacas. euigilare. expergiscere. suscitari. Geñ. 9. Euigilans autem Noe de somno. & in eodem. 28. Cũq; euigilasset iacob de somno. & in eodem. 41. Expergefact9 pharao rursum dormiuit. & in eodem. Euigilans pharao post quietem. Ioel. 1. Expergiscimini ebrii & flete. Abach. 2. Et suscitabuntur lacerantes te. & in eodem. Ve qui dicit ligno expergiscere.

יָקַר Honorati
esse.
Preciosus
esse.

Iacar. honoratum vel honorabilem esse. preciosum esse. siue in precio esse. Appreciari. 1. Reg. 18. Et celebre factum est nomen eius nimis. Pro quo hebrei legunt. Et honoratum est nomen eius nimis. & in eodem. 26. Eo quod preciosa fuerit aia mea in oculis tuis hodie. 4. Reg. 5. Noli despicere animam meam & animam seruorum tuorũ qui mecum sunt. Pro quo hebrei legunt. Honorabilis vel preciosa sit anima mea & anima seruorum tuorum qui mecum sunt in oculis tuis. Et est sensus sicut in littera nostra. Ps. 35. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuã deus. Pro quo beatus Hieronym9 in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Quã preciosa est misericordia tua deus. Ps. 36. Vt honorificati fuerĩt & exaltati. Ps. 71. Et honorabile nomen eorum coram illo. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius. Ps. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Esa. 13. Preciosior erit vir auro. & in eodem. 43. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis. Ponitur ẽt pro appreciari. vt Zach. 11. Decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Item ponitur pro subtrahere. Prouer. 25. Subtrahe pedẽ tuũ de domo proximi tui. Hebrei tamen in predicto loco legũt. Preciosum. idest rarum fac pedem tuũ de domo proximi tui: quia omne rarum preciosum. Et est idem sensus cum littera nostra. Et inde nomẽ adiectiuum יָקָר Iacar. siue יְקַר Iecar. idest preciosus honorabilis. 1. Reg. 3. Et sermo dñi erat preciosus in diebus illis. Iob. 28. Omne preciosum vi-

יָקָר יְקַר Honoratũ esse.
Preciosus esse.

Honorificare.
Honorabilem esse.
Appciari. subtrahere

Preciosꝰ.

Universidad de Deusto Biblioteca

dit oculus eius.Ps.15.Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.Eccl's.10. Preciosior est sapientia paruaq; gloria ad tempus stultitia. Ponitur etiam pro honore aut magnitudine vel gloria.Ester.1. Ac magnitudinem atq; ia ctãtiã potẽtie sue.& in eo.Et cuncte vxores tam maiorũ q̃ minorum deferant maritis suis honorem.Ps.44.Filie re gum in honore tuo.Ps.48. Et hõ cum in honore esset nõ intellexit.& in lingua chaldaica scribitur aliquando cum aleph ĩ fine & dicitur יְקָרָא Iecara. Dañ.2.Et gloriã dedit tibi.& aliquãdo scribitur sine iod.vt Prouer.17.Et precio si spiritus vir eruditus.& aliquando scribitur cum duplici iod.scilicet in principio & in medio & dicitur יָקִיר Iacir. i.honorabilis.Hiere.31.Si filius honorabilis mihi ephraim. Significat etiam difficilem vel grauem.Dañ.2. Sermo eñ quem tu queris rex grauis est.idest difficilis est. Ponitur ẽt יָקָר Yacar.pro claro vel lucido.vt Iob.31.Et lunam incedẽ tem clare. Item ponitur pro precio.vt.Ps.48. Et precium redemptionis anime eorum. Zach.11. Decorum precium quo appreciatus sum. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatũ.& in plurali יְקָרִים Iecarim.vt Threñ.4. Filii siõ inclyti.i.honorabiles vel precioси. Et in genere feminino scribitur cum he vel tau in fine & dicitur יְקָרָה Iecara siue יְקָרַת Iecarath.Prouer.3.Precioсior est cunctis opib9.Esa. 28.Lapidem probatum angularem preciosum. Et in he breo scribitur in genere femininо scilicet preciosam : quia lapis in hebreo est generis feminini.& in plurali feminino יְקָרוֹת Iecaroth.3.Reg.5.Vt tollerent lapides grandes: lapi des preciosos.Põitur etiam iecaroth pro frigore.vt Zach. 14.Non erit lux:sed frigus & gelu.Hebrei tamen dicunt q̃ in predicto loco significat claritatem sicut supra dictum est Vnde in predicto loco ipsi legunt.Non erit lux clara & den sa.idest obscura: quasi dicat.Nõ erit lux multum clara neq; multum obscura sed media.sicut in eodem sequitur.Et erit dies vna que nota est domino : non dies neq; nox. Potest etiam deriuari a dictione קָרַר Carar que significat frigidi tatem:sicut est in littera nostra.

יָקַשׁ Iacas.offendere.illaqueare.irretire. scandalizare. of fendiculum siue scandalum ponere.aut laqueum siue retia ponere:scilicet more venatorum aut aucupum. Deut. 7.Neq; assumes ex eis quicq̃ ne offendas. & in eodem.12. Caue ne imiteris eas.Pro quo hebrei legunt.Caue ne illa queatus sisvel ne irretitus sis post eas.siue ne offendas post eas. Ps.123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.Ps.140.Custodi me de laqueo quem statuerũt mihi. idest quem more venatorum posuerunt mihi. Pro uer.6.Illaqueatus es verbis oris tui.Esa.8.Et cadent & cõ terentur & irretientur. Hiere.59. Illaqueaui te & capta es. Inde מוֹקֵשׁ Moces .i.scandalum offendiculum . Laqueus. Ruina. Exo.10. Vsq; quo patiemur hoc scandalum. & in eo. 23. Certe erit in scandalum tibi. Leuit.19. Nec coram ceco pones offendiculum.Ponitur etiam pro ruina.Esa.8.Et in laqueum & in ruinam habitantibus hierusalem.& in plura li מוֹקְשׁוֹת Mocsoth. secundum terminationem femininо rum.Ps.140.Et a scandalis operantium iniquitatem. Scri bitur etiam מוֹקְשִׁים Mocsim secũdum terminationem plu ralem masculinorum.Ps.139.Scandalum posuerunt mihi. Quod in hebreo legitur pluraliter scilicet scandala posue runt mihi.Ponitur etiam pro fudibus.vt Iob.40.Et in fu dibus perforabis nares eius . & inde יָקוּשׁ Iacus . Pro quo beatus Hieronymus transtulit Aucupem.Prouer.5.Et qua si auis de insidiis aucupis.Hiere.5.Insidiantes quasi aucu pes laqueos.Ponitur etiam pro ruina.Osee.9. Laque9 rui ne factus est.& inde יוּקָשִׁים Iucasim.i.capti laqueo vel re ti. Eccl's.9.Et aues laqueo comprehẽduntur : sic capiũtur homines in tempore malo.

יָרֵא Iare.timere.extimescere.Geñ.3.Timui eo qd nudus essem.& in eodem.18.Negauit sara dicens non risi:ti more perterrita.Pro quo hebrei legunt.Quia timuit. & in eodem.19.Timuerat enim manere in segor.& in eodẽ.32. Quia valde eum timeo.Exo.1. Timuerunt autem obstetri ces deum.& in eodem.2.Timuit moyses & dixit. & in eo dem.34.Timuerũt prope accedere.Leuit.19. Vnusquisq; patrem & matrem timeat.Nu.14.Neq; timeatis populum terre.Deut.4.Et discant timere me omni tempore.& in eo dem.20.Non timebis eos.& in eodem.25. Et non timue ris deum.Ios.9.Timuimus igitur valde. & in eodem.24. Timete dominum.1.Reg.18.Et saul magis cepit timere da uid.Iob.6.Et videntes plagam meam timetis.Ps.21.Qui timetis dominum laudate eum. Ps.33. Timete dominum omnes sancti eius.Ps.111.Beatus vir qui timet dominum. & in eodem.Confirmatum est cor eius non commouebi tur.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebrai cam veritatem transtulit.Firmatum est cor eius non time bit.Ps.127.Beati omnes qui timẽt dominum.Prouer.24 Time dominum fili mi & regem.& in eodem.31.Mulier ti mens deum ipsa laudabitur.Esa.59.Et timebunt qui ab oc cidente sunt nomen domini. Osee.10.Non eñ timem9 do minum.Et quando est verbum tertie coniugationis tunc si gnificat terrere.idest timere facere. vt Nec.6. Omnes eñ hi terrebant nos.& in eo.Et tobias mittebat epistolas vt ter reret me. 2. Reg.14. Nunc igitur veni vt loquar ad domi num meum regem presente populo.pro quo hebrei legũt. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meũ regem ver bum hoc quia terruit me populus. Potest etiam deriuari a dictione רָאָה Raa : que significat videre. & tunc erit talis littera scilicet videbit enim me populus. idest vidente po pulo:quod est idem cum lra nostra. Et inde verbũ passiuũ תִּוָּרֵא thiuare:qd põitur Ps.129. vbi dicitur. Quia apd te propiciatio est & propter legem tuam. pro quo hebrei le gunt. Quia apud te propiciatio est vt timeãris. vnde bea tus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ trãs tulit.Quia tecum propiciatio: cum terribilis sis. Sed si pro תִּוָּרֵא Thiuare.legatur תּוֹרָה Thora.mutata aleph vltima in he.tunc significat legem.Sicut.Lxx. transtulerunt. Inde יְרֵאָה Ira siue יִרְאַת Irath.idest timor. vt Iob.28. Timor domini ipsa est sapientia.Ps.2.Seruite domino in timore. Ps.18.Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Ps.54.Timor & tremor venerunt super me.Ps.110.Initiũ sapientie timor domini.Prouer.1. Timor domini princi pium sapientie.& inde מוֹרָא Mora.idest timor.terror. pa uor.terribilis.Geñ.9.Et terror vester ac tremor sit sup cun cta animalia.Deut.34.Magnaq; mirabilia que fecit moy ses coram vniuerso israel.quod in hebreo legitur singulari ter:scilicet magnũq; mirabile siue terribile quod fecit moy ses.tamen in hebreo aliquando ponitur singulare pro plu rali & econuerso.Ps.75.Terribili & ei qui aufert spm̃ prin cipum.Esa.8.Et timorem eius ne timeatis.& in eodẽ.Ipse est pauor vester.Malach.1.vbi est timor meus.Et in plurali מוֹרָאִים Moraim.idest terribilia siue horribilia : vel horri biles. Deut.4. Per pugnam & robustam manum exten tũq; brachium:& horribiles visiones . Pro quo he.le. Per pugnã siue in pugna & in manu robusta.& ĩ brachio exten to & in terribilibus vel horribilibus magnis . Scribitur ẽt cum he in fine loco aleph.Ps.9. Pone domine legislatorẽ super eos.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ve.trãstulit.Pone domine terrorẽ eis.Tũ si pro

Magnitudo. Honor.
יְקָרָא Gloria.
יָקִיר Honorabilis. Grauis.
יָקָר Clare. Precium.
יְקָרִים Honorabiles.
יְקָרָה יְקָרַת Precioса.
יְקָרוֹת Preciose. Frigus.
Clara.
יָקוּשׁ Sudes.
Auceps.
Ruina.
יוּקָשִׁים
Scandala.
מוֹקֵשׁ Scanda
Offendiculum. Ruina.
מוֹקְשׁוֹת Scãdala.
מוֹקְשִׁים Scãdala.
Offendere
Illaqare.
Venari.
Illaqari. Irretire.
Captl.
יָרֵא Timere.
Timor.
Terror.
Terribilis Timor. Pauor.
מוֹרָאִים Horribiles visiones.
Terribilis
תִּוָּרֵא

מוֹרָה Mora legatur מוֹרֶה More: tunc significat preceptorē vel legislatorem sicut Lxx. transtulerunt. Inde נוֹרָא Nora Terribilis idest timendus siue terribilis. Geñ. 28. Quā terribilis est in quit loc? iste. Exo. 15. Terribilis atq; laudabilis. Ps. 75. Terribilis apud reges terre. Ps. 110. Sanctum & terribile nomē eius. Esa. 18. Ad populum terribilem post quem nō est ali? & in gñe femínino נוֹרָאָה Noraa. vt Esa. 21. De terra horribili. Hebrei tamen dicunt q; in predicto loco accipitur ꝓ longinqua. Eo quod solent homines in terra peregrina & longinqua timere: cum nesciant eorum mores & consuetudines. & in plurali נוֹרָאוֹת Noraoth. i. terribilia. Ps. 64. Mirabile in equitate. Pro quo hebrei legunt. Terribilia in iustitia. Et beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Terribilis in iustitia. Ps. 105. Terribilia in mari rubro. Ps. 144. Et virtutem terribilium tuorū dicent. Ponitur etiam aduerbialiter pro terribiliter. vt. Ps. 138. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es.

Nora Terribilis

Noraa Terribilis

Noraoth Terribilia

Terribilis

יָרַד Iarad. descēdere. hūiliari. deducere. detrahere. defluere. deponere. Geñ. 11. Descendit autem dominus vt videret ciuitatem. & in eodem. 12. Descenditq; Abrā in egyptum. & In eodem. 18. Descendam & videbo. & in eodem. 43. Iam ante descendimus vt emeremus escas. & in eodē. 45. Descende ad me ne moreris. Exo. 15. Descenderūt in profundum quasi lapis. & in eodem. 19. Eo quod descendisset dominus super eum. Nu. 11. Vt descendam & loquar tibi. Iudi. 11. Dimitte me vt duobus mensibus circūeā montes. pro quo hebrei legunt. Dimitte me duobus mensibus vt vadam & descendam super montes. & dicunt aliqui hebrei q; in predicto loco ponitur per antiphrasim descendā pro ascendam. Alii vero dicunt q; ideo dicitur descendam: eo quod domus eius erat in maspha qui est locus eminentior aliis montibus circuniacētib? . & in eodem. 19. Et dies mutabatur in noctem. pro quo hebrei legunt. Et dies descēderat valde. i. descenderat vel declinauerat ad vesperam. & est sensus sicut in littera nostra. 1. Reg. 23. Ephod secum habens descenderat. & in eodem. Descendit ad petram & versabatur in deserto maon. & in eodem. 26. Aut in prelium descendens perierit. & in eodē. 29. Non descendat nobilcū in prelium. Ps. 29. Saluasti me a descendentibus in lacum. & in eodem. Dum descendo in corruptionem. &. Ps. 45. Descendant in infernum viuentes. Prouer. 30. Quis ascendit in celum atq; descendit. Esa. 30. Qui descenditis in egyptum. & in eodem. 50. Descendet in fletum. & in eodem. 63 Quasi animal in campo descendens. & in eodem. 64. Vtinam dirumperes celos & descenderes. Significat etiam humiliare vel subiicere. vt Deut. 20. Donec capias ciuitatem que contra te dimicat. pro quo hebrei legunt. Donec descēdat. i. subiiciatur. s. ciuitas. & in eodem. 28. Et destruantur muri tui firmissimi atq; sublimes. i. subiiciantur vel humilientur. Item significat deducere. i. deorsum ducere. vt Hiere. 9. Et deducant oculi nostri lachrimas. Threñ. 1. Et oculꝰ meus deducens aquas. & aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. & quando est verbum tertie coniugationis tunc significat. Deponere vel defluere aut detrahere seu deducere. Descendere facere: siue deorsum ponere aut deorsum fluere: seu deorsum trahere. vt Geñ. 24. Que festinans deposuit hydriā de humero. & in eodē. 43. Sed et aliud attulimus argentum. i. deduximꝰ. & in eodem. 45. Et adducite eum ad me. Exo. 33. Iam nūc depone ornamētum tuum. Nu. 1. Deponent leuite tabernaculum. & in eo. 4. Deponent velum quod pendet ante fores. & in eodem. 10. Depositumq; est tabernaculum. 1. Reg. 21. Defluebant sa liue eius in barbam. Ps. 54. Deduces eos in puteum interi

Descēdere

Subiicere

Deducere.

Deponere.

Adducere.

Defluere.

tus. Ps. 77. Et deduxit tāq; flumina aquas. Esa. 10. Et detraxi quasi potens in sublime residentes. & in eodem. 14. Veruntamen ad infernum detraheris. Threñ. 2. Deduc quasi torrentem lachrimas. Ezech. 32. Et detrahe eam ipsam & filias gentium. Ponitur etiam pro cōtristari. vt. Ps. 54. Cōtristatus sum in exercitatione mea. Et aliqui hebrei dicunt q; in predicto loco significat cōqueri. Ponitur ēt pro operire. vt. 3. Reg. 6. Et operuit tā cherubim q; palmas auro. Hebrei tamen dicunt q; in predicto loco significat expandere vel extendere. Quia idē significat in lingua chaldaica. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et extendit super cherubim & super palmas aurum. Inde מוֹרָד Morad. i. descensus. vt Ios. 10. Et essent in descensu bethoron. Hiere. 48. In descēsu horonaim. Item מוֹרָד Morad. i. dependens vel declinās vt. 3. Reg. 7. Quasi lora ex ore dependentia.

Detrahere

Cōtristari

Operire.

Extēdere

מוֹרָד

Decensus.

Dependēs

יָרָה Iara. iacere. proiicere. iaculari. sagittare. mittere. immittere. docere. ostendere. Exo. 15. Currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. & in eodem. 19. Aut cōfodietur iaculis. Pro quo hebrei legunt. Aut iaculatione iaculabitur. i. proiicientur in eum iacula. & est idem sensus cum littera nostra. Ios. 18. Vt coram domino deo vestro mittam vobis sortem. 1. Reg. 20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. & in eodem. Iecit aliam sagittam trans puerum. & in eodem. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miserat ionathas. & in eodem. 21. Et consecuti sunt eum viri sagittarii. i. mittētes sagittas. z. Reg. 11. Ex muro tela mittātur. 4. Reg. 13. Iace sagittam: & iecit. z. Paralip. 35. Ibiq; vulneratꝰ a sagittariis. pro quo hebrei legunt. Et iecerunt mittentes. s. iacula in regem Iosiam. Ps. 63. Et exaltabitur deꝰ: sagitte parvulorum facte sunt plage eorum. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Sagittabit ergo eos deus iaculo repentino inferētur plage eorum. Potest etiam legi sicut Lxx. transtulerūt: quia eisdē litteris vtrūq; potest scribi in hebreo: mutatis tamē punctis. Esa. 37. Non iaciet ibi sagittam. & aliquando scribitur cum aleph loco he. vt. 2. Reg. 11 Et direxerunt iacula sagittarii. idest iecerunt siue miserunt iacula. 2. Paralip. 26. Vt mitterent sagittas & saxa grandia. Scribitur etiam aliquādo sine he & sine aleph. vt Nu. 21. Iugum ipsorū disperiit ab esebon. Pro quo hebrei legunt. Proiiciemꝰ eos: periit esebon. idest proiiciemus eos & pugnabimus contra esebon. Potest etiam deriuari a dictione נִיר Nir: que in lingua chaldaica significat iugum. sicut est in littera nostra. Item יָרָה Iara. i. ostendere siue docere. vt Exo. 15. Qui ostendit ei lignum. & in eodem. 35. Dedit in corde eius. Pro quo hebrei legūt. Et ad ostendendum vel ad docendum dedit in corde eius. idest vt possint alios docere. 4. Reg. 12. Quibus docuit eū ioiada sacerdos. Iob. 6. Docete me & ego tacebo. & in eodē 27. Docebo vos per manum dei. Ps. 118. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ostende mihi domine viam preceptorum tuorum. Prouer. 4. Et docebat me atq; dicebat. Esa. 2. Et docebit nos vias suas. & in eodem. 28. Quem docebit scientiam. & in eodem. Deus suus docebit illum. Ponitur etiam pro erigere. vt Geñ. 31. En tumulus hic & lapis quem erexi. Item ponitur pro comparare. vt Iob. 30. Comparatus sum luto. idest ostēdit me eē lutū: sicut exponūt hebrei. & inde מוֹרֶה More. i. docēs siue oñdēs vel legislator. Iob. 36. Nullꝰ simílis ei in legislatoribꝰ. Ps. 83. Etenim bñdictionē dabit legislator. Pro qꝫ btūs hieronymꝰ in psalterio iuxta he. ve. trāstulit Bñdictiōe quoq; amicietur doctor. Prouer. 5. Neq; audiui vocem docentium me. Esa. 30. Et erunt oculi tui videntes

Proiicere

Iaculari.

Mittere.

Iacere.

Sagittare

יָרָה

Ostendere

Docere.

Erigere.

Comparaf

מוֹרֶה

Legislator

Doctor.

Docens.

Universidad de Deusto Biblioteca

preceptorem tuū. Ioel'.2. Qui dedit vobis doctorem iustitie. Ponitur ēt מוֹרֶה More pro illustri. vt Geñ.11. Vsq; ad cō uallem illustrē. Hebrei tñ dicūt q; in predicto loco est nomē ꝓpriū loci. & simil'r. Deut.11. Vbi dicitur. que est iuxta vallē tēdentē & intrātē ꝓcul. pro q'he.le. Que est iuxta vallem מוֹרֶה More. i. ostendens. Ponitur etiā pro excelso. Iudi.7. Ad septentrionalē plagam collis excelsi. & inde תּוֹרָה Thora. i. lex. doctrina. vt Exo.12. Eadem lex erit indigene & colono. & in codē.24. Daboq; tibi tabulas lapideas & legem atq; mandata. Deut.27. Et scribes super lapides omia verba legis. Esa.2. De sion exibit lex. & qñ post se regit genitiuum mutat he vltimū in tau. vt Exo.13. Vt lex eius semp sit in ore tuo. Leuit.6. Hec est lex hostie pro peccato. 2. Reg.7 Ista eñ est lex Adam dñe deus. Ps.1. Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur. & in plurali תּוֹרוֹת Thoroth. i. leges. vt Geñ.26. Legesq; seruauerit. Leuit.26. Hec sunt mandata atq; precepta & leges. Item יוֹרֶה Iore. i. pluuia tēporanea siue matutina. Deut.11. Dabit pluuiam terre tue temporaneā. Hiere.5. Metuam? deū qui dat nobis pluuiam tēporaneam. Ioel'.2. Et descendere faciet ad nos imbrem matutinū & serotinum. Ponitur etiā יוֹרֶה Iore ꝓ inebriare vel irrigare. Prouer.11. Et qui inebriat ipe quoq; inebriabitur. Vide etiā de hoc infra in dictione רָוָה Raua. & ēt dictio מוֹרֶה More de qua supra dictum est q; significat doctorem vel preceptorem: in aliquib? locis predictis hebrei interpretantur imbrem vel pluuiam. s. temporaneam.

מוֹרֶה Illustris

מוֹרֶה Excelsum.

תּוֹרָה Lex.

תּוֹרוֹת Leges.

יוֹרֶה Tpanea Imber matutinus

יוֹרֶה Inebriare

מוֹרֶה

יָרֵחַ, Iaréach. Luna. Mensis. Iob.25. Ecce luna etiam non splēdet. Ps.8. Lunā & stellas que tu fundasti. Ps.71. Et ante lunā in generatione & generationem. Ps.103. Fecit lunam in tempore. Esa.13. Et luna non splendebit in lumine suo. & in codē.66. Et luna tua non minuetur. Declinatur ēt pluraliter יְרָחִים Ierachim: quasi sint plures. eo q; in quoli bet mense luna innouatur. Deut.33. De pomis fructuum solis ac lune. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. lunarum. & in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine loco mem. Dan.4. Post finem mēsium duodecim. Ponitur etiam pro mense tam in singulari q; in plurali. eo quod apud hebreos cōputabantur menses lunares. Exo.2. Abscondit eum tribus mensibus. 3. Reg.6. Anno quarto fundata est dom? domini in mense Zio. & in eo. in mēse Bul. Iob.29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos.

יָרֵחַ Luna

יְרָחִים Lune.

Mensis Menses.

יָרַט, Iarat. peruertere. declinare. Nu.22. Quia peuersa est via tua: mihiq; cōtraria. Iob.16. Et manibus impiorū me tradidit. i. me declinauit siue vertit.

יָרַט Peruertere Declinare

יֶרֶךְ, Ierech siue יָרֵךְ Iarech. femur. hastile. lat?. Geñ.24. Pone manū tuā subter femur meū. & in eo.32. Tetigit neruum femoris eius. & in eodem. Qui emarcuit in femore iacob. Ezech.24. Et omnē partem bonā & femur & armū. & in plurali יְרֵכַיִם Ierechaim. Exo.28. A renibus vsq; ad femora. Pōitur etiā pro pede vel hastili cādelabri vnde procedunt calami. vt Exo.25. Hastile eius & calamos. Item ponitur pro latere vel plaga aut regione. vt Leuit.1. Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem. Scribitur etiā cum tau in fine: quod denotat genus femininū. vt Geñ.49. Pertingens usq; ad sidonē. Pro quo hebrei legunt. Et latus eius siue regio vel plaga eius vsq; ad sidonem. Exo.26. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas. Esa.14. Et sedebo in mōte testamenti in lateribꝰ aquilonis. Ponitur etiam pro angulo. vt Exo.26. Et rursum alias duas q̄ in angulis erigantur.

יֶרֶךְ Femur.

יְרֵכַיִם Femora. Hastile. Latus.

Plaga.

Angulus.

יָרַע, Iaraa. displicere. dure vel aspere accipere. callide agere. malignari. affligere. vexare. inuidere. 1. Reg.8. Displicuitq; sermo in oculis samuelis. & in eo.18. Et displicuit iu oculis eiꝰ iste sermo. 1. Paralip.21. Displicuit aūt deo qđ iussum erat. Geñ.21. Dure accepit hoc Abraā. Pro quo hebrei legūt. Et displicuit verbum siue res nimis in oculis Abraam. & in eodē. Non tibi videatur asperū. pro quo hebrei legūt. Non displiceat in oculis tuis. & est sensus sicut in littera nostra. & in eodē.38. Eo quod rem detestabilē fecerat. Deut.15 Neq; ages quipp iam callide in eius necessitatibus subleuādis. Pro quo hebrei legunt. Neq; displiceat in oculis tuis cū dederis ei. i. nec durum vel asperum tibi videatur. Ponitur etiam pro affligere siue vexare. 2. Reg.20. Nunc magis afflicturus est nos siba filius Bocri. Iob.20. Affligetur qui relictus est in tabernaculo suo. Ps.105. Et vexatus est moyses propter eos. Item ponitur pro inuidere. Deut.28. Inuidebit fratri suo. & in eodem. Inuidebit viro suo. i. callide vl' maligne aget contra eum. Ponitur etiā pro vlulare. vt Esa' 15. Super hoc expediti Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. Vide etiā de hoc infra in dictiōe רוּעַ Roa. Itē יְרִיעָה Ieriaa. cortina. sagum. Exo.26. Decem cortinas de byssō retorta. & in eodem. Longitudo cortine vnius habebit viginti octo cubitos. & in eodem. Facies & saga cilicina vndecim & in eodem. Longitudo sagi vnius habebit trīginta cubitos. Et quia cortine solebant fieri quandoq; ex pellib?: ideo nostra translatio aliquando traduxit pellem pro cortina. vt 2. Reg.7. Et arca dei posita sit in medio pelliū. i. in medio cortinarum ex pellibus. Ps.103. Extendens celum sicut pellem. Canti.1. Sicut pelles salomonis.

Dure accipere. Asperum videri

Affligere

Uexari. Inuidere

Ululare

יְרִיעָה Cortina

Sagum

Pellis.

יָרַק, Iarac. expuere. cōspuē. Leuit.15. Si saliuā huiuicemodi homo iecerit super eum qui mundus est. Nu.12. Si pater eius expuisset in faciem eiꝰ. Deut.25. Expuetq; in faciem eius. & aliquando scribitur sine iod. vt Iob.30. Et faciem meam conspuere non verentur. Esa.50. Faciem meā non abscondi ab increpantib? & cōspuentibus in me. & inde רוֹק Roc. i. saliua. sputum. Iob.7. Nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Item יֶרֶק Ierec aut יָרָק Iaroc. i. herba fenum. virens. olus. Geñ.1. Vt habeant ad vescendum. Pro quo hebrei legunt. Ois viridis herba siue omne olus herbe ad vescendum. s. sit. & in eodem.9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Deut.11. Vbi iacto semine in hortorum morē aque ducuntur irrigue. Pro quo hebrei legūt. Vbi seminabis semen tuum & irrigabis pede tuo sicut hortū oleris. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 4. Reg.19. Et virens herba tectorum. Iob.39. Et virentia queq; ꝓquirit. & inde יְרַקְרַק Ieracrac. i. viride siue pallidum. aut viror vel pallor. vt Leuit.13. Si alba vel ruffa macula fuerit infecta. Pro quo hebrei legunt. Si pallida vel ruffa macula fuerit. & in eodem.14. Quasi valliculas pallore siue rubore deformes. Ps.67. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et posteriora eius in virore auri. & inde יְרַקְרַק Ieracon. i. pallor. & ponitur pro rubigine vel aurugine. vt Deut.28. Ardore & estu & aere corrupto ac rubigine Hiere.30. Et conuerse sunt vniuerse facies in aurugine. Amos.4. Percussi vos vento vrente & aurugine. & similiter aggei.2. vbi eadem verba habentur.

יָרַק Saliuā iacere. Expuere.

Conspuere

רוֹק Saliua

יָרָק Viridis Olus.

יְרַקְרַק Virens

Pallidum

Pallor

Viror.

יְרַקּוֹן Rubigo Aurugo.

יָרַשׁ, Iaras. possidere. hereditare. acquirere. heredem esse. exterminare. disperdere. expellere. delere. cōsumere. vastare. depauperare. Geñ.15. Et ecce vernaculus meus heres meꝰ erit. ideſt hereditabit me. & in eodem. Nō erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis heredem. Pro quo hebrei legunt. Ipse hereditabit te. & in eodē.21. Non eñ erit heres filius ancille. Nu.13. Ascendamus & possideamus terram. & in eo.14. Et semen eiꝰ possidebit eā. Deut.4. Et ingrediēs possideas terrā. & in eo.12.

יָרַשׁ Hereditare Heredē ee.

Gentes ad quas ingredieris possidendas. Et in eo. Et possederis eas atq; habitaueris in terra earū. & in eo. 18. Gentes iste quarū tu possidebis terrā. Et in eo. 19. Et possederis eam habitaueriscq; in vrbibus eius. & in eo. Quam dñs deus tuus daturus est tibi in possessionē. Et in eo. 26. Quam dñs deus tuus tibi daturus est possidendam & obtineueris eam. i. possederis. Et in eo. 33. Mare & meridiem possidebit. Ios. 1. Ad possidendam terram quam dñs deus noster daturus est nobis. Et in eo. 13. Que necdum sorte diuisa est. pro quo he. le. Que necdū possessa ē. Iudi. 11. Et tu vis possidere terrā eius. Et ī eo. Nōne ea que possedit chamos deus tuus tibi iure debentur: que aūt dñs deus noster victor obtinuit in nostrā cedēt possessionē. pro quo he. le. nōne quod possidere te fecit chamos deus tuus illud possidebis: & oē quod possidere fecit siue oēs quos eiecit vel expulit dominus deus noster a facie nostra illud possidebimus Esdre. 9: Et heredes habeatis filios vestros. 1. Paralip. 28. Vt possideatis terram bonam. Ps. 36. Iusti autem hereditabūt terrā. Et in eo. Mansueti autem hereditabunt terram. Esa. 65. Et hereditabūt eā electi mei. Hiere. 49. Cur igitur hereditate possedit Melchom gad. Et ī eo. Et possidebit israel possessores suos. Osee. 9. vrtica hereditabit eos. Abdie. 1. Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt mōtē Esau. Et in eo. Et possidebit domus iacob eos qui se possederāt. i. possessores suos. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Et in eodem. Et possidebunt regionem ephraim. Zach. 9. Ecce dñs possidebit eā. Et aliqñ scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. Deut. 2. Incipe possidere. 5. Reg. 21. Surge posside vineā Naboth. Inde יוֹרֵשׁ Iores. i. heres. possessor. vt Hiere. 49. An heres non est ei. Mich. 1 Adhuc heredē adducā tibi. & inde יְרֻשָּׁה Iereſa. siue יְרוּשָׁה Ieruſa. i. hereditas. possessio. Nu. 24. Et erit idumea possessio eius. Et ī eo. Hereditas seir cedet inimicis suis. Deut. 2. Quia in possessionē esau dedi mōtē seir. & in eo. Quia filiis loth tradidi eam in possessionem. Ps. 60. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. & aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מוֹרַשׁ Moras. idest possessio. vt Esa. 14. Ponam eam in possessionem ericii. Et inde מֹרָשָׁה Morasa. siue מוֹרֶשֶׁת moreseth. i. hereditas. possessio Deut. 33. Hereditatem multitudinis Iacob. Mich. 1. Propterea dabit emissarios super hereditatem geth. significat etiam predicta dictio יָרַשׁ Iaras. exterminare. siue disperdere vel delere. aut expellere. vel consumere. siue vastare. Et tunc communiter est verbum tertie coniugatiōis. Exo. 15. Interficiet eos manus mea. i. dispdet vel exterminabit eos manus mea. & in eo. 34. Cum enim tulero gentes a facie tua. i. cū exterminauero vel expulero gētes a facie tua. Nu. 14. Feriam igitur eos pestilentia atq; consumā. Et in eo. 33. Disperdite cunctos habitatores terre illius. Et in eodē. Sin autem noluerītis interficere habitatores terre. i. exterminare vel consumere. Deut. 2. quibus expulsis atq; deletis. & in eo. Et fecit illos habitare pro eis. pro quo hebrei legunt. Et expulerunt eos & habitauerunt pro eis. Et in eo. 7. quomodo potero delere eas. Et in eo. 9. qui cōterat eos & deleat atq; disperdat velociter. Et in eodem. Sed quia ille egerunt impie introcunte te delete sunt. Et in eodē. 28. Et fruges terre tue rubigo consumet. Ios. 8. Et vastabitis ciuitatem. Iudi. 1. Nec potuit delere habitatores vallis ben iamin. Et in eo. qui deleuit ex ea tres filios enach. Iob. 13. & consumere me vis peccatis adolescentie mee. Ponitur ēt pro extrahere. vt in eo. 20. De vētre eius extrahet eas deus. Ponitur etiam pro torquere. vt in eodem. 17. Torquentes cor meum. Item significat depauperare vel pauperē facere. Geñ. 45. Ne & tu pereas & omnis domus tua. Pro quo he. le. Ne depaupereris tu et omnis dom⁹ tua. i. ne paupertate vel inopia pereas. 1. Reg. 2. Dominus pauperē facit & ditat. Iudi. 14. An idcirco vocastis nos ad nuptias vt expoliaretis nos. pro quo hebrei legunt. vt depauperaretis nos. idest vt faceretis nos pauperes. Alii vero secundū primam significationem legūt sic scilicet vt hereditaretis nos idest vt quasi iure hereditario expoliaretis nos. Prouer. 30 Aut paupertate compulsus furer. pro quo hebrei legūt. ne depauperer & furer. Inde רָשׁ Ras. i. pauper. ps. 81. & humilem & pauperem iustificate. De quo vide infra in dictione רוֹשׁ Ros. Inde תִּירוֹשׁ Thiros. idest vinum. Geñ. 27. Frumēto & vino stabiliui eum. Deut. 7. Frumento tuo atq; vindemie. Pro quo hebrei legunt. frumento tuo & vino tuo. & i eodem. 11. vt colligatis frumentum & vinum & oleū. Osee. 2. & hec nesciuit quia ego dedi ei frumentum & vinū. Ponitur etiam pro grano vue de quo vinū exprimitur. Esa. 65. Quomodo si inueniatur granum in botro.

יֵשׁ Ies est. verbū sustantiuum tertie persone. De quo vide infra in dictione יֶשַׁע Iasa.

יָשִׁישׁ Iases. siue יָשִׁישׁ Iasis. senex. antiquus. longeuus. decrepitus. 2. Paralip. 36. Non est misertus adolescentis & virginis & senis nec decrepiti quidem. vbi ponitur p decrepito. Iob. 11. Et senes & antiqui sunt in nobis. Quod in hebreo legitur in numero singulari. Et in plu. יְשִׁישִׁים vt in eo. 12. In antiquis est sapientia. Et in eo. 32. Iunior sū tempore: vos autem antiquiores. Et potest deriuari a predicta dictione יֵשׁ Ies que significat est. eo quod diu est: & longe durat.

A cognitis ſiue a notis veſtris. & inde הַכָּרָה Hacara. i. agnitio. Eſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. De quo vide ſupra in dictione הָכַר Hachar. Item נָכַר Hachar. i. alienare ſiue abalienare ſe. aut extraneum ſe facere: vl̃ diſſimulare eſſe qui eſt. Geñ. 42. Cum agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur. Pro quo hebrei legunt. Et cognouit eos & alienauit ſe ad eos. i. alienum ſe fecit eis. vel diſſimulauit ſe eſſe qui erat. 3. Reg. 14. Cum ergo illa intraret & diſſimularet ſe eſſe que erat. & in eodem. Quare aliam te eſſe ſimulas. Iob. 21. Et hec eadem illum intelligere cognoſcetis. Pro quo hebrei legunt. Et ſigna eorum non ab alienetis. i. non ſint vobis aliena vel non ignoretis. ſicut exponit Burgeñ. in additionibus ſuper p̃dicto loco. Prouer. 26. In labiis ſuis intelligitur inimicus. Pro quo hebrei legunt. In labiis ſuis alienatur inimicus. Poteſt etiam ſecundum primam ſignificationẽ legi ſic. ſ. in labiis ſuis cognoſcitur inimicus. quod eſt idem ſenſus cũ littera noſtra. Hiere. 19. Et alienum fecerunt locum iſtum. Ponitur etiã pro ſuperbire. Deut. 32. Ne forte ſuperbirent hoſtes eorũ. Ponitur etiam pro tradere: vel concludere. vt. 1. Reg. 23. Et ait ſaul tradidit eũ dñs in manꝰ meas. & inde נֶכֶר Necher: ſiue נֵכָר Nechar. i. alienatio ſiue alienus vel alienigena: aut extraneus ſeu peregrinus. Geñ. 17. Et alienigene pariter circunciſi ſunt. Exo. 12. Omnis alienigena non comedet ex eo. Deut. 31. Et fornicabit poſt deos alienos. Iob. 31. Et alienatio operantibus iniquitatem. Ps. 17. Filii alieni mentiti ſunt mihi. Ps. 80. Neq; adorabis deum alienũ. & in abdia. In die peregrinationis eius. & inde נָכְרִי Nochri. i. alienus: ſiue extraneus aut peregrinus. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere. Pro quo hebrei legũt. Non poteris cõſtituere ſuper te virum extraneum ſiue alienum. Ps. 68. Et peregrinus filiis matris mee. Soph. 1. Sup omnes qui induti ſunt ueſte peregrina· & in plurali נָכְרִים Nochrim. Eſa. 2. Et pueris alienis adheſerũt. & in Abdia. Et extranei ingrediebantur portas eius. & in genere femino נָכְרִיָּה Nochria. vt Prouer. 5. Et foueris in ſinu alteriꝰ Pro quo hebrei legunt. Et amplexaberis ſinum extranee: ſiue aliene. & in eodem. 7. Et ab aliena que verba ſua dulcia facit. Eſa. 28. Peregrinum eſt opus eius ab eo. & in plurali נָכְרִיוֹת Nochriioth. i. aliene ſiue extranee. Geñ. 31. Nõne quaſi alienas reputauit nos.

Alienare

Diſſimulare ſe eſſe q̃ eſt. Simulare

Alienũ facere. Supbire

Tradere. נֶכֶר נֵכָר

Alienigẽa

Alienatio Alienus

Peregrinatio. נָכְרִי

Extraneus Peregrinus. נָכְרִים

Alieni. Extranei

נָכְרִיָּה

Extranea

Aliena. peregrinũ

נָכְרִיוֹת

Aliene.

נְכֹת
Aromata.

נְכֹת Nechoth. aromata. Geñ. 37. Et camelos eorum portãtes aromata. Et in predicto loco ſcribitur cum aleph in medio. Eſa. 39. Et oſtendit eis cellam aromatum.

נָלָה
Deeſſe.
מִנְלָה
cõſumatio.
Radix.

נָלָה Nala. conſumare. deeſſe. Eſa. 33. Cum fatigatus deſieris cõtẽnere cõtẽneris. & inde מִנְלָה Minla. i. cõſumatio. ſecundum hebreos. Pro quo beatus Hieronymꝰ trãſtulit radicem. Iob. 15. Nec mittet in terram radicem ſuam.

נָמַל
circũcidẽ.

נָמַל Namal. excidere. ſcindere. circuncidere. cõterere. atterere. Geñ. 17. Et circuncidetis carnem preputii veſtri & in eodem. Et alienigene pariter circunciſi ſunt. & in eo. 34. Ritum gentis imitantes. Pro quo hebrei legunt. Sicut ipſi circunciſi ſunt. Et communiter ſcribitur ſine nun.

Conterere
Atterere.

Iob. 14. Quaſi flos egreditur & conteritur. & in eodẽ. 18. Et ſurſum atteratur meſſis eius. & in eodem. 24. Et ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Vide etiam de hoc ſupra in dictione מוֹל Mol. Itẽ נְמָלָה Nemala. i. formica. Prouer. 6. Vade ad formicam o piger. & in plurali נְמָלִים Nemalim. ſecundum terminationem pluralem maſculinorũ. vt in eodem. 30. Formice populus infirmus.

נְמָלָה
Formica.
נְמָלִים
Formice.

נָמֵר
Pardus.

נָמֵר Namer. pardus. Hiere. 5. Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. & in eodem. 13. Aut pardus varietates ſuas Oſee. 13. Et ego ero eis ſicut leena & ſicut pardꝰ in via Aſſyriorum. & in plurali נְמָרִים Nemarim. Abach. 1. Leuiores pardis equi eorum.

נְמָרִים
Pardi.

נָס Nas. In lingua chaldaica ſignificat iram vel furorem. Dañ. 2. Rex in furore & ira magna.

נָס
Furor.

נָסַס
Signari. Leuare.

נָסַס Naſas. leuare. exaltare. eleuare. ſignare. ideſt vexillũ aut ſignum leuare. fugere. confugere. Ps. 4. Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui dñe. Pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in pſal. iuxta he. ve. trãſtulit. Leua ſup nos lumẽ vultus tui dñe. Eſa. 59. Quẽ ſpũs dñi cogit. Pro q̃ he. le. Spiritus dñi leuauit ſeu eleuauit ſignũ ſeu vexillum in eo. Zach. 9. Quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. Ponitur etiam pro fugere. Ps. 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant a facie arcus. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Dediſti metuentibus te ſignum ſeu vexillum vt ſignentur ante firmitatem ſeu veritatem. vel ſic. vt eleuent ſignum ſeu vexillum coram veritate vel firmitate. Eſa. 10. Et erit terrore profugus. vide etiam de hoc ſupra in dictione מַסַּס Maſas. & in dictione נוּס Nus. & inde נָס Nes. ideſt exaltatio ſeu eleuatio. Exo. 17. Et vocauit nomẽ eius dominus exaltatio mea. Significat etiam ſignum ſeu vexillum eo quod eleuatur in bello & ad eum milites confugiunt. Nu. 21. Et pone eum pro ſigno. Eſa. 11. Et leuabit dominus ſignum in nationibus. & in eodem. 30. Et quaſi ſignum ſuper collem. & in eodem. 33. Vt leuare ſignum non queas.

Leuare ſignum. Eleuare. Fugere.

נָס
Exaltatio.

Signum.

נָסַג
Comprehẽdere. Aſumere. ſ. terminos. Trãſſere. ſ. terminos.

נָסַג Naſag. comprehendere. aſſumere vel tranſferre. ſ. terminum. retrorſum conuerti. Mich. 2. Non comprehẽdet confuſio. Deut. 19. Non aſſumes & tranſferes termios proximi tui. Vbi vtrũq; ſignificatum comprehendit trãſlatio noſtra ſub uno verbo hebraico. ſcilicet aſſumes & trãſſeres. & in eodem. 27. Maledictus qui tranſfert terminos p̃ximi ſui. ideſt comprehendi facit. ſicut exponunt hebrei. Prouer. 22. Ne tranſferas terminos antiquos. & in eodem. 23. Ne attingas terminos paruulorum. Pro quo hebrei legunt. Ne attingas ſiue ne tranſferas terminos ſeculi. ideſt terminos antiquos: nam eadem verba ponũtur in hebreo ſicut ſupra capꝰ. 22. Oſee. 5. Quaſi aſſumentes terminũ. Scribitur etiam cum ſin & puncto ceboleth loco ſamech. Iob. 24. Alii terminos tranſtulerunt. Significat etiam auerti vel conuerti retrorſum. Deut. 39. Auertantur retrorſum & reuereantur. Ps. 69. Auertantur retrorſum & reuereantur qui volunt mihi mala. Eſa. 42. Conuerſi ſunt retrorſum confundantur confuſione. & in eodem. 59. Et auerſi ſumus ne iremus poſt tergum dei noſtri. vide etiam de hoc infra in dictione סוּג Sug.

Attingere terminos

auerti retroſum. Conuerti. retroſuz

נָסָה
Tentare.

נָסָה Naſa. Tentare. probare. aſſueſcere vel conſuetudinem habere. Geñ. 22. Tentauit deus Abraam. Exo. 16. Vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea. & in eodem. 17. Quia tentauerunt dominum. & in eodem. 20. Vt enim probaret vos venit deus. Deut. 6. Non tentabis dominum deum tuum ſicut tentaſti in loco tentationis. Iob. 4. Si ceperimus loqui tibi forſitan moleſte accipies. ideſt ſi tentauerimus vel probauerimus loqui. Ps. 94. Vbi tentauerunt me patres veſtri. Significat etiam aſſueſcere vel conſuetudinem habere. 1. Reg. 17. Non enim habebat conſuetudinem. Et in eodem. Non poſſum ſic incedere quia non vſum habeo. Eccl̃s. 2. Vadam & affluam deliciis. Pro quo hebrei legunt. Et aſſuefaciam te deliciis. Inde מַסָּה Maſa. ideſt tentatio. Exo. 17. Et vocauit nomen loci illius tẽtatio. Et in plurali מַסּוֹת Maſoth. vt Deut. 29. Tẽtationes magnas. Ponitur etiam מַסָּה Maſa. pro pena. Iob. 9. Et non de penis innocentium rideat. pro quo hebrei le-

Probare.

Conſuetudinẽ habere Vſum hꝫe. Aſſuefacere.

מַסָּה
Tẽtatio.
מַסּוֹת
מַסָּה
Pena.

Tentationes.

gunt. In tentationem innocentiū irridebit.

נָסַח Demoliri. Auferre. Euellere.

Nasach. Demoliri. auferre. siue euellere. vt Prouer. 15. Domum superborum demolietur dominus. Ponitur etiam pro auferre vel euellere. vt Deut. 28. Vt auferamini de terra. Ps. 51. Et emigrabit te de tabernaculo tuo. ꝑ quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et euellet te de tabernaculo tuo. Prouer. 2. Et qui iniqꝫ agunt auferentur ab ea. Esdre. 6. Tollatur lignum de domo eius. idest euellatur. & inde מַסָּח Masach. i. deuastatio vel demolitio: secundum hebreos. 4. Reg. 11. Et custodietis domus mesach. pro quo hebrei legunt. Et custodietis excubias domus a demolitione siue a deuastatione. vel sic. Et custodietis custodiam domus ruinose. Potest etiam esse nomē proprium sicut est in littera nostra.

מַסָּח deuastatio

נָסַךְ Libare.

Nasach. libare. fundere. miscere. conflare. constituere ordinare. ordiri. Exo. 25. In quibus offerenda sunt libamina. Pro quo hebrei legunt. In quibus libandum est. Et in eodem. 30. Nec libabitis. pro quo he. le. Et libamē nō libabitis super illud. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Nu. 28. Et libabitis vini quartam partem hyn. 2. Reg. 23. Sed magis eam libauit domino. Esa. 29. Quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Osee. 9. Non libabunt domino vinum. & inde נֶסֶךְ Nésech. idest libamē seu libatio. Nu. 28. Iuxta omnem ritum sacrificii matutini & libamentorum eius. Et in eodem. Et liba que rite fundūtur. Et in eo. Libamenta autem vini que per singulas fundenda sunt victimas. Deut. 32. Bibebant vinum libaminū suorum. Hiere. 32. Et libabant diis alienis libamina. Ioel. 1. Periit sacrificiū & libatio de domo dñi. Et in eo. 2. Sacrificiū & libamen domino deo nostro. & inde מֶסֶךְ Mésech. seu מִמְסָךְ Mimsach. idest mixtum: seu libamen vel libatio. Ps. 74. Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Esa. 65. Et libatis super eam. pro quo hebrei legunt. Et impletis ipsum meni libatione seu mixtione. De quo vide supra in dictione מָנָה Mana. Item נָסַךְ Nasach. idest conflare. Esa. 40. Nunquid sculptile cōflabit faber. Et in eo. 44. Et sculptile conflauit ad nihil vtile. Hiere. 10. Quoniā falsum est quod conflauit. Et inde נֶסֶךְ nésech. idest conflatile Esa. 48. Et sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista. Ponitur etiam pro simulachro. Esa. 41. Et vētus & inane simulachra eorum. Dañ. 11. Insuper & deos eorum & sculptilia eorum. & inde מַסֵּכָה Masecha. idest conflatile: seu fusile. Exo. 32. Fecerūtqꝫ sibi vitulum conflatilem. Et in eo. 34. Deos cōflatiles non facies tibi. Osee. 13. Feceruntqꝫ sibi cōflatile de argento suo. Item נָסַךְ Nasach. idest constituere. seu ordinare. Ps. 2. Ego aūt constitutus sum rex ab eo. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Ego autem ordinaui regem meum. Prouer. 8. Ab eterno ordinata sum. & inde נְסִיכִים nesichim. idest principes seu rectores. & solum inuenitur in nu. plu. Ps. 82. Et sicut zebee & salmana omnes principes eorum. Significat etiam predicta dictio ordiri. vt Esa. 30. vt ordiremini telā & nō per spūm meum. & in eo. 25. Et telā quā ordítus est sup oēs natiōes. & inde מַסֵּכָה Masecha. siue מַסֶּכֶת Masácheth. i. tela seu liciū vt in duobus locis predictis. & Iudi. 16. Si inquit septē crines capitis mei cum licio plexueris. Et in eodem. Extraxit clauum cū crinibus & licio. Ponitur etiam pro pallio. Esa. 28. Et pallium breue vtrūqꝫ operire non potest.

Libamētū

Libamen.

Libatio.

מֶסֶךְ

מִמְסָךְ Mixtum.

Libatio.

נֶסֶךְ Conflare.

נֶסֶךְ Cōflatile. Simulachrum.

מַסֵּכָה Cōflatile.

נָסַךְ Cōstituere

Ordinare

נְסִיכִים Principes.

Ordiri.

מַסֵּכָה

מַסֶּכֶת Licium.

Pallium.

נָסַע Pergere. Progredi Proficisci Gradiri.

נָסַע nasaa. Pergere. proficisci. progredi. recedere. moueri Geñ. 12. Perrexitqꝫ abraam vadens & vltra progrediens ad meridiē. Et in eo. 20. Profectus ide Abraā venit in terram australem. Et in eodem. 33. Gradiamur simul. Pro quo hebrei legunt. Proficiscamur & ambulemus. Et in eodem. 46. Profectusqꝫ israel cum omnibus que habebat. Exo. 12. Profectiqꝫ sunt filii israel de ramases. Et in eodē. 13. Viderunt egyptios post se. pro quo he. le. Et viderunt & ecce egyptus proficiscebatur siue pergebat post se. & in eodē 14. Tollensqꝫ se angelus domini. i. mouit se siue ꝑfectus est angelus dñi. Nu. 10. Quando mouēda sunt castra. Et in eo. Mouebūt castra primi qui sunt ad orientalē plagā. & in eo. Leuabunt tentoria qui sunt ad meridiē. pro quo he. le. Mouebunt castra. Et in eo. Mouerūtqꝫ castra primi iuxta imperiū dñi. Et in eo. Profectiqꝫ sunt de monte dñi. Et in eodē. Cumqꝫ eleuaretur arca. idest cumqꝫ moueretur arca. Et in eo. 11. Ventus aūt egrediens a dño. i. pergens. Et in eo. 33. Profecti igitur de rameses. Et in eodem. Inde egressi venerunt contra phiairoth. Esdre. 8. Promouimus ergo a flumine Aua. 1. Profecti sumus. Ponitur etiam pro auferre. vt Iob. 4. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis. Esa. 38. Generatio mea ablata est. Et inde verbū tertie coniugationis. i. proficisci facere seu mouere facere. Beatus hieronymus transtulit Tollere seu extrahere aut transferre. Exo. 15. Tulit autem moyses israel de mari rubro. idest proficisci fecit. Iudi. 16. Et apprehēdit ambas porte fores. idest tulit seu extraxit. Et in eo. Extraxit clauū cū crinibus. 3. Reg. 5. Precepitqꝫ rex vt tollerent lapides grandes. 4. Reg. 4. Et cum plena fuerint tolles. Eccl's. 10. Qui transfert lapides & inde מַסָּע Masaa. idest profectio. Geñ. 13. Reuersusqꝫ est per iter quo venerat. idest per profectiones quibus venerat Deut. 10. Vade & precede populum. Pro quo hebrei legūt. Vade in profectione ante populum. idest perge ante populum. & in plurali. מַסָּעִי Masee. Pro quo beatus hieronymus transtulit Mansiones. nu. 33. He sunt mansiones filiorum israel. Et in eodem. Quas descripsit moyses iuxta castrorū loca que domini iussione mutabant. Pōitur etiam מַסָּע masaa pro armis bellicis. Iob. 41. nec hasta nec thorax. ꝑ quo hebrei legunt. Hasta & arma & thorax.

Monere.

Egredi. Promouere.

Tollere.

Extrahere.

Trāsferre. מַסָּע

Profectio

מַסָּעִי Māsiones

מַסָּע arma.

נָסַק nasac. Ascendere. scandere. Ps. 138. Si ascendero in celum tu illic es. Et inde verbum tertie coniugationis ꝙ significat ascendere facere. siue eleuare vel educere de aliquo profundo. Dañ. 3. porro viros illos qui miserant sydrach misach & abdenago. Pro quo hebrei legunt. Qui a scēdere fecerant. Et in eodem. 6. Et danielem precepit educi de lacu. & in eodem. Eductusqꝫ est daniel de lacu.

נָסַק ascendere.

Educere.

נָעַל naal. Claudere. offirmare. scilicet clausura vel sera. claudere. Iudi. 3. Clausis diligentissime ostiis cenaculi & offirmatis sera. Et in eodem. Viderunt clausas fores cenaculi. Canti. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus. idest clausus. & inde מַנְעוּל manul. idest sera seu vectis quo ostium clauditur. Nee. 3. Et statuerunt valuas eius & vectes. in alio vero loco. Beatus hieronymus transtulit Pesulum ostii. Canti. 5. Pesulum ostii mei aperui dilecto meo. Item נָעַל naal. idest calciare. 2. Paralipo. 28. Cumqꝫ vestissēt eos & calciassent. Ezech. 16. & calciaui te hyacintho. & inde נָעַל náal. cum accentu in prima. idest calciamentum. Exo. 3. Solue calciamentum de pedibus tuis. Deut. 25 Et tollet calciamentum de pede eius. Et in eodem. Et vocabitur nomen eius in israel domus discalciati. Pro quo hebrei legunt. Domus discalciati calciamenti. ps. 59. In idumeam extendam calciamentum meum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִנְעָל manal. Deut. 33. ferrum & es calciamentum tuum. & in plurali נְעָלִים nealim siue נַעֲלַיִם naalaim. Exo. 12. Et calciamenta habebitis in pedibus. Esa. 5. nec rumpetur corrigia calciamenti eius. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet calciamentorum eius. Et in eodem. 11. Ita vt transeant per eum calciati. pro quo

Offirmare Claudere. Cōcludere

מַנְעוּל Vectis. Pesulum.

נָעַל Calciare.

נָעַל Calciamē tum.

מִנְעָל calciamētū

נְעָלִים calciamēta

נַעֲלַיִם

hebrei legunt. vt tranſeant per eum cū calciamētis. Amos. 2. Et pauperem pro calciamentis. Reperitur etiam נַעֲלוֹת Naaloth. ſecundum terminationem pluralem femininorū Ioſ. 9. Calciamentaq; perantiqua que ad indicium vetuſtatis pitatiis conſuta erant.

Calciamēta.

נַעַם Naam. ſuaue vel iocundum eſſe: ſeu dulce vel amenū eſſe. placere. decorum eſſe. 2. Reg. 1. frater mi ionatha decore nimis. Pro quo hebrei legūt. frater mi ionatha iocūdus vel ſuauis fuiſti mihi nimis. ſiue placuiſti mihi nimis aut decor⁹ fuiſti mihi nimis. ps. 140. Et audiāt verba mea quoniam potuerunt. pro quo beatus hierōymus in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. Et audient verba mea quoniam decora ſunt. Prouer. 2. Et ſcientia anime tue placuerit. Et in eo. 9. Et panis abſconditus ſuauior eſt. Et in eodem. 24. Qui arguunt eum laudabuntur. Pro quo hebrei legunt. Et arguētibus ſuaue ſiue iocūdum eſt. & inde נָעִים naim. i. iocūdus. ſuauis. decorus. egregius. 2. Reg. 23. Egregius pſaltes iſrael. Ps. 80. Pſalterium iocundum cum cithara. Ps. 132. Ecce q̄q̄ bonum & q̄q̄ iocundum. ps. 134. Pſallite nomini ei⁹ quoniam ſuaue eſt. Ps. 146. Deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio. Prouer. 22. Que pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo. Et in eo. 24. Vniuerſa ſubſtantia preciosa atq; pulcherrima. & in plu. נְעִימִים Neimim. 2. Reg. 1. Saul & ionathas amabiles & decori valde. Iob. 31. Complebunt dies ſuos in bono & annos ſuos in gloria. pro quo hebrei legunt. Et annos ſuos in iocunditatibus vel in ſuauitatibus. Et inde נֹעַם Noam. ideſt iocunditas. vel ſuauitas. aut decor. ps. 90. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et ſit decor dñi dei noſtri ſuper nos. Prouer. 16. Fauus melis compoſita verba. pro quo he. le. Fauus melis verba iocunditatis vel ſuauitatis. Et in plu. נְעִימוֹת Neimoth. ps. 16. Delectationes in dextera tua in eternum. pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio trāſtulit. Decores in dextera tua eternos. Et aliquando ſcribitur cum mem in principio. ps. 140. & non cōmunicabo cum electis eorum. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Nec comedere in deliciis eorum. ideſt in ſuauitatibus eorum. Scribitur etiam cū nun in fine & dicitur נַעֲמָן naaman. & in plu. נַעֲמָנִים naamanim. Eſa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelem. Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes iocundas vel ſuaues.

Decorū cē
Iocūdū cē
Placere.
Egregius.
Iocūdus.
Suauis.
Pulchrus
Decori.
Iocunditates
Decor.
Decores.
Delicie
Iocūde

נַעַץ Naas. Genus arboris humilis. & ſcribitur cum duplici ſádich & dicitur נָעֲצוּץ naaſus. pro quo beatus hieronymus tranſtulit ſaliunculam. Eſa. 55. pro ſaliuncula aſcēdet abies. Et in plu. נַעֲצוּצִים naaſuſim. pro quo beatus hieronymus tranſtulit fruteta. Eſa. 7. Et vniuerſis frutetis & in vniuerſis foraminibus.

Saliūcula
Fruteta.

נָעַר Naar. excutere. cōcutere. expergiſci. ſiue conſurgere. Exo. 14. Et inuoluit eos dominus in mediis fluctib⁹. pro quo hebrei legunt. & excuſſit dñs egyptios in medio maris. Ps. 135. Et excuſſit pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Iudi. 16. Egrediar ſicut ante feci & me excutiā. Nec. 5. Inſuper excuſſi ſinum meum & dixi: ſic excutiet deus omnem virum. Iob. 38. Et excuſſiſti impios ex ea. Ps. 108. Et excuſſus ſum ſicut locuſta. Eſa. 33. Et concuſſa ē baſan & carmelus. Et in eo. Et excutit man⁹ ſuas ab omni munere. Et in eodem. 52. Excutere de puluere. Hiere. 51. Excutient comas veluti catuli leonum. Significat etiam expgiſci vel conſurgere. Zach. 2. Quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. & inde נְעָר nóar. ideſt excuſſio. p quo beatus hieronymus trāſtulit tempeſtatem. Iob. 36. Morietur in tempeſtate animae eorum. & inde נְעֹרֶת neoreth. i. ſtuppa. ſeu fauilla ſtuppe q̄ excutitur ex lino. Iudi. 16. Quomodo ſi rūpat quis filum de ſtuppa. Eſa. 1. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe. Itē נַעַר naar. i. puer. iuuēis. adoleſcēs. Geñ. 37. Paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer. Et in eo. Puer non comparet. Ruth. 2. Dixitq; booz iuueni qui preerat meſſoribus. 1. Reg. 1. puer autem erat adhuc infantulus. Prouer. 1. Et adoleſcenti ſciētia & intellectus. Hiere. 1. Quia puer ego ſum. Accipitur ēt pro miniſtro vel famulo. eō quod communiter puer maiori & ſeniori miniſtrat. Iudi. 7. Deſcendat tecum phara puer tuus. ideſt miniſter vl famulus tuus. 4. Reg. 5. Dixitq; giezi puer viri dei. i. miniſter eius. Ponitur etiam pro ignaro vel rudi. 2. Paralip. 13. Porro roboan erat rudis & corde pauido. Accipitur etiam pro quocunq; animali dum eſt in tenera etate. Zach. 11. Diſperſum non queret & contritum non ſanabit. pro quo hebrei legunt. puerum non queret. ideſt pecus tenerum non queret. Et in plurali נְעָרִים nearim. ideſt pueri. iuuenes. adoleſcentes. 2. Reg. 2. Surgant pueri. 3. Reg. 20. per pediſequos principum prouinciarum. pro quo hebrei legunt. p pueros principum prouinciarum. Et in eodem. Egreſſi ſūt autem pueri principū prouinciarum. Iob. 29. Videbāt me iuuenes & abſcondebantur. Ponitur etiam pro miniſtris. Nec. 5. Sed & miniſtri eorum depreſſerant populum. Et in genere femininо נַעֲרָה naara. Geñ. 24. puella decora nimis. Ruth. 2. Cuius eſt puella hec. 3. Reg. 1. Queramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem. Et in plurali. נְעָרוֹת nearoth. Geñ. 24. Igitur rebecca & puelle illius aſcēſis camelis ſecute ſunt virum. Exo. 2. Et puelle eius gradiebātur per crepidinē aluei. Eſter. 2. querātur regi puelle virgines. & ide נְעוּרִים neurim. i. puericia. iuuētus. & declinatur tantum pluraliter. ps. 128. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. ps. 127. Ita filii excuſſorum. pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Ita filii iuuentutis. Poteſt etiam legi excuſſorum ſecundum primam ſignificationem. Reperitur etiam נְעוּרוֹת neuroth. ſecundum terminationem pluralem femininorum. Hiere. 32. Iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

Puer.
Iuuenis. Adoleſcēs
Miniſter. Famulus.
Rudis.
Pecus tenerum.
Pueri.
Iuuenes. Miniſtri.
Puella. Adoleſcentula
Puelle.
Iuuentus.
adoleſcētia

נָפַח naphach. inſuflare. inſpirare. exſuflare. ſpirare. succendere. affligere. Geñ. 2. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vite. Eſa. 54. Ecce ego creaui fabrum ſuflantem in igne prunas. Ezech. 22. Vt ſuccendā in ea ignē ad cōflandū ideſt ad ſuflandum. Et in eodem. 37. Et inſufla ſuper interfectos iſtos. Aggei. 1. Et intuliſtis in domum & exſuflaui illud. Malach. 1. & exſuflatis illud. Hiere. 15. Defecit anima eius. ideſt ſpirauit. ponitur etiam pro ſuccendere. Iob. 20. Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur. Et in eo. 41. Sicut olle ſuccenſe atq; feruentis. Hiere. 1. Ollam ſuccenſam ego video. & inde מָפוּחַ mapūach. ideſt ſuflatorium quo ignis ſuccenditur. Hieremie. 6. Defecit ſuflatorium in igne. ponitur etiam predicta dictio pro affligere. Iob. 31. Et animam agricolarum eius afflixi. & ide מַכָּה mapach. ideſt dolor ſeu afflictio. pro quo beatus hieronymus tranſtulit abominationem. Iob. 11. Et ſpes illorum abominatio anime.

Inſpirare
Suflare.
Inſuflare.
Exſuflare.
Spirare.
Succēdere
Suflatoriū
Affligere.
abominatio

נֹפֶךְ Nópech. carbunculus lapis precioſus. Exo. 28. In ſecūdo. ſcilicet verſu carbūculus & ſapphyrus & hyaſpis. Ezech. 28. Sapphyrus & carbunculus & ſmaragdus.

Carbūculꝰ

נָפַל Naphal. cadere. concidere. ruere. corruere. iacere. irruere. inferiorem eſſe. tranſfugere. Geñ. 4. Et cōcidit vultus eius. & in eo. Cur concidit facies tua. Et in eodem. 15. Sopor irruit ſuper abraam & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. ideſt cecidit ſuper eum. Et in eodem. 17. cecidit Abraam in faciem ſuam. Et in eodem. 24. Deſcendit

Concidere
Irruere.
Cadere.

de camelo.pro quo hebrei legunt.Cecidit de camelo.Et in eodem.25.Coram cunctis fratribus suis obiit.idest cecidit. Et aliqui hebrei exponunt sic.scilicet cecidit ei possessio coram cunctis fratribus suis.Et in eodem.50.Quod cernens ioseph ruit super faciem patris.Leuit.26.Et corruent corā vobis.Et in eodem.Cadēt inimici vestri gladio.Nu.6.Ita tamen vt dies priores irriti fiant. Pro quo hebrei legunt. Et dies priores cadant.idest cadant de numero vt nō computentur.Deut.22. Et sis reus labēte alio & in preceps ruēte.Ios.2.Etenim irruit in nos terror vester.Iudi.7. Et oēs orientales populi iacebant in valle.2.Regū.1.Sciebam enī q viuere non poterat post ruinam.idest postq̄ cecidit.3. Reg.8.Non cecidit nec vnus quidem sermo.4.Reg.10.vide ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram.Nee.6.Et conciderent intra semetipsos.pro quo hebrei legunt.Et ceciderunt valde in oculis suis.idest inferiores sibi ipsis videbantur ex quo non preualuerant aduersus hebreos.Et simile verbum habetur.Iob.12.Vbi dicitur nec inferior vestri sum.p quo in hebreo legitur. Nec cadens ego a vobis.& est sensus sicut in littera nostra. & in eodem.14.Mons cadens defluit.pro quo hebrei legunt. Mons cadens cadet siue corruet.Ps.19.Ipsi obligati sunt & ceciderunt.Ps.36.Cum ceciderit non collidetur.Ps.144. Alleuat dominus omnes qui corruunt.Esa.9.Et cecidit in israel.Et in eodem.14.Quomodo cecidisti de celo lucifer Et in eodem.21.Cecidit cecidit Babylon. Hiere.51. Et cadent interfecti in terra chaldeorum. Et in eodem. Subito cecidit babylon.Iocł.2.Sed & per fenestras cadent. Amos 8.Et cadent & non resurgent.Et aliquando scribitur cum duplici lamed. Ezech.28. Et corruent interfecti in medio eorum.Significat etiam transfugere aut profugere.vel adiungere se aliis.1.Reg.29.Ex die qua transfugit ad me.4. Reg.7.Venite ergo & transfugiamus ad castra syrie.1.Paralip.12.Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum.idest transfugiet ad dominum suum.Et in eodem.trāsfugerunt ad eum de manasse.Hiere.21. Qui egressus fuerit & transfugerit ad chaldeos.Et in eodem.37. Ad chaldeos profugis.Et in eodem.52.Et de profugis qui transfugerant ad regem babylonis.Esa.54.Aduena quondam tuus adiungetur tibi.Inde verbum tertie coniugationis.idest cadere facere: seu proiicere: vel dimittere:siue ꝓsternere.Iudi.2.nō diuiserūt adinuentiōes suas.i.nō ꝓiecerūt.1. Reg. 3.Non cecidit ex omnibus verbis eius in terra.pro quo hebrei legūt. Nō cadere fecit:siue nō proiecit ex oībus verbis eius.Iob.29.Et lux vultus mei non cadebat in terra.ꝑ quo he.le.Et lucē vultus mei non faciebant cadere.ps.105. vt ꝓsterneret eos ī deserto.i.cadere faceret.signāt ēt fortē ꝓiicere.i.forte mittere vel forte diuidere.Ios.13.Veniat ergo in partē hereditatis israel.pro quo he.le.Proiice eā in hereditatē israeli.i.forte diuide eā.& in eo.23.Et nūc quia forte diuisi.ps.77.Et forte diuisit eis terrā in funiculo. Prouer.1. Sortē mitte nobiscū.Ione.1.venite & mittamus sortes. Et in eo.& miserunt sortes & cecidit sors super ionam. Et īde verbū quarte cōiugatiōis.i.prosternere se siue iacere.Deut. 9.Et procidi añ dñm sicut prius quadraginta diebus.i.iacui siue prostratus sum ante dñm.Et in eo.Et iacui corā domino quadraginta diebus & noctibus.Et in eo. Quib9 eū supplicīter deprecabar.pro quo he.le.Quibus iacui siue quibus prostratus fui.Pōitur ēt ꝑ subiicere.Genī.43.Et violēter subiiciat seruituti & nos & asinos nostros. & inde מַפָּלָה Mapala.i.ruina. Esa.17. Et erit quasi aceruus lapidum in ruina·Et in eo.23.posuerunt eā in ruinā. & in eo.25. vrbē fortē in ruinā.Ezech.3.Et in ruina eius habitabūt vniuersa volatilia celi.& inde מַפָּל Mapal.i.quisquilie que cadūt de frumento.Amos.8.Et quisquilias frumenti vendamus & inde מַפֹּלֶת Mapoleth.idest cadauer.Iudi.14.Declinauit vt videret cadauer leonis.& in numero plurali מַפָּלֵי Mapale.& ponitur pro membris.Iob.41. Membra carniū eius coherentia sibi.Et inde נֵפֶל nēpel.idest abortiuus:eo quod cadit ex vtero.Iob.3.Aut sicut abortiuū absconditum non subsisterē.Ps.57. Supercecidit ignis:non viderunt solem. Pro quo btūs hiero.in psalterio iuxta he.ve.transtulit.quasi abortiuum mulieris quod non vidit solem.Eccl's.6.pronuncio q melior illo sit abortiuus.& īde נְפִילִים nephilim. idest gigantes.eo quod propter sui magnitudinem ceteri humiliores videntur cadere ante eos.vel quia irruit timor eorum super alios.Genī.6.Gigantes autem erant super terram in diebus illis.Nu.13.Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enach.pro quo hebrei legunt.Ibi vidimus gigantes filios enach.

נָפַץ Napas.dispergere.disgregare.disseminare. diuidere. allidere.collidere.conterere.confringere.Genī. 9. Et ab his disseminatum est omne genus hoīm super vniuersam terram.pro quo hebrei legunt.& ab his dispersa ē omnis terra.& est sensus sicut in littera nostra.Et in eo.11. Anteq̄ diuidamur in vniuersas terras.& in eo. Inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum.Et in eo. 49.& dispergam eos in israel.1.Reg.13.quia vidi q populus dilaberetur a me.idest dispergeretur a me.2. Reg.18. fuit autem ibi prelium dispersum super faciē vniuerse terre.3.Reg.22.Vidi cunctum israel dispersum in montibus Hiere.9.Dispergā eos in gentibus. & in eodem. & omnis grex eorum dispersus est.Esa.35.Ab exaltatione tua dispersi sunt gentes.Hiere.13.Et dispergā eos virum a fratre suo. Ezech.20.& cōgregabo vos de terris in quibus dispsi estis Soph.3.supplices mei filii dispersorum meorū.hebrei tn̄ ī p̄dicto loco dicūt q est nomē proprium & legunt sic.Athara filia phusai.& interpretatis his nominibus est sensus sicut in littera nostra.Significat etiam allidere. vel cōfringere.vt Iudi.7.Et hydrias confregissent. ps.2. Et tanq̄ vas figuli confringes eos.Ps.136.& allidet paruulos tuos ad petrā.Esa.27.sicut lapides cineris allisos.Hiere.4. & lagūculas eorū collident.& in eodem.22.nunquid vas fictile atq̄ cōtritum vir iste hieconias.& in eo.51.Collidis tu mihi vasa belli:& ego collidā in te gentes.& in eo.& collidam in te equum & equitē eius.& inde נֶפֶץ nephes. i.allisio. Esa.30. Allidet in turbine.pro quo he.le. Allisio turbinis. & inde מַפֵּץ Mapas.i.instrumentum siue vas quo aliquid conteritur & dissipatur.Ezech.9.& vniuscuiusq̄ vas interitus in manu eius.

נָפַק Naphac.in līgua chaldaica significat egredi: siue educere. Danī.2.& egressa sententia sapientes interficiebātur.& in eo.qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babylonis.& ī eo.3.egredimini & venite:statīq̄ egressi sūt & inde נַפְקָת napcath.idest sumptus.expense. Esdre.6. Sūptus autem de domo regis dabuntur.& in eodem. Studio se sumptus dentur viris illis.

נֶפֶשׁ Nephes.Anima.Genī. 1. Producat terra animam viuentem.& in eodem.2.& factus est homo in animam viuentem.& in eodem.19.Salua animam tuam.& in eodē. 35.egrediente autem anima eius pre dolore.Exo.12. Perībit anima illa de israel.& in eodem.21. Reddet animā pro anima.Leuit.5.Si peccauerit anima.Nu.15. Quod si anima vna nescies peccauerit.Deut.6. & ex tota anima tua. 1.Regum.25.erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud dominum deum tuum:porro ini

Ruere. Corruere. Iacere. Concidere Inferiorē esse. Defluere. Trāsfugere Profugere Adiungi. Dimittere Cadere facere. prosternere Sorte diuidere. Sortē mittere. Prosternere se. Iacere. Subiicere. מַפָּלָה Ruina.

מַפָּל quisquilie. מַפֹּלֶת Cadauer. מַפָּלֵי Membra. נֵפֶל Abortiuus נְפִילִים Gigantes. נָפַץ Dissemiat. Diuidere. Dispgere. Cōfrigere. Allidere. Collidere. Conterere נֶפֶץ Allisio. מַפֵּץ Interitus. נָפַק Egredi. נַפְקָת Sumptus נֶפֶשׁ anima.

micorum tuorum anima rotabitur. 3. Reg. 17. Reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et in eodem. 19 Tolle animam meam. Iob. 1. Cuncta que habet homo dabit pro anima sua. Et in eodem. 21. Et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Ps. 23. qui non accepit in vanum animā suam. Ps. 104. ferrum pertransiuit anima eius. Ps. 118. & anima mea cognoscet nimis. Prouer. 27. Anima saciata calcabit fauum. & communiter est generis feminini: vt patet ī aliquibus locis predictis. & aliquando reperitur in genere masculino. vt Genñ. 46. Omnes anime quattuordecim. vbi in hebreo illud quattuordecim est generis masculini. & iungitur cū hoc nomīe aīe. & in eo. Anime duc. Vbi pro eo qđ in littera nostra est duc in hebreo est שִׁבְעִים Senaim. q̄ est generis masculini. Nume. 31. vnam animam ex quingētis tam ex hominibus quam ex iumentis. vbi pro eo quod in littera nostra est vnam in hebreo est אֶחָד Echad. quod est generis masculini. & aliquando accipitur pro toto homine seu pro corpore animato. vt in aliquibus locis predictis. & Genñ. 14. Da mihi animas. idest da mihi homines. Et in eodem. 46. Omnes anime domus iacob que ingresse sunt in egyptum. Ponitur etiam pro semetipso. Ps. 104. vt erudiret principes eius sicut semetipsum. Deut. 21. Dimittes eā liberam. pro quo hebrei legunt. Dimittes eam anime sue. idest sibiipsi: vt sit in sua libera potestate. Hiere. 51. Iurauit dominus exercituum per animam suam. idest per semetipsum. sicut exponunt hebrei. Amos. 6. Iurauit dominus deus in anima sua. ponitur etiam pro mortuo. idest pro morticino anime humane. Nu. 6. super mortuum non ingredietur. pro quo hebrei legūt. & super omnes animas mortui seu morticini non ingredietur. & in eodem. quia peccauit super mortuum. pro quo hebrei legunt. Quia peccauit super animam. idest super morticinum anime humane. & in eo. 19. Omnis qui tetigerit humane anime morticinū. Ponitur etiam pro desiderio. Ps. 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me. idest in desideria tribulantiū me. Ponitur etiam pro halitu. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit. Et in plurali נְפָשׁוֹת nephasoth. secundum terminationem femininorum. Ps. 71. Et animas pauperum saluas faciet. Ezech. 13. Vt interficerent animas que non moriuntur. Reperitur etiam נְפָשִׁים nephasim secundum terminationem masculinorum. Vt in eodem. Et dimittam animas quas vos capitis animas ad volandum. & inde verbum נָפַשׁ naphes: qđ significat refrigerare. vel requiescere aut recreare. vel animari. idest animam sumere. Exodi. 23. Et refrigeretur filius ancille tue & aduena. Et in eodem. Septimo autem ab opere cessauit. pro quo hebrei legunt. Septimo autem quieuit & requieuit. siue refrigeratus est. Loquitur enim scriptura de deo more humāo: sicut de homine dicitur q̄ refrigeratur & requiescit perfecto opere. Ponitur etiam pro refocillari. 2. Regum. 16. Et refocillati sunt ibi.

Homo. Semetipz Mortuus mc rticinū Halitus. נְפָשׁוֹת anime. נְפָשִׁים Anime. נָפַשׁ refrigerat. Requiescere Refocillat

נֵץ Nes. Accipiter. Leuit. 11. Et accipitrem iuxta genus suum.

accipiter.

נָצַב Nasab. Constituere. statuere. erigere. stare. 3. Regum. 22. Nec erat tunc constitutus rex in edom. Esa. 3. Stat ad iudicium dominus. Threñ. 2. firmauit dexteram suam quasi hostis. idest statuit dexteram suam siue stetit dextera sua. Zach. 11. Et quod stat nō enutriet. Et aliquando scribitur sine nun. De quo vide supra in dictione יָצַב Iasab. & inde נְצִיב Nesib. idest statua siue statio. Genñ. 19. Que versa est in statuam salis. 1. Paralipo. 11. Et statio philistinorum in bethleem. Significat etiam prepositum seu prefectum. 3. Regum. 4. Habebat autem salomon duodecim p̄fectos super omnem israel. Et in eodem. Nutriebantq; eos supradicti regis prefecti. Et inde מַצֵּבָה Maseba. idest statio siue statua. vt Esa. 22. Et expellam te de statione tua. ponitur etiam pro titulo vel statua. Genñ. 35. Erexitq; iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti rachel. Exo. 23. & confringes statuas eorum. vide etiam de hoc supra in dictione יָצַב Iasab. Ponitur etiam נְצָב Nisab pro capulo gladii. Iudi. 3. Vt capulus sequeretur ferrum in vulnere. Item נָצַב nasab. in lingua chaldaica significat plātare. & inde נְצֶבֶת nisebeth. idest plantatio. Danñ. 2. De plantatione eris & ferri oriebatur.

Statuere. Stare. Statua Statio. prefectus

נָצָה Nasa. Iurgari. rixari. litigare. litem concitare. vastare. florere. volare. Exo. 2. Conspexit duos hebreos rixātes. Et in eodem. 21. Si rixati fuerint viri. Leuit. 24. Iurgatus est in castris cum viro israelita. Nume. 26. qui surrexerunt contra moysem & Aaron. pro quo hebrei legunt. qui iurgati sunt. Et in eodem. Quando aduersus dominum rebellauerunt. Pro quo hebrei legunt. Quando iurgati sunt aduersus dominum. Et in titulo. Ps. 59. Vbi dicitur: cū succendit mesopotamiam syrie. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Cum pugnauit aduersus syriam mesopotamie. Et inde מָצָה Masa. idest rixa. contētio. iurgium. Prouer. 16. Qui meditatur discordias diligit rixas. Esa. 41. Viros rebelles tuos. Pro quo hebrei legunt. viri contentionis tue siue iurgii tui. idest iurgantes aduersum te. Et in eodem. 58. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis. Significat etiam supradicta dictio: vastare. Hiere. 4. Ciuitates tue vastabuntur. Esa. 37. In erradicatione collium compugnantiū. Pro quo hebrei legunt. In erradicationem collium deuastatorum seu desertorum. & secundum primam significationem potest legi sicut est in littera nostra. significat etiam florere seu germinare. Canti. 6. Si germinassent mala punica. Et in eodem. 7. Si floruerunt mala punica. Vide etiam de hoc supra in dictione נוּן nus. significat etiam volare. vt Threñ. 4. Iurgati quippe sunt & commoti. pro quo hebrei legunt. Volauerunt & commoti sunt. Potest etiam legi sicut est in lra nra. Et aliqñ scribitur cum aleph in fine loco he. vt Hiere. 48. Date florem moab quia florens egredietur. pro quo he. le. Date alam seu pennam moab. quia volans volabit. potest etiam legi sicut est in littera nostra. Et inde נוֹצָה nosa. idest pluma. Leuit. 1. Vesiculam vero guttris & plumas proiiciet. Ezech. 17. Plena plumis & varietate. Et in eodem. Magnis alis multisq; plumis.

Pugnare Rixa. Contētio. Vastare. Germinare. Florere. Volare. Pluma.

נָצַח Nasach. Triumphare. superare. vincere. seu victoriam obtinere. instare. solicitare. vrgere. Prefectum seu prepositum esse. 1. Reg. 15. Porro triumphator israel non parcet tibi. 1. Paralip. 15. In citharis pro octaua canebant epinicion. pro quo he. le. canebāt ad vincendum seu pro victoria. & est idem cum littera nostra: nam epinicion grece carmen triumphale significat. & in titulo. Ps. 4. vbi dicitur in finem in carminibus psalmus dauid. pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit victori in cantis psalmus dauid. & sil'r in aliis titulis psalmorum. Danñ. 6. Igitur daniel supabat oēs principes. Malach. 3. Victor in psalmis canentem. significat ēt instare. vel vrgere. seu prepositū vel prefectum esse. 2. Paralip. 2. Prepositosq; eorum tria millia. idest illos qui instabant operibus. Et in eodem. Tria autem millia sexcentos prepositos operum populi. Esdre. 3. Vt vrgerent opus domini. Et in eodem. Vt instarent sup eos q facie bāt opus. & inde נְצָח nesach. i. fortitudo. virtus. Esa. 63. Et detraxi in terram virtutem eorum. Ponitur etiam pro sanguine in quo est fortitudo & vita. Et in eodem. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.

triūphare. Vincere. Superare. Prepositū esse. Vrgere. Instare. Virtus. sanguis

פַּצֵּבָה statio. Titulus. statua. נְצָב Capulus. נָצַב Plantare. נְצֶבֶת Plātatio. נָצָה Rixari. Iurgari.

significat etiam eternum seu perpetuum. vt. Ps. 12. Vsque quo domine obliuiscéris mei in finem. idest in eternum. Ps. 48. Et viuet adhuc in finem. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et viuet vltra in sempiternum. Esa. 13. Non habitabitur vsq; in finem. idest vsq; in eternum. Hiere. 15. Quare factus est dolor meus perpetuus. Threñ. 3. Periit finis meus. pro quo secundum primam significationem aliqui hebrei legunt. Periit victoria mea. potest etiam legi sic piit eternitas seu perpetuitas mea. Ponitur etiam pro seculo. Esa. 64. In secula seculorum non erit transiens per eam. Et inde נְצָחָה nisachath. idest fortis seu perpetua. Beatus hieronym⁹ trā stulit. contentiosam. Hiere. 8. Quare auersus est populus iste in ierusalem auersione contentiosa.

Sempiternū
Perpetuꝰ
Finis.
Seculum.
נְצָחָה
Cōtentiosa

נָצַל Nasal. eripere. liberare. euadere. eruere. Auferre. abstrahere. spoliare. Genē. 37. Volens eripere eū de manibus eorum. Exo. 5. Et non liberasti eos. Et in eodem. 18. Et eruit me de gladio pharaonis. Deut. 23. Non trades seruum domino suo qui ad te cōfugerit. idest qui ad te euaserit. Ios. 2. Et eruatis animas nostras a morte. 2. Reg. 22. in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum. 2. Reg. 20. Et effugiat nos. pro quo hebrei legunt. Et euadat oculos nostros. & est sensus sicut in littera nostra. 4. Reg. 18. Eruens liberabit nos dominus. Iob. 5. In sex tribulationibus liberabit te. Ps. 32. Vt eruat a morte animas eorum. p̄s. 33. Et de omnibus his liberauit eum dominus. Ps. 85. Et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Esa. 20. Vt liberarent nos a facie regis assyriorum. Et in eo. 37. Et tu poteris liberari. Hiere. 7. Et dixistis liberati sumus. Ezech. 14. Ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Amos. 4. Quasi torris raptus ab incendio. idest liberatus vel erutus ab incendio. Zach. 3. Nunquid non iste torris est erutus de igni. Et inde הַצָּלָה Hasala. idest liberatio. Ester. 4. Per aliam occasionem liberabuntur iudei. pro quo hebrei legunt. Refrigerium & liberatio stabit iudeis de loco alio. Significat etiā aufferre vel spoliare. seu diripere. Genē. 31. Tulitq; deus substantiā patris vestri & dedit mihi. Et in eodem. Sed deus tulit opes patris nostri & eas tradidit nobis. Exo. 3. Et spoliabitis egyptum. Et in eo. et spoliauerūt egyptios. idest abstulerunt ab eis opes. Et in eodem. 33. Deposuerunt ergo filii israel ornamentum suum. 2. Paralip. 20. Et diripuerunt ita vt omnia portare non possent.

Eripeꝭ.
Liberare.
Eruere.
Euadere.
הַצָּלָה
Liberatio.
Tollere.
Spoliare.
auferre.
Deponere
Diripere.

נָצַר Nasar. custodire. seruare. vastare. Deut. 32. Et custodiuit quasi pupillam oculi. Et in eodem. 33. Et pactū tuum seruauerunt. Ps. 24. Requirentibus testamentum eius. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. His qui custodiunt pactum eius. p̄s. 33. Prohibe linguam tuam a malo. Pro quo beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. Custodi linguam tuam a malo. Ps. 118. Quia iustificationes tuas exquisiui. pro quo beatꝰ hieronymus transtulit. Quia precepta tua custodiui. p̄s. 140. Et ostium circunstantie labiis meis. pro quo beatus hieronymus transtulit. Serua paupertatem labiorum meorum. Prouer. 4. Custodi illam quia illa est vita tua. Et in eo. 22. Oculi dñi custodiunt scientiam. Et in eo. 27. Qui seruat ficum comedet fructus eius. Esa. 27. Ego dominus qui seruo eam. Et in eodem. Nocte & die seruo eam. Naum. 2. Qui custodiat obsidionem. Et aliquando scribitur sine nun. vt Esa. 8. Liga testimonium. Pro quo hebrei legunt. Serua testimonium. Potest etiam deriuari a dictioue צָרַר sarar. q̄ significat ligare. sicut est in littera nostra. Et inde נֹצֵר noser idest custos. & in plurali נֹצְרִים Nosrim. 4. Reg. 18. A turre custodum. Hiere. 4. Auditum est in ierusalem custodes

Custodire.
seruare.
נֹצֵר
נֹצְרִים
Custodes.

venire de terra longinqua. Et in eodem. 31. Clamabunt custodes in monte ephraim. Et inde נְצוּרוֹת Nesuroth. i. res obseruate & occulte. Hiere. 33. Et annunciabo tibi grandia & firma que nescis. pro quo hebrei legunt. Annunciabo tibi grādia & obseruata vel occulta que nescis. Et ide נְצוּרַת Nesurath. idest occulta. scilicet ad insidiandum vel decipiēdum. Prouer. 7. Et preparata ad decipiendas animas. Pro quo hebrei legunt. Et obseruata vel occulta corde. Potest ēt legi sic. Et vastata seu deserta corde. Nam predicta dictio etiam significat vastare vel desolare. Esa. 1. Sicut ciuitas q̄ vastatur. Et inde נְצוּרִים Nesurim. idest loca deserta: vel vastata. Beatus hieronymus transtulit delubra mortuorum. Esa. 65. Et in delubris mortuorum dormiant. Ponitur etiam pro fecibus. Esa. 49. Et feces israel conuertendas. vbi pro fecibus ponitur נְצוּרֵי Nesure. sicut alias שִׁמְּרִים semarim significat feces & deriuatur a שָׁמַר Samar. quod significat custodire: vt infra dicetur. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et deserta seu deuastata israel ad conuertēdū. Item נֵצֶר néser. flos. virgultū. stirps. germē. Esa. 11. Et flos de radice eius ascendet. Et in eodem. 14. Tu autem reiectꝰ es de sepulchro quasi stirps inutilis. Et in eodem. 60. Germen plantationis mee.

נְצוּרוֹת
obseruata.
נְצוּרַת
Occulta.
Vastare.
נְצוּרִים
Delubra
mortuorū.
Feces.
נֵצֶר
flos.
Stirps.
Germen.

נֶקֶב Nechic. cauerna. foramē. fissura. Esa. 7. Et in cauernis petrarum. Hiere. 13. Absconde illud ibi in foramine petre.

נָקַב Nacab. perforare. explanare. declarare. nominare. maledicere. seu blasphemare. 4. Reg. 12. Et aperuit foramen desuper. pro quo hebrei legunt. Et perforauit foramen. Iob. 40. Et in sudibus perforabis nares eius. Esa. 36 Intrauit in manum eius & perforauit eam. Aggei. 1. In saculum pertussum. i. perforatum. & ide מַקֶּבֶת machébeth. idest malleus. Iudi. 4. Assumens pariter & malleum. Ponitur etiam pro cauerna. Esa. 51. Et ad cauernam laci vnde p̄cisi estis. & in plurali מַקֻּבוֹת macaboth. idest mallei. 3. Reg. 6. Et malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet mallei & securis. Esa. 44. Et in malleis formauit illud. Et ide נְקֵבָה Necheba. idest femina. Geñ. 1. Masculum & feminam creauit eos. Leuit. 12. Si feminam peperit. Nu. 31. Cur feminas reseruastis. Item נָקַב nacab. idest explanare. seu declarare aut nominare. Geñ. 30. Constitue mercedem tuam. Pro quo hebrei legunt. Declara seu explana mercedem tuam. Nu. 1. Quos tulerunt moyses & Aaron. pro quo hebrei legunt. Et tulit moyses & Aaron viros istos qui declarati seu explanati sunt per nomina vel qui nominati sunt per nomina. Esa. 62. Quod os domini nomīauit. Amos. 6. optimates capita populorum. idest nominati capita populorum. Significat etiam maledicere seu blasphemare. Leuit. 24. Cumq; blasphemasset nomen domini. Et in eodem. Et qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur. Nume. 23. Quomodo maledicam cui non maledixit deus. Et in eodem. Inde maledicito ei. Iob. 3. Maledicant ei qui maledicunt diei. Et in eodem. 5. Et maledixi pulchritudini eius statim. Prouerb. 21. Qui abscondit frumētum maledicetur in populis. Abach. 3. Maledixisti scep tris eius.

נֶקֶב
Cauerna.
foramen.
נָקַב
Perforaſ.
מַקֶּבֶת
Malleus
Cauerna.
מַקֻּבוֹת
Mallei.
נְקֵבָה
femina.
נָקַב
Declarare
Nominare
Blaſphe
mare.
maledicer.

נָקֹד Nycud. Punctum seu stigma: aut macula. scilicet diuersi coloris. Canti. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Pro quo hebrei legunt. Cum punctis vel stigmatibus argenti. Vbi ponitur נְקֻדוֹת Necudoth. in numero plurali. & inde נָקוֹד Nacud. idest animal album habens maculas nigras vl̄ econuerso. Geñ. 30. & separa cunctas oues varias. i. hñtes maculas varii coloris

נָקֹד
Punctum
נְקֻדוֹת
Puncta.
נָקוֹד
Varius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et in eodem. Et quodcunq; fuluum & maculosum varium q; fuerit. Et in eodē. Et omnia que non fuerint varia & maculosa. & fulua. Et a talibus pecoribus dictus est נֹקֵד noced idest pastor. siue ille qui alit pecora. 4. Reg. 3. Porro mesa Rex moab nutriebat pecora multa. Pro quo hebrei legunt Erat armentarius seu pastor. & in plurali. נֹקְדִים Mocdim. Amos. 1. verba amos qui fuit in pastoralibus thecue. & inde de נְקוּדִים Necudim. i. panis mucidus seu putrefactus. Eo quod in eo sunt quasi macule vel puncta diuersi coloris. q; quo beatus hieronymus transtulit comminuti. Ios. 9. Panes quoq; quos portabant ob viaticum duri erāt in frustra comminuti. Et in eo. Nūc sicci facti sunt & siccitate nimia cōminuti. ponitur etiam נְקוּדִים Necudim pro crustula panis. 3. Regū. 14. Tolle quoq; in manu tua decem panes & crustulam.

נֹקֵד Noced. Pastor

נְקֻדִּים Pastorales

נְקוּדִים Cōminuti.

נְקוּדִים Crustula panis.

נָקָה Mūdū eē.

נָקָה Naca. mundum seu innocentem esse. mundare. parcere. desolare seu exterminare. Gen. 24. Non tenebe-ris iuramento. Pro quo hebrei legunt. Et mundus seu innocens eris a iuramento. Exo. 34. Nullusq; apud te per se innocens est. Pro quo hebrei legunt. Et innocens non faciet innocentem vel non erit innocens. vel sic. Et mundans non mundabit. Et est sensus sicut in littera nostra. Potest etiam legi sic. Nec quasi innocenti parcet. Et eadem verba habē-tur. Nu. 14. vbi dicitur. Nullūq; innoxiū derelinquens. & Hiere. 46. Nec quasi innocenti parcam tibi. Et supra in eodem. 30. vbi dicitur. Et non tibi videaris innoxius. Nu. 5. Non te nocebunt aque iste amarissime. Pro quo hebrei legunt. Innocens seu innoxia eris ab aquis istis. Et in eodē. Erit innoxia & faciet liberos. Et in eodem. Maritus absq; culpa erit. idest innocens seu mundus erit a culpa. Ps. 18. ab occultis meis munda me. Et in eodem. Et emundabor a delicto maximo. Hiere. 49. Et tu quasi innocens relinque-ris: non eris innocens. Ioel. 3. Et mundabo sanguinem eorum quos non mundaueram. & aliquando scribitur cum aleph loco he. Dañ. 7. Et capilli capitis eius quasi lana munda. & inde נְקִיּוֹן Nicaion. idest mundicia. innocentia. Ps. 25 Lauabo inter innocentes manus meas. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Lauabo in innocentia manus meas. Osee. 8. Vsq; quo non poteris emundari. pro quo hebrei legunt. Vsquequo non poteris mundiciam. scilicet habere. Amos. 4. Dedi vobis stuporem dentium. Pro quo hebrei legunt. Dedi vobis mundiciam dentium. In quo significatur magnitudo famis. nam qui non comedunt mundos habent dentes. & in de נָקִי Nachi. i. mundus. innocens. innoxius. Gen. 24. Innocens eris a maledictione mea. Exo. 21. Dominus quoq; bouis innocens erit. Iob. 4. Quis vnquā innocens perit. Ps. 14. Et munera super innocentem non accepit. Ps. 25. Innocens manibus & mundo corde. ps. 105. Et effuderunt sanguinē innocentem. & aliquando scribitur cum aleph in fine. Ioel. 3. Et effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Ione. 1. Et ne des super nos sanguinem innocentem. & in plurali. נְקִיִּים Nechiim. Gen. 44. vos autem eritis innocentes. Ios. 2. Innocentes erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos. Et inde מְנַקִּיּוֹת Menachiioth. Pro quo beatus hieronymus transtulit cyathos. Exo. 25. Et cyathos in quibus offerenda sunt libamina. Item נָקָה Naca. i. Desolare. seu exterminare. Esa. 3. Et desolata in terra sedebit. Zach. 5. Quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur. pro quo he. le. Exterminabitur siue desolabitur. & in eo. Et omnis iurās ex hoc similiter iudicabitur.

נָקִי Innocēs.

נְקִיִּים Innocentia

נְקִיּוֹן Mundicia

נְקִיִּים Innocentes esse.

נְקִיִּים Innocentes.

מְנַקִּיּוֹת Cyathi

נָקָה Desolare.

נָקָה Exterminare Iudicari.

tu pergit ſpūs. Et in plurali declinatur tam maſculine q̄ fe minine. Maſculine. Ps. 49. Et in circuitu eius tempeſtas va lida. Quod in hebreo legitur pluraliter ſcilicet & in circui tis eius. Ps. 75. Omnis qui in circuitu eius affertis mūera. Hiere. 49. Quia deuorauit gladius ea que per circuitum tuum ſunt. Declinatur etiam feminine. Iob. 22. Propterea circundatus eſt laqueis. Pro quo hebrei legunt. Propterea in circuitibus tuis laquei ſeu carbones. ſcilicet ſūt. Et in eo dem. 29. Et in circuitu meo pueri mei. Et in eodem. 41. Per gyrum dentium eius formido. Ps. 17. In circuitu eius tabernaculum eius. Eccl's. 1. Et in circulos ſuos reuertitur. Scribitur etiam cum ſimplici beth & cum mem in princi pio & dicitur מֵסַב Meſab. 3. Reg. 6. Et omnes parietes tem pli per circuitum. & in plurali מְסִבּוֹת meſiboth. Iob. 34. Luſtrans cuncta per circuitum. & inde סִבָּה Siba. ideſt cir cuitio. tranſlatio noſtra tranſtulit auerſationem. 3. Reg. 12. Quoniam auerſatus fuerat eum dominus. Et aliqui hebrei dicunt q̄ ſignificat cauſam. & legunt. Quoniam a domino fuit cauſa. Poteſt etiam legi ſic. Quia a domino fuit circui tio. ideſt dominus circunuenit eum vt ſic reſponderet po pulo: vt ſuſcitaret verbum ſuum. ſcribitur etiam cum nun in principio & dicitur נְסִבָּה Neſiba. 2. Paralipo. 10. vbi dici tur. Erat enim voluntas dei vt compleretur ſermo ei⁹. pro quo he. le. a domino fuit circuitio vel cauſa. & inde מֵסֵב Me ſeb. ideſt accubitus: vbi ſedent ad comedendū in conuiuio. eo quod conuiue ſedebāt per gyrum ſiue in circuitum. Cā ti. 1. Cum eſſet rex in accubitu ſuo. & inde מֵסִיב meſib. ideſt conuiua. & ſolum inuenitur in numero plurali. Ps 139. ca put circuit⁹ eorum. pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Amaritudo conuiuarum meorum.

Circuli מֵסַב Per circuitum. מְסִבּוֹת Per circuitum. סִבָּה Cauſa. נְסִבָּה Voluntas. מֵסֵב Accubit⁹. מֵסִיב Conuiue.

סָבָא Saba. Inebriari. potare. ſcilicet exceſſiue. cōuiuiis vacare. Eſa. 56. Venite ſumamus vinum & impleamur ebrietate. ideſt inebriemur ebrietate. Naum. 1. ſic conuiuiū eorū pariter potantium. pro quo hebrei legunt. Et in ebrie tate vel in conuiuio eorum inebriati. & inde סֹבֵא ſobe. ideſt potator. ebrius. Deut. 21. Comeſſationibus vacat & luxu riis atq̄ conuiuiis. pro quo hebrei legunt. Comeſſator ē at q̄ potator. Prouer. 23. Noli eſſe in conuiuiis potatorum. Et in eodem. Quia vacantes potibus & dantes ſymbola cō ſumentur. Accipitur etiam סֹבֵא ſobe. pro vino vel conui uio. Eſa. 1. Vinum tuum mixtum eſt aqua. Oſee. 4. ſepara tum eſt conuiuium eorum. Item סָבָא ſaba. nomen eſt filii chus nepotis noe. Geñ. 10. filii autem chus ſaba & euila & ſa batha. Et ab eo nomen accepit terra ſaba. Que eſt prouīcia in ethiopia. p̄s. 71. Reges arabum & ſabi dona adducent. Eſa. 45. Dedi propiciationem tuā egyptū: ethiopiam & ſa ba pro te. & inde dicuntur סְבָאִים ſabaim. i. viri de ſaba. E ſa. 23. Adducebantur & veniebant de deſerto. pro quo he. le. Adducebantur ſabei de deſerto. & in eo. 45. Labor egy pti & negociatio ethiopie & ſabaim. & qñ ſcribitur cū litte ra ſin tunc deriuatur a שְׁבָא Saba filio ꝯema. Geñ. 10. filii rema ſaba & dedan. & pōitur pro arabia. Ps. 71. Reges ara bum. Et in eodem. & viuet & dabitur ei de auro arabie. & de hoc vide infra in littera ſin.

סָבָא Potator. סֹבֵא Vinum. סָבָא Saba. סְבָאִים Sabei.

סָבַךְ Sabach. irretire. pplexū eſſe. cōplecti. Iob. 8. Sup aceruum petrarum radices eius denſabuntur. pro quo hebrei legunt. ſuper aceruum petrarum complectuntur ſi ne irretiuntur. Naum. 1. Quia ſicut ſpine ſe inuicem com plectuntur. & inde סֹבֶךְ ſebach. ideſt vepres ſeu ramus con denſus vel irretitus: aut arbuſta ſecundum tranſlationem chaldaicam. Geñ. 22. Viditq̄ poſt tergum arietem interve pres herentem cornibus. Ponitur etiam pro ſilua vel ſaltu Ps. 73. Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus. & beatus Hiero nymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. In ſaltu lignorū ſecures. Et in plurali סְבָכִי ſibache. pro quo beatus hierony mus tranſtulit Condenſa. Eſa. 10. Et ſubuertentur conden ſa ſaltus ferro. Ponitur etiam pro cubili vel tugurio ani malium: eo quod fit ex frondibus vel ramis arborum ſe ī uicem complectētibus. Hiere. 4. Aſcēdit leo de cubili ſuo. & aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach. 2. Reg. 18. Cū q̄ ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum. De quo vide infra in littera ſin in dictione שְׂבַךְ ſebach.

סָבַךְ complecti סֹבֶךְ Vepres. Silua.

סְבִכִי Condenſa. Cubile.

סָבַל Sabal. portare. ſupportare. ſuſtinere. Nec. 4. Debili tata eſt fortitudo portantis. Eſdre. 7. Et ponant funda menta ſupportantia. Eſa. 46. Ego portabo. Et in eodem. 53. Et dolores noſtros ipſe portauit. Threñ. 5. Et nos iniq tates eorum portauimus. Ponitur etiam pro impinguari vel incraſſari. eo quod pinguedo ē homini quaſi onus gra ue. Ps. 143. Boues eorum craſſe. Eccl's. 12. Et impinguabi tur locuſta. Et aliqui hebrei legunt. Et onerabitur locuſta. Et dicunt q̄ pro locuſta intelligitur dorſum. & inde סֹבֶל ſe bel. ſiue סַבָּל Sabal. ideſt onus. 3. Reg 5. Septuaginta millia eorum qui onera portabant. p̄s. 80. Diuerti ab oneribus dorſum eius. Ponitur etiam pro tributo. 3. Reg. 11. Conſti tuerat eum ſuper tributum domus ioſeph. Et in plurali. סִבְלוֹת Sibloth. ideſt onera. Exo. 1. vt affligerēt eum oneri bus. Ponitur etiam pro ergaſtulo. Vt in eodem. 6. Et educā vos de ergaſtulo egyptiorum. pro quo hebrei legunt. Edu cam vos de ſubter oneribus egyptiorum.

סָבַל Portare. ſupportaſ. סֹבֶל Incraſſari impīguari סֹבֵל סַבָּל Onus. Tributū. סִבְלוֹת Onera. Ergaſtulū

סָבַר Sabar. In lingua chaldaica ſignificat putare. ſeu co gitare. Dañ. 7. Et putabit q̄ poſſit mutare tempora & leges.

סָגַד Sagad. curuari. procidere. adorare. Eſa. 44. fecit ſcul ptile & curuatus eſt ante illud. Et in eodem. Curuatur ante illud & adorat. Et in eodem. Ante truncum ligni pro cidam. Dañ. 2. Et danielem adorauit.

סָבַר Cogitare. Putare. סָגַד Curuari. adorare. Procidere.

סְגֻלָּה Segula. peculium. ſeu peculiare. aut theſaurus. Exo. 19. Eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Deut. 14. Vt ſis ei in populum peculiarem. 1. Paralip. 29. De pe culio meo aurum & argentum do in templum dei mei. Ps. 134. Iſrael in poſſeſſionem ſibi. Pro quo beatus hierony mus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Iſrael in peculium ſibi. Eccl's. 2. Coaceruaui mihi argentum & aurum & ſuſtā tias regum. 1. Theſauros regum.

סְגֻלָּה Peculiū. Peculiaſ

סָגָן Segan. princeps. ſeu magiſtratus. Et ſolum inuenitur in numero plurali. ſcilicet סְגָנִים Seganim. Nec. 2. Ma giſtratus autem neſciebant quo abiſſent. Et in eo. 5. Et in crepaui optimates & magiſtratus. & in eodem. Iudei quo q̄ & magiſtratus. Eſa. 42. Et adducet magiſtratus quaſi lu tum. Ezech. 23. principes & magiſtratus iuuenes cupidi nis. & in lingua chaldaica dicitur סְגָנְיָא Signaia. Dañ. 3. Magiſtratus & iudices duces & tyrannos.

סְגָנִים Subſtātia סָגָן Magiſtatuſ Principes סְגָנְיָא Magſtatuſ

סָגַר Sagar. claudere. concludere. includere. tradere. Geñ. 5. Et incluſit eum dominus de foris. Et in eo. 19. Clau ſeruntq̄ oſtiū. Exo. 14. Concluſit eos deſertū. Leuit. 13. Re cludet eum ſacerdos ſeptem diebus. Et in eodem. 14. Egre dietur oſtiū domus & ſtatī claudet illā. Nu. 12. Separetur ſe ptē diebus extra caſtra. p quo he. le. recludatur ſeptē dieb⁹ extra caſtra. Nā extra caſtra erat quoddā tētoriū vbi leproſi recludebātur. & in eo. Excluſa eſt itaq̄ maria extra caſtra. Ioſ. 2. Cumq̄ porta clauderetur in tenebris. Et in eo. 6. hie rico aūt clauſa erat atq̄ munita. 1. Reg. 1. Dominus autē cō cluſeratvuluā eius. Et in eo. 23. Concluſuſq̄ eſt introgreſſ⁹ vrbē. 3. Reg. 11. & coequauitvoraginē ciuitatis dauid patris ſui. pro quo he. le. Et clauſit rupturam ſeu diuiſionem vel diruptionem ciuitatis dauid patris ſui. Ps. 34. Et conclude

סָגַר Includere Claudere. Recludere Cōcludere

eos qui perſequũtur me. Eſa. 22. Et claudet & non erit qui aperiat. Et in eodem .24. Clauſa eſt omnis dom⁹ nullo intro eunte. Et in eodem. 26. Et claude oſtia tua ſuper te. Significat etiam tradere. ideſt concludere in manu vel in poteſtate alterius. Deut. 23. Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te confugerit. 1. Regum. 23. Vt tradamus eum in manu regis. Et in eodem. Si tradent me viri ceile in manus eius. Et in eodem. Et dixit dominus tradent. Et in eo. 24. Quod tradiderit te dominus in manu mea. Et in eodem. 26. Concluſit deus inimicum tuum in manu tua. & inde

Tradere.

מָסְגֵּר Maſger. ideſt clauſura: vel carcer. Eſa. 24. Et claudentur ibi in carcere. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Et in eodem. 42. Vt educeres de concluſione vinctum. ideſt de clauſura ſiue de carcere. Et in plurali מְסִגְּרוֹת Miſgeroth. 2. Regum. 22. & contrahentur in anguſtiis ſuis ideſt in clauſuris. ps. 17. Et claudicauerunt a ſemitis ſuis. ꝙ quo btūs hiero. in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. Et contrahentur in anguſtiis ſuis. & inde סַגַּר Sugar. ideſt carcer ſeu cauea: vbi vincti clauduntur. Ezech. 19. Et miſerunt eum in caueam. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ſignificat lignū perforatum quo pedes ſeu colla vinctorū conſtrīgũtur. & inde מִסְגֶּרֶת Miſgereth. ideſt illud quod conſtringit aliquam rem & eam continet in circuitu. Exo. 25. Et ipſi labio coronam interraſilem altam quattuor digitis & ſuper illam alterā coronam aureolam. pro quo hebrei legũt. Et facies ei clauſuram ad menſuram pugni. ideſt alta quattuor digitis in circuitu. & facies circulum ſeu labium ipſi clauſure in circuitu. & in plurali מִסְגְּרוֹת Miſgeroth. ꝙ quo beatus hieronymus tranſtulit Interaſile ſeu coronulas vel ſculpturas. 3. Regum. 7. Et ipſum opus baſium interraſile erat. Et in eodem. Et ſculpture inter iuncturas. Et in eodē. Variaſq; ſculpturas ex ſemetipſo. & in eodem. et inter coronulas et plectas. & in eodem. & media intercolūnia quadrata non rotunda. Vbi pro eo quod in littera noſtra eſt media intercolūnia in hebreo eſt מִסְגְּרוֹת Miſgeroth. Ponitur etiam pro angulis. Vt in eodem. & in angulis cherubim. & inde סְגוֹר Segor. ideſt illud quod eſt clauſum vel eſt interi⁹. Oſee. 13. & dirumpam interiora cordis eorum. Ponitur ēt סְגוֹר Segor ſiue סָגוּר Sagur pro auro puriſſimo. eo quod clauditur & cuſtoditur ſub firma cuſtodia. 3. Reg. 6. & operuit illud atq; veſtiuit auro puriſſimo. Pro quo hebrei legũt. Auro ſagur. Et in eo. 7. Et mortariola & thuribula de auro puriſſimo. Iob. 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea. Vbi ponitur pro auro obrizo. & inde מַסְגֵּר maſger. i. incluſor. 4. Regum. 24. Et omnem artificem & incluſorem. Et in eodem. Et artifices & incluſores mille. Hiere. 29. Et principes iuda & ieruſalem & faber & incluſor. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ ſignificat theſaurarium qui includit & ſeruat aurum & res precioſas. & inde סָגְרִיר Sagrir. ideſt impetuoſus imber: ſeu frigus exceſſiuum. eo quod recludit homines in domibus. Prouer. 27. Tecta perſtillantia in die frigoris.

מָסְגֵּר
Carcer.
Concluſio.
Clauſura.
מִסְגְּרוֹת
Anguſtie.
Clauſure.
סַגַּר
Cauea.
מִסְגֶּרֶת
Corona.
clauſura.
מִסְגְּרוֹת
interraſile.
Sculpture
coronule.
anguli.
סְגוֹר
Interiora.
סָגוּר
puriſſimū.
.ſ. aurum.
aurum.
obrizum.
מַסְגֵּר
Incluſor.
סָגְרִיר
Frigus

סַד Sad. lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur. pro quo tranſlatio noſtra neruū tranſtulit. Iob. 13. Poſuiſti in neruo pedem meum.

סַד
Neruus.

סָדִן Sadin. ſindon. linteum. Prouer. 31. Sindonem fecit & vendidit. Et in plurali סְדִינִים Sedinim. vt Iudi. 14. Triginta ſindones & totidem tunicas. Eſa. 3. Et ſindones & vittas & teriſtra.

סָדִן
Sindon.
סְדִינִים
ſindones.

סֵדֶר Séder. ordo. regula. Et ſolū inuenitur in numero plurali. Iob. 10. Et nullus ordo. pro quo hebrei legunt. & non ſūt ordines. & inde מִסְדְּרוֹנָה Miſderóna. pro quo beatus hieronymus tranſtulit poſticum. Iudi. 3. Per poſticum egreſſus eſt. Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamech. De quo vide infra in littera ſin.

סֵדֶר
Ordo.
מִסְדְּרוֹנָה
Poſticus.

סַהַר Sáhar. Rotundum. pro quo beatus hieronymus tranſtulit tornatilem. Canti. 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Item סֹהַר Sóar. i. carcer. ſeu lacus rotundus quo vincti claudūtur. Geñ. 40. Miſit eos in carcerem. pro quo hebrei legunt. Miſit eos in domum carceris.

סַהַר
Tornatilis
סֹהַר
Carcer.

סוג Sug. Auertere. auerti. conuerti. ſcilicet retrorſum. recedere. ſ. retro. 2. Regū. 1. Sagitta ionathe nunq̃ rediit retrorſum. ps. 43. Non receſſit retro cor noſtrum. ps. 52. omnes declinauerunt. ps. 128. Et conuertantur retrorſum omnes qui oderunt ſion. Eſa. 59. Et conuerſum eſt retrorſum cor noſtrum. Soph. 1. Et qui auertuntur de poſt tergū domini. Vide etiam de hoc ſupra in dictione נָסַג Naſag. & in de. סוג Sug. ideſt recedens. vel declinans. Prouer. 14. Viis ſuis replebitur ſtultus. pro quo hebrei legunt. De viis ſuis replebitur recedens vel declinans corde. ideſt recedens vel declinans a via recta ſiue a recto iudicio rationis. & ide סוּגָה Suga. ideſt vallata vel circundata. Canti. 7. Vallatus liliis.

סוג
Retro recedere.
Declinare
Retrorſum
conuerti.
Auerti.
סוּג
Recedens
סוּגָה
Vallatus.

סוד Sod. ſecretum. arcanum. conſilium: ſeu concilīū. Iob. 29. Quādo ſecreto erat deus in tabernaculo meo. & ſecundum litteram hebraicam poteſt etiam legi ſic. Quando ſecretum dei in tabernaculo meo. ſcilicet erat. ps. 24. firmamentum eſt dominus timentibus eum. pro quo beat⁹ hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trāſtulit. Secretum domini timentibus eum. Prouer. 25. Et ſecretū extraneo ne reueles. Amos. 3. Niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Ponitur etiam pro conſilio vel concilio. ſcilicet ſecreto. Iob. 15. Nunquid conſiliū dei audiſti. Ps. 82. Super populum tuum malignauerunt conſilium. ps. 88. Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum. Ps. 110. In conſilio iuſtorum & congregatione. Hiere. 6. & ſuper concilium iuuenum ſimul. & in eodem. 15. Non ſedi in concilio ludentium. Ezech. 13. In concilio populi mei non erunt. & inde verbum הוּסַד Huſad. ideſt conſiliatus eſt ſeu conſilio decreuit. 2. Paralip. 3. Et hec ſunt fundamenta que iecit ſalomon vt edificaret domū dei. pro quo hebrei legunt. Et hec ſunt que conſiliatus eſt ſalomon ſiue que cō ſilio decreuit vt edificaret domum dei. Poteſt etiam deriua ri a dictione יָסַד Iaſad: que ſignificat fundare: ſeu fundamenta iacere: ſicut eſt in littera noſtra. & inde deriuatur. סַד Sad. quod ſignificat lignum perforatum quo pedes vincto rum continentur. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit neruum. Iob. 13. Poſuiſti in neruo pedem meum.

סוד
ſecretum.
concilium.
הוּסַד
conſiliari.
סַד
Neruus.

סוה Saue. velamen. & ſcribitur cum mem in principio & dicitur מָסוֶה maſue. Exo. 34. Poſuit velamen ſup faciem ſuam.

סוה
מָסוֶה
Velamen.

סוך Such. Vngere. purgare. ſcilicet ventrem. Deut. 28. & non vngeris oleo. Ruth. 3. Lauare igitur & vngere. 2. Regum. 12. Et lot⁹ vnctuſq; eſt. Ezech. 16. & vnxi te oleo. Dañ. 10. Sed neq; vnguento vnctus ſum. & inde אֲסוּךְ aſuch ideſt laguncula olei ſeu lecythus. 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea niſi parum olei quo vngar Pro quo hebrei legunt. Non habeo ancilla tua in domo niſi lagunculam ſeu lecythum olei. Poteſt etiam eſſe verbum prime perſone futuri temporis. ſicut eſt in littera noſtra. ſignificat etiam predicta dictio purgare ventrem. Iudi. 3. for ſiāt purgat aluum in eſtiuo cenaculo. 1. Reg. 24. Ingreſſ⁹ eſt ſaul vt purgaret ventrem.

סוך
Vngere.
אֲסוּךְ
Laguncula
Purgare
uentrem.

סוס Sus. equus. hirūdo. Geñ. 49. Mordens vngulas equi. Exo. 14. Et omnis equitatus pharaonis. Et in eodem. 15. Ingreſſus eſt enim currus pharaonis cum curribus & equitibus eius. pro quo hebrei legunt. Ingreſſus eſt equus

סוס
Equus.
equitatus.

pharaonis.Ps.31. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Ps. 32. fallax equus ad ſalutem. Reperitur etiam in genere femini no סוּסָה Suſa. Canti.1. Equitatui meo in curribus pharaonis. Et in plurali. סוּסִים Suſim. Deut.17. Non multiplicabit ſibi equos. Ps.19. Hi in curribus & hi in equis. Abach. 3. Qui aſcendis ſuper equos tuos. Et in eodem. Viam feciſti in mari equis tuis. ſignificat etiam quoddā genus auis. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit pullum. ſ. hirundinis: ſiue hirundinē. Eſa.38. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo. Et aliquando mutat vau in iod. Hiere. 8. Turtur & hirundo & ciconia. & aliqui hebrei interpretantur grus.

סוּסָה Equitatus סוּסִים Equi.

סוּף Soph. finire. conſumere. conſumi. deficere. deeſſe. cōplere. Eſter. 9. Dies phurim idest ſortium obſeruētur a iudeis & ab eorum progenie que his cerimoniis obligata eſt. Pro quo hebrei legunt. Et dies phurim idest ſortium iſti non tranſeant a iudeis & memoria eorum non deſinat ſiue non finiatur a ſemine eorum. Ps.72. Subito defecerūt Eſa.66. Simul conſumentur dicit dominus. Dañ.2. Comminuet & conſumet vniuerſa regna. Hiere. 8. Congregās congregabo eos dicit dominus. pro quo hebrei legunt. cō ſumens conſumam eos dicit dominus. poteſt etiam deriuari a dictione אָסַף aſaph: que ſignificat congregare: ſicut eſt in littera noſtra. & ſimiliter Soph. 1. vbi dicitur. congregabo omnia a facie terre dicit dominus. congregans hominē & pecus: congregans volatilia celi & piſces maris. pro quo hebrei legunt. Conſumam ſeu finiam omnia dicit dominus conſumens hominem & pecus. De quo vide ſupra in dictione אָסַף Aſaph. & infra in dictione סָפָה ſapha. Ponitur etiā pro complere. Dañ. 4. ſermo completus ē ſuper Nabucho donoſor. Et inde סוֹף Soph. idest finis .terminus ſummitas Ecc'ſ. 7. In illa enim finis cunctorum admonetur. Et ī eodem. 12. finem loquendi pariter omnes audiamus. Pōitur etiam pro ſūmitate. 2. Paralipo. 20. Et inuenietis illos in ſūmitate torrentis. Item סוּף Suph. idest iuncus ſeu papirus aut carectus. Exo. 2. Et expoſuit eum in carecto. Et in eodē Que cum vidiſſet ciſtellam in papirione. Eſa.19. Calamus & iuncus marceſcent. Significat etiam pelagus. Ione. 2. Pelagus operuit caput meum. & īde dicitur. יַם סוּף Iamſuph idest mare pelagoſum: quia eſt quaſi pelagus ingrediens a mari oceano & non habens exitum aliunde: vel quia in ripa eius oriuntur iunci ſiue papiri. Tranſlatio noſtra traduxit mare rubrum. eo quod habet arenas rubeas. Exo. 15 Tulit autem moyſes iſrael de mari rubro. Ps.105. Et irritauerunt aſcendentes mare rubrum. Et in eodem. Et increpauit mare rubrum. Et inde סוּפָה Supha. idest tempeſtas .turbo. Iob. 21. Et ſicut pauilla quam turbo diſpergit. Eſa.5. Et rote eius quaſi impetus tempeſtatis. Et in eodem. 17. Et ſicut turbo coram tempeſtate. Oſee. 8. Ventum ſeminauerūt & turbinem metent. Naum. 1. Dominus in tēpeſtate & turbine vie eius. Et in plurali סוּפוֹת ſuphoth. Eſa. 21. Sicut turbines ab Africo veniunt.

finire. Deficere. Cōſumere. Cōgregaſ. Complere סוֹף Finis. Cūmitas. סוף Carectus. Papirio. Juncus. Pelagus. יַם סוּף Mare rubrum. סוּפָה Turbo. Tēpeſtas. סוּפוֹת Turbines

סוּר Sur. Recedere. declinare. diuertere. ammouere. ſeparare. auferre. Geñ. 19. Declinate in domum pueri veſtri Et in eodem. Vt diuerterent ad eum. Exo. 3. Vadam & videbo viſionem hanc. pro quo hebrei legunt. Recedam ſiue declinabo & videbo viſionem hanc. idest recedam de loco in quo ſto: & vadam ad videndam viſionem hanc. Et in eodem. Cernens autem dominus q̄ pergeret ad videndum. Et in eodem. 32. Receſſerunt cito de via. Nu. 12. nubes quo q̄ receſſit que erat ſup tabernaculo. & ī eo. 14. Receſſit ab eis omne preſidium. Et in eodem. 16. Recedite a tabernaculis impiorum. Ruth. 4. Declina pauliſper & ſede hic. p̄s. 13 Omnes declinauerunt. Ps. 36. Declina a malo & fac bonū. Ps. 118. Declinate a me maligni. Hiere. 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. Oſee. 4. Separatum eſt conuiuium eorum. Et in eodem. 7. Et receſſerunt a me. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Preuaricati ſunt in me. nā in hebreo non habetur a me ſed in me. Amos. 6. Et auferetur factio laſciuientium. idest recedet. & aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach. Oſee. 9. Sed & ve eis cum receſſero ab eis. Sed in predicto loco in hebreo magis proprie legitur incarnatio mea ex eis. De quo dictum eſt ſupra in dictione בָּשַׂר Baſar. ſignificat etiam auferre vel ammouere. Geñ. 38. Que depoſitis viduitatis veſtibus. pro quo hebrei legunt. Et abſtulit veſtes viduitatis ſue. Et in eo. 49. Non auferetur ſceptrum de iuda. Deut. 7. Auferet dominus a te omnem langorem. Vbi ponitur verbum tertie coniugationis. idest recedere faciet. 2. Reg. 5. Niſi abſtuleris cecos & claudos. 3. Regum. 15. Inſuper & maacham matrem ſuam amouit ne eſſet princeps. Iob. 27. Viuit deus qui abſtulit iudicium meum. Eſa. 17. Ecce damaſcus deſinet eſſe ciuitas. idest auferetur ne ſit ciuitas. Ezech. 21. Aufer cydarim: tolle coronam. Dañ. 12. Cum ablatum fuerit iuge ſacrificium. & inde סוּרָה Sura. pro quo beatus hieronymus trāſtulit captiuam. idest recedens vel ablata de terra ſua. Eſa. 59. Tranſmigrata & captiua. & inde סָר Sar. idest triſtis vel indignans: eo quod recedit a conſortio hominum. 3. Regū 21. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans. & ī genere femino סָרָה Sara. vt in eodem. Vnde anima tua cōtriſtata eſt. & aliquando ſcribitur ſupradictum verbum cū duplici res & dicitur סָרַר Sarar. idest ſubuertere. peruertere. declinare. ſcilicet a via recta. Threñ. 3. Semitas meas ſubuertit. Oſee. 4. Sicut vacca laſciuiens declinauit iſrael. Vbi ponitur verbum & nomen ſeu participium ab eo deriuatum. ac ſi diceret. Sicut vacca declinans declinauit iſrael. Et inde סוֹרֵר Sorer. idest peruerſus. ſiue declinans a via recta: aut proteruus vel contumax. Deut. 21. filium contumacem & proteruum. vbi ponitur pro contumace. Et in eodē filius noſter proteruus & contumax eſt. vbi ponitur pro ꝓterno. Ponitur etiam pro incredulo. idest apoſtata. Eſa. 65. Ad populum incredulum. Oſee. 9. Omnes principes eius recedentes. idest declinantes a via recta. Zach. 7. & auerterunt ſcapulam recedentes. & inde סָרָה Sara. idest diſceſſio. preuaricatio. Deut. 13. quia locutus eſt vt vos auerteret a domino deo veſtro. pro quo hebrei legunt. Quia locutus eſt receſſionem vel preuaricationem contra dominum deum veſtrum. Et inde סוֹרִי Sure. pro quo beatus hieronymus tranſtulit prauum. Hiere. 2. Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat palmites ſeu ramos. & legunt ſic. Quomodo ergo conuerſa eſt mihi in palmites vince aliene ſiue extranee. Item סוּר Sur. nomen eſt cuiuſdam porte in templo ſalomonis exiſtentis. 4. Regum. 11. Tertia pars ſit in porta ſeir Debet legi ī porta ſur.

Separari. Preuaricari. Auferre. סוּרָה captiua סָר Indignās סָרָה Cōtriſtata סָרַר ſubuertere Declinare סוֹרֵר contumax proteruus Incredul⁹ recedētes. סָרָה receſſio. סוֹרִי Prauum. Palmites סוּר Sur.

סוּת Suth. Pallium ſeu coopertorium. Geñ. 49. & in ſanguine vue pallium ſuum. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

סָחַב Sachab. Trahere. detrahere. deiicere. ſeu abiicere. putreſcere. lacerare. 2. Regum. 17. Et trahemus eam ī torrentem. Hiere. zz. Putrefactus & proiectus extra portas ieruſalem. Et in eodem. 49. Si non deiecerint eos paruuli gregis. Ponitur etiam pro lacerare. Hiere. 15. Et canes ad lacerandum. & inde סְחָבוֹת Sechaboth. idest panni lacerati & abiecti pre nimia vetuſtate. Hiere. 38. Tulit inde veteres pānos. Et in eo. Pone veteres pannos & hec ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum.

Palliū. סָחַב Trahere putreſcere Deiicere. lacerare. סְחָבוֹת Panni ueteres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

סָחָה Radere.

סְחִי erradicatio

סָחַף Abradere. inundare

Computre scere.

סָחַר Circuire.

סְחַרְחָר Cõturbari

סֹחֵר mercator. negociator

סְחֹר סְחוֹרָה negociatio

סָחַר negociari.

סֹחֵרָה Clypeus Protectio

סַחֲרֶת Pariꝰ. lapis.

סָחִישׁ Que ſponte naſcitur

סִיג Scoria.

סִיגִים Rubigo. Scoria.

סִיר Olla.

סָחָה Sacha. Radere. abradere. Ezech. 26. Et radam pulue= rem eius de ea. Et inde סְחִי Sechi. ideſt abraſio. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit erradicationem. Threñ. 3. Eradicationem & abiectionem poſuiſti nos.

סָחַף Sachaph. Abradere. inundare. computreſcere. Pro= uer. 28. Similis eſt imbri vehementi in quo paratur fames. Pro quo hebrei legunt. Imber abradens ſiue inun= dans & abſq; pane. ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſũ Ponitur etiam pro computreſcere. Hiere. 46. Quare com putruit fortis tuus.

סָחַר Sachar. Circuire. circunuoluere. negociari. vt Hiere. 14. Propheta nãq; & ſacerdos abierunt in terram. Pro quo hebrei legũt. Propheta namq; & ſacerdos circuie= runt in terram. ideſt huc atq; illuc abierunt non inuenien= tes requiem. Et aliquando duplicatur littera cheth & litte ra res & dicitur סְחַרְחָר Secharchar. ps. 37. Cor meum con turbatum eſt. Pro quo hebrei legunt. Cor meum circũuol= uitur. ideſt fluctuat: & ſic tranſtulit beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. & inde dicitur סֹחֵר Socher. ideſt mer cator ſeu negociator: eo quod circuit regiones & vadit huc atq; illuc. Geñ. 23. quadringentos ſiclos argẽti probate mo nete pro quo hebrei legunt. Quadringentos ſiclos argen ti tranſeuntis mercatori vel negociatori. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Et in eo. 37. Et pretereuntibus madianí= tis negociatoribus. Eſa. 23. Cuius negociatores principes Ezech. 27. Carthaginẽſes negociatores tui. ꝑ quo hebrei legũt. Tharſis negociatrix tua. vbi põitur tharſis ꝑ cartha gine. Et in eodem. Venerunt ad te negociatores tui. Et in eodem. Negociatores populorum ſybilauerunt ſuper te. & inde סָחַר Sechar. ſiue סְחוֹרָה Sechora. ideſt negociatio ſiue mercimonium. Prouer. 3. Melior eſt acquiſitio eius nego= ciatione argenti. Pro quo hebrei legunt. Melior eſt nego ciatio eius negociatione argenti. Et in eodem. 31. Quia bo na eſt negociatio eius. Eſa. 23. Et facta eſt negociatio genti= um. Et in eodem. & erit negociatio eius & merces eius ſan ctificate domino. Et in eodem. 45. Labor egypti & nego= ciatio ethiopie. Ezech. 27. Et negociatio manus tue. Scri= bitur etiam cum mem in principio & dicitur מִסְחָר Miſ= char. 3. Regum. 10. & negociatores vniuerſiq; ſcruta vendẽ tes. Pro quo hebrei legunt. Et negociatio negociatorũ ſeu ſcruta vendentium. Sunt autem ſcruta res parui valoris. & inde verbum סָחַר Sachar. ideſt negociari. Geñ. 34. Terra in poteſtate veſtra eſt: exercete negociamini & poſſidete eam. Et in eodem. Negocientur in terra & exerceant eam. Et inde סֹחֵרָה Sochera. ideſt clypeus rotundus ſecundũ he breos. Ps. 90. ſcuto circũdabit te veritas eiꝰ. ꝑ quo he. le. ſcu tũ & clypeus veritas eiꝰ. & btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trã ſtulit. Scutũ & ꝓtectio veritas eius. & inde סַחֲרֶת ſocháreth i. lapis p̃cioſus. ꝑ quo btũs hiero. trãſtulit. lapidẽ pariũ. Eſter. 1. Sup pauimẽtũ ſmaragdino & pario ſtratum lapide.

סָחִישׁ Sachis. Renaſcentia que ex radicibus ſeminis oriun= tur: ſeu que ſponte naſcuntur. 4. Reg. 19. In ſecũdo autem anno que ſponte naſcuntur.

סִיג Sig. Scoria. rubigo. Ezech. 22. Verſa eſt míhi domus iſrael in ſcoriã. & declinatur pluraliter סִיגִים Sigim. Prouer. 25. Auſer rubiginem de argento. Et in eo. 26. quo modo ſi argẽto ſordido ornare velís vas fictile. i. argẽto ru biginoſo vel cũ ſcoría. Eſa. 1. Argentũ tuũ verſum eſt i ſco riã. Et in eodem. & excoquam ad purum ſcoriam tuam.

סִיר Sir. Lebes. olla. ſpina. Exo. 16. Quando ſedebamus ſuper ollas carnium. Quod in hebreo legitur ſingula riter. ſcilicet ſuper ollam carnium. 4. Regum. 4. Mors in olla. Eccl's. 7. Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla. Hiere. 1. Ollam ſuccenſam ego video. Ezech. 24. Pone ol lam. Et in plurali סִירוֹת Síroth. Exo. 27. facieſq; inꝰſus eiꝰ lebetes. 2. Paralipo. 35. Pacifícas vero hoſtias coxerunt in lebetibus. Amos. 4. Et reliquias veſtras in ollis feruentí= bus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et reliquias ve ſtras in ſagenis piſcium vel piſcatorum. De quo vide ſupra in dictione דּוֹג Dog. & in dictione דָּגָה Daga. Item סִיר Sír ideſt ſpina. tribulus. & ſolum inuenitur in numero plurali ſcilicet סִירִים Sirim. Eccl's. 7. Sicut ſonitꝰ ſpinarum. Oſee. 2. Sepiam viam tuam ſpinis. Naum. 1. Sicut ſpine ſe inuí= cem complectuntur. Reperitur etiam סִירוֹת Síroth. ſecun= dum terminationem pluralem femininorum. Ps. 57. Prí= uſq; intelligerent ſpine veſtre rhamnum. Hebrei tamẽ prí mam ſignificationem ſequentes legunt ſic. Priuſq; intelli= gerent ideſt ſentirent olle veſtre rhamnum.

סִית Sith. ſuadere. perſuadere. incitare. decipere. ſeducere. auertere. Deut. 13. Sí tibi voluerit perſuadere frater tu= us. Ioſ. 15. Que ſuaſa eſt a víro ſuo. 1. Regum. 26. Si domí= nus incitauit te aduerſum me. 2. Regum. 24. Commouít= q; dauid in eis. ideſt perſuaſit. 3. Regum. 21. Concitauit enim eum iezabel vxor ſua. 4. Regum. 18. Nolite audire ezechiam qui decipit vos. 2. Paralipo. 32. Num ezechías decepit vos. Et in eodem. Nec vana perſuaſione deludat. Iob. 1. Tu autem commoniſti me aduerſus eum. ideſt per= ſuaſiſti vel incitaſti me. Et in eodem. 36. Igitur ſaluabit te de ore anguſto. Pro quo hebrei legunt. Et etiam ſuaſit te de ore anguſto vel de ore tribulantis vel hoſtis. ideſt ſuaſit te ne incideres in os eius. vel ſic. Auertit te de ore anguſto. & eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Et in eodem. Non te er= go ſuperet ira. ideſt ne incitet te. Hiere. 38. Seduxerunt te & preualuerunt aduerſum te. Ponitur etiam pro auertere. 2. Paralipo. 18. Atq; auertit eos ab illo. ideſt ſuaſit vel inci= tauit eos vt diuerterent ab eo.

סָכַךְ Sachach. Cooperire. velare. tegere. protegere. vt Ex= xo. 25. Tegant expandentes alas. Iob. 10. Oſſibus & neruís compegiſti me. Pro quo hebrei legunt. texiſti me ſeu protexiſti me. Ezech. 28. Tu cherub extentus & prote= gens. Et in eodem. Et perdidí te o cherub protegens. & cõ muniter ſcribitur cum ſimplici caph. Exo. 40. Dimitteſq; ante illam velum. Pro quo hebrei legunt. Velabís ſeu pro teges arcam cum velo. 3. Regum. 8. Et protegebant che= rubím arcam & vectes eius. Iob. 3. Et circundedit eum deꝰ us tenebrís. Pro quo hebrei legunt. Et texit ſeu protexit deus pro eo. Et in eodem. 38. Quís concluſit oſtiis mare .i. qs velauit. & ĩ eo. 40. ꝓtegũt vmbre vmbrã eiꝰ. ps. 90. ſcapulís ſuís obũbrabit tíbi. i. ꝓtegет te. Threñ. 3. opuiſti ĩ furore. & ĩ eo. oppoſuiſti nubẽ tíbi. & aliqñ ſcribitur cũ ſin loco ſamach. Exo. 33. & ꝓtegã te dextera mea. & ĩde סוֹךְ ſuch i. vmbraculũ. ſeu tabernaculũ vel tẽtoriũ. ps. 26. Qm̃ abſcõ dit me in tabernaculo ſuo. Et aliqñ ſcribitur cũ ſin loco ſa= mach. Threñ. 2. & diſſĩpauit q̃ſĩ hortũ tẽtoriũ ſuũ. dr̃ ẽt סַךְ Sach. ps. 41. Qm̃ trãſibo vſq; ad locũ tabernaculi admira= bilis. ſcribitur ẽt cũ he in fine & dr̃ סֻכָּה ſuca. Eſa. 4. Et ta= bernaculũ erit in vmbraculũ dieí. & in plu. סֻכּוֹת Sucoth. Le uit. 23. Erũt ferie tabernaculorũ ſeptẽ diebus dñí. Et ĩ eo. & habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus. & ĩ eo. manebit ĩ ta bernaclís. & ĩde מִסָּךְ maſach. i. tẽtoriũ: ſeu velũ aut ꝓtectio Exo. 26. facies & tẽtoriũ ĩitroitu tabernacli. Nu. 4. & depo nẽt velũ qđ pẽdet añ fores. ps. 104. ſpãdit nubẽ ĩ ꝓtectiõe & inde סֹכֶךְ ſochech. i. tentoriũ ſeu vmbraculũ ex corío & tabulis fabrefactũ quo expugnatores vrbiũ vtũtur propter lapides & tela que de muro mittuntur. Naum. 2. Velocí ter aſcendet muros eius: & preparabitur vmbraculum. Et

סִירוֹת lebetes.

סִיר Spina.

סִירִים Spine.

סִירוֹת

סִית Perſuade re. Suadere. Incitare. Concitare

Decipere. deludere.

Auertere i

Seducere

סָכַךְ Tegere. Cõpingeꝛ. Protegeꝛ

Velare.

Cõcludere

Obũbraꝛ. Operire.

סוֹךְ Taberna= culum. Tentoriũ.

סָךְ

סֻכָּה Umbracu lum.

סֻכּוֹת tabernacu la.

מָסָךְ tentorium Velum. Protectio

סֹכֶךְ Umbracu lum.

מוסך inde מוסך Muſach.4.Reg.16.Muſach quoq; ſabbati. & dicunt hebrei q; erat tentoriū quoddam in atrio tēpli ſubter quod erant cuſtodes templi in ſabbatis.

סָכַל Sachal.ſtulte agere.ſeu ſtulte operari.īſanire.īnfatuare.fatuum ſeu ſtultum eſſe.Geñ.31. Stulte operatus es.1.Regum.13.Stulte egiſti: nec cuſtodiſti mandata domini.& in eo.26.Apparet enī quod ſtulte egerim.2.Reg.15. Infatua queſo domine conſilium achitophel.Eſa.44. Et ſcientiam eorum ſtultam faciens.& inde סֵכֶל Séchel. ideſt ſtultícia.fatuitas.vt Eccl's.10.Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.pro quo hebrei legunt.Poſitam ſtulticiā.Et ſi ſcríbatur cum littera ſin loco ſamach poteſt legi ſic.Poſitū intellectū in dignitate ſublimi.& ſic legunt aliqui hebrei. nā aliquando ponitur ſin loco ſamach & econuerſo.vt dictum eſt in precedentibus:& vt infra dicetur.& inde סִכְלוּת Sichluth.ideſt ſtulticia.inſipientia.error.vt Eccl's.2. Trāſiui ad contemplandam ſcientiā erroreſq; & ſtulticiam. Et in eo. Et vidi q; tantū precederet ſapientia ſtulticiā quātū differt lux a tenebris.& in eo.7.Errorem imprudentiū. Et in eo. 10.precioſior eſt ſapientia parua q; gloria ad tēpus ſtultícia Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach.vt ſupra in eo. 1.Vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam erroreſq; atq; ſtulticiam.& inde סָכָל Sachal.ideſt ſtultus.fatuus.inſipiens. Eccl's.10.Sed & in via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat.Hiere.5.Audí populeſtulte.

סָכַל Stulte operari. Stulte agere. Infatuare Stultū facere. סֵכֶל Stultícia. סִכְלוּת ſtulticia. Error.

סָכַן Sachan.comparare.aſſimilare.aſſimilari. equalē ſeu cōparem eſſe. acquieſcere.intelligere.preuidere.conſueſcere.Iob.15.Arguis verbis eum qui non eſt equalis tibi.Et in eodem.zz.Nunquid deo poteſt comparari homo. Et in eodem.34.Non placebit vir deo etiam ſi cucurrerit cum eo.ideſt non comparabitur vir deo. Et aliqui hebrei dicunt q; ſignificat prodeſſe ſeu conferre. Vndeī predicto loco ipſi legunt. Quid prodeſt vel quid confert homo cum cucurrerit cum deo.ſiue cum complacuerit cum deo. Et in eodem.35.Non tibi placet quod rectum eſt:vel quid tibi p deritſi ego peccauero.pro quo hebrei legunt. Quid tibi confert & quid tibi proderit ſi ego peccauero Significat etiam acquieſcere.Iob.22.Acquieſce igitur ei & habeto pacē. Item ſignificat intelligere ſeu preuidere.Iob.zz. etiam cū perfecte fuerit ſcientie.pro quo hebrei legunt.etiam ſi intelligat in eis: ſiue ſuper eos intelligens. ſed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.Ps.138.Et omnes vias meas preuidiſti.Significat etiam conſueſcere.Nu.22. Dic quid ſimile vnquam fecerim tibi.pro quo hebrei legunt. Nunquid conſueſcens conſuevi vt facerem tibi talia.Significat etiam periclitarí.pro quo beatus hieronymus tranſtulit vulnerare.Eccl's.10.Qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis. p quo hebrei legunt.periclitabitur ab eis.Vnde periculum ipſi vocant סְכָנָה Secana.& inde מִסְכֵּן Miſchen.ideſt pauper. egenus.Eccl's.4.Melior eſt puer pauper & ſapiens.Et in eodē 9.Inuentuſq; eſt in ea vir pauper & ſapiens. Et in eodem. Sapientia pauperis contempta eſt.& inde מִסְכְּנוּת Miſchenuth.ideſt paupertas.penuría.Deut.8.vbi abſq; vlla penuría comedes panem tuum. Item סוכן Sochen .i.cellariū ſeu apotheca.Tabernaculum:ſiue cubicularius: vel theſaurarius.Eſa.22.Ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo Et in genere feminino סֹכֶנֶת Sochéneth. 3. Regum .1. Et foueat eum dormiatq; in ſinu ſuo.pro quo hebrei legunt. Et ſit ei cubicularía:dormiatq; in ſinu ſuo. & inde מִסְכְּנוֹת Miſchenoth.ideſt apothece: ſeu tabernacula vel cellaria.Exo.1.Edificauerunt vrbes tabernaculorum pharaoni.2.paralipo.32.Apothecas quoq; frumenti vini & olei. Ponitur etiam pro munitionibus.2.Paralipo.8.Et alias ciuitates munitiſſimas edificauit in emath.Et in eodem. Et omnes vrbes firmiſſimas que fuerunt ſalomonis.Et in eodem 16.Et vniuerſas vrbes neptalim muratas.Et in eodem.17. Et edificauit in iuda domos ad inſtar turrium vrbeſq; muratas.Et inde מְסוּכִן Meſucan.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit fortem.Eſa.40.forte lignum & imputribile elegit artifex ſapiens.

סָכַן Sichſach.Miſcere.concurrere facere.Eſa.19.Et concurrere faciam egyptios aduerſus egyptios.

סָכַר Sachar.claudere.obturare.concludere.tradere. Geñ. 8.Et clauſi ſunt fōtes abyſſi.ps.62. Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.Eſa.19. Et tradam egyptum in manu dominorum crudelium.pro quo hebrei legunt. Et concludam egyptum.Et inde שְׂכַר Secher.cum ſin in principio loco ſamach.ideſt lacuna ſeu ſtagnum vbi aque claudúntur.Eſa.19. Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

סָכַת Sacath.Attendere.auſcultare.Deut.27.Attēde & audi iſrael. Item סִכּוּת ſicuth.nomen idoli ſecundum hebreos.Amos.5.Et portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro.Pro quo hebrei legunt.Et portaſtis ſicuth regem veſtrum ſeu regis veſtri aut moloch veſtri.q; ſi pro סִכּוּת ſicuth ponatur סֻכַּת ſuchath. tunc ſignificat tentorium ſeu tabernaculum.ſicut eſt in littera noſtra:vt dictum eſt ſupra in dictione סָכַךְ ſachach.

סַל Sal.Caniſtrum.cartallus. Geñ.40.Et in vno caniſtro quod erat excelſius.Et in plurali סַלִּים Salim.Vt in eodem.Et ego vidi ſomnium q; tria caniſtra farine haberem ſuper caput meum.Et in eodem. Tria caniſtra tres adhuc dies ſunt. Reperitur etiam duplicatum. & dicitur סַלְסִיל Salſil.vt Hiere.6.Quaſi vindemiator ad cartallum.vbi ponitur סַלְסִלוֹת Salſiloth in numero plurali.ideſt cartalli ſeu caniſtra. Et aliqui hebrei dicunt quod a predicta dictione deriuatur סֶלָה Séla:per additionem he in fine:& ſignificat ſemper.De quo vide in ſequenti dictione.quia ſecundū alios inde deriuatur.

סָלַל Salal.Iter vel viam facere.viam preparare. Iter prebere.exaggerare.ideſt viā inequalem & aſperā ſternere lapidibus & lignis & eleuare humiliora & deprimere altiora vt ſit via plana.calcare.terere ſeu opprimere.Iob.19. Et fecerunt ſibi viam per me.Ps.67.Iter facite ei qui aſcēdit ſuper occaſum.Eſa.57.viam facite prebete iter.vbi eadem dictio bis ponitur.Et in eodem.26.Planum facite iter Pro quo hebrei legunt.Exaggerate exaggerate iter.i. planum facite iter.ſicut eſt in littera noſtra.Ponitur etiam pro terere vel calcare.Hiere.18.vt ambulent per eas itinere nō trito.Et in eodem.50.Tollite de via lapides & redigite in aceruos. Pro quo hebrei legunt.Calcate vel triturate eam ſicut aceruos. ſcilicet meſſis.poteſt etiam intelligi ſicut eſt in littera noſtra.ponitur etiam pro opprimere.Iob.30.oppreſſī quaſi fluctibus ſemitis ſuis.Sed etiam in predicto loco hebrei legunt.Et iter fecerunt ſuper me ſemitis interítus ſui.Ponitur etiam pro retinere.Exo.9. Adhuc retines populum meum.Pro quo hebrei legunt. Adhuc calcas populum meum.ideſt ſubiicis.Alii vero legunt ſic.Adhuc eleuaris contra populum meum.Nā ſecūdū hebreos ēt ſignat eleuare.Prouer.4. Arripe illam & exaltabit te.pro quo ipſi legunt.Eleua illam & exaltabit te.& in predicto loco duplicatur littera ſamach & littera lamed. & inde מְסִלָּה Meſilla ſiue מַסְלוּל maſlul.i. via trita ſeu ſtrata. aut ſemita. Nu. 20.Per tritam gradiemur viam. 2. Regum.20.Iacebat in media via. Et in eodem. Amouit eum de via in agrum Eſa.11. Et erit via reſiduo populi mei. Et in eodem.35.

munitiōes

Murate.

מְסוּכִן Fortis.

סֻכָּר Concurrere facere.

סָכַר Claudere. Obturare. Tradere.

שְׂכַר lacuna.

סָכַת Attendere

סְכוֹת Tabernaculum.

סַל Caniſtrum

סַלִּים Caniſtra.

סַלְסִיל cartallus

סַלְסִלוֹת caniſtra

סֶלָה

סלל

סְלָלָה Tria via. Via.

סָלַל Alia facer. Iter facer. prebeſ iter

exaggerar

Terere. Calcare.

Opprimer

Retinere.

Eleuare.

Semita. מְסִלּוֹת

Semite.

Et erit ibi semita.Et in plurali מְסִלּוֹת mesiloth.Iudi.20.in illa quoq; fuga palantes in diuersa tendentes occiderunt quinq; millia viros.Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt in viis quinq; millia viros.ps.83.Ascensiones in corde suo Pro quo beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit . Semite in corde suo.Esa.33.Dissipate sunt vie.Et in eodē. 49. Et semite mee exaltabuntur.Ponitur etiam pro gradibus. 2. Paralip.9.Ex quibus fecit salomon gradus in domo domini.Et inde סוֹלֵלָה Solela .idest agger seu munitio ex quib9 expugnantur ciuitates.2.Reg.20.Et circundederunt munitionibus ciuitatem.idest aggeribus ad expugnandam ciuitatem.Esa.37 . Et non mittet in circuitu eius aggerem. Hiere.6.Et fundite contra ierusalem aggerem. & in plurali סוֹלְלוֹת Soleloth. Vt in eo.32. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatem.Et in eodem. 33 . Que dextructe sunt ad munitiones & ad gladium.& a predicta dictione deriuatur סֶלָה Séla.pro quo btūs hiero.transtulit sp. Abach. 3.Deus ab austro veniet & sanctus de monte pharan semper.& licet in aliquibus bibliis nostris non habetur predictum aduerbium semper:tamen in bibliis nostris antiquis habetur sicut predictum est.Et in eodem. Iuramēta tribus q; locutus es.vbi in hebreo additur predicta dictio סֶלָה Séla.scilicet que locutus est semper .Et in eodem . Denudasti fundamentum eius vsq; ad collum.vbi similiter in hebreo additur predicta dictio סֶלָה séla.scilicet vsq; ad collum semper.Et frequenter reperitur in psalmis .vt.Ps.4. Et queritis mendacium.pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Querentes mendacium semper. & in eo. Et compungimini.pro quo beatus hiero.transtulit.Et tacete semper.Ps.7.& gloriam meam in puluerem deducat. p quo beatus hiero.transtulit.& gloriam meam in puluerem collocet semper.Ps.9.In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.pro quo beatus hiero.transtulit. In opere manuum suarum corruit impius: meditatio semper Et similiter in aliis psalmis ponitur predicta dictio. p quo lxx. interpretes Diapsalma posuerunt:vt ait beatus hieronymus in epistola ad marcellam.& nota q predicta dictio non ponitur nisi in psalmis & in cātico Abachuc supra allegato.Potest etiam significare eleuationem vl exaltationē. vt vbicunq; ponatur:ibi canens vel psallens debet eleuare vocem & mentem ad deum.Vide etiam de hoc beatū hieronymum in predicta epistola ad marcellam de diapsalmate.& in explanatione psalmi quarti.& Burgeñ.in additione tertia psalmi.83.

Semite.

Gradus. סוֹלָלָה

Munitio.

Agger.

סוֹלְלוֹת Munitiões.

סֶלָה Semper.

סָלָא Estimare. Conferre.

סָלָא Sala.estimare.equiparare.cōferre. Threñ.3.&amicti auro primo.p quo he.le.Estimati siue equiparati auro.scribitur ēt cū he in fine loco aleph.Iob.28 . Nō cōferetur tinctis indie coloribus . idest non comparabitur.

סָלַד Affligere.

סָלַד Salad.Affligere.Iob.6 . Vt affligēs me dolore nō parcat.Et solum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei q significat exurere.

סָלָה Spernere Auferre. Deiicere.

סָלָה Sala. Deiicere.spernere.calcare.ps.118.spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis.Threñ. 1 . Abstulit oēs magnificos meos.pro quo hebrei legunt . Calcauit seu deiecit omnes magnificos meos . significat etiam conferre . Iob.28.Non conferetur tinctis indie coloribus.De quo vide supra in dictione סָלָא sala cum aleph in fine. Item סֶלָה séla. idest semper. De quo vide supra in dictione סָלַל salal.

סָלַח Dimittere Ignoscere propiciari

סָלַח Salach.parcere.propiciari.dimittere.scilicet peccatū. Leuit.4.& dimittetur ei. Nu.14.Dimitte obsecro peccatum populi huius.Et in eodem. Dimisi iuxta verbū tuū. Deut.29.Et dominus non ignoscat ei.Ps.24.Et propicieberis peccato meo.Ps.85.Quoniam tu domine suauis & mitis . Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve.transtulit.Tu enim es domine bonus & propiciabilis.i. bonus & parcens.& inde סְלִיחָה selicha . idest propiciatio. ps.129.Quia apud te propiciatio est.

סְלִיחָה ppiciatio.

סֻלָּם Scala.

סֻלָּם Sulam.scala.Geñ.28.Viditq; in somnis scalam stantem.& solum inuenitur in predicto loco.

סְלוֹן offēdiculū.

סְלוֹן silon.spina.tribulus.beatus hieronymus transtulit offendiculum.Ezech.28.Et non erit vltra domui israel offendiculum amaritudinis.pro quo hebrei legunt . & nō erit vltra domui israel in tribulum amaritudinis .& in plu. סַלּוֹנִים salonim. Ezech.2.Quoniam increduli & subuersores sunt tecum.pro quo hebrei legunt.Quoniam increduli & spine sunt tecum.idest pungentes sicut spine.

Tribulus. סַלּוֹנִים

Subuersores.

Spine.

סַלְסַל Arripere. Exaltare. סַלְסֵל

סַלְסַל Salsal.Arripere.Prouer.4.Arripe illam & exaltabit te.Hebrei tamen dicunt q significat exaltare. seu eleuare.vnde in predicto loco ipsi legunt. Exalta illam & exaltabit te.Item סַלְסֵל Salsil.i.canistrum . seu cartalus. De quo vide supra in dictione sal.

סֶלַע Petra. סְלָעִים

סֶלַע Sélaa.petra.rupes.Nu.20.Loquimini ad petram coram eis.Et in eodem.24.Si in petra posueris nidum tuum.Et in plurali סְלָעִים selaim.ps.103 . petra refugium erinaciis.pro quo beatus hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit.Petre refugium erinaciis.Significat etiam arcem vel fortalicium supra firmam petram positum.ps.17 .Dominus firmamentum meum.4.Regum.14. & apprehendit petram in prelio.idest arcem supra petram positam.ponitur etiam pro fortitudine.Esa.31.Et fortitudo eius a terrore transibit.2.Regū.22.Dominus petra mea. idest fortitudo mea.

Petre.

Firmamētum.

Fortitudo.

סְלָעִם attachus

סְלָעִם Salaam.Genus locuste.pro quo btūs hiero.trāstulit Attachum.Leuit.11.Atthachus atq; ophimachus.

סָלַף Mutare.

סָלַף Salaph.mutare.peruertere.s.verba recta & iusta. supplantare.Deut.16 .Munera excecant oculos sapiētiū & mutant verba iustorum.Prouer.21. vt detrahat impios a malo.idest mutet seu reflectat.Ponitur etiam pro supplātare.Iob.12.Et optimates supplantat.Prouer.15. Impietas autem peccatorum supplātat.Et in eodem.19. Stultitia hominis supplantat gressus eius.& inde סֶלֶף séleph.i.supplātatio.peruersio.mutatio.Prouer.11.Et supplantatio impiorum vastabit illos.Et in eodem.15.Qui autem immoderata est conteret spiritum.pro quo hebrei legunt.& peruersitas vel supplantatio in ea : contritio in spiritu.s.est.

סֶלֶף supplātare

סֶלֶף Supplātatio.

סָלַק ascendere.

סָלַק Salac. In lingua chaldaica significat ascendere . Dañ. 2.Tu rex cogitare cepisti ī stratu tuo.Pro quo hebrei legunt.Tu rex cogitationes tue super stratū tuū ascēderūt. Esdre.4.Iudei qui ascenderunt a te ad nos.

סֹלֶת Simila.

סֹלֶת Soleth.simila.Geñ.18.Accelera tria sata simile . Leuit.2.Simila erit eius oblatio.& in eodem.Pugillum plenum simile.

סַם aromata.

סַם Sam. Aroma.seu aromaticum.& solum inuenitur in numero plurali.Exo.30.Sume tibi aromata.Et in eodem.Galbanum boni odoris & thus.pro quo hebrei legūt Et galbanum aromatum.i.aromaticum & thus.

סְמָדַר Florentes flores fructū p̄ducere.

סָמַךְ Imponere.

סְמָדַר Semadar.vue immature.& proprie significat quando vince sunt in flore vel quando flores fructum p ducunt.Canti.2.& vinee florentes dederunt odorem suum & in eo.7.Si flores fructum parturiunt.idest producunt.

סָמַךְ Samach. Inniti.adiungere.imponere.s. manum super aliquem.stabilire.confirmare.sustentare.Exo. 29 Imponentq; Aaron & filii eius manus super caput illius. Leuit.8.Super cuius caput cum imposuissent Aaron & filii eius manum.Nu.8.Ponent filii israel manus suas super eos.Et in eodem.Leuite quoq; ponent manus suas super

capita bouꝝ. Et in eo.27. Et pone manū tuā ſup eū. Et in eodem. Et impoſitis capiti eius manibus. Deut.34. Quia moyſes poſuit ſuper eū manus ſuas. Eſa.36. Cui ſi innixus fuerit homo intrabit manū eius. Amos.5. Et innitatur manu ſua ſuper parietem. Significat etiā ſtabilire vel confortare aut confirmare ſeu fulcire. Geñ.27. frumento & vino ſtabiliui eum.2. Paralipo.32. Confortatuſq; eſt populus huiuſcemodi verbis. ps.36. Confirmat autem iuſtos dominus. ps.50. Et ſpiritu principali confirma me. ps.70. A te confirmatus ſum ex vtero. ps.87. Super me confirmatus eſt furor tuus. ps.110. Cōfirmata in ſeculū ſeculi. ps.111. Confirmatū eſt cor eius. ps.144. Alleuat dñs omnes qui corruūt. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Suſtentat dñs omnes corruentes. Canti.2. fulcite me floribus. Eſa.26. Vetus error abiit. Pro quo hebrei legunt. Cogitatio. ſ. bona ſtabilita vel confirmata eſt. & beatus hieronymꝰ trāſtulit ſenſū. De quo vide ſupra in dictiōe יָצַר Iaſar. Eſa.59. Et iuſtitia eiꝰ ipſa confirmauit eū. Et in eodem.63. Et indignatio mea auxiliata eſt mihi. Pro quo hebrei legunt. Confirmauit ſeu ſtabiliuit me. Ezech.24. In qua confirmatus eſt rex babylonis aduerſus ieruſalem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. In qua adiunctus eſt rex babylonis ad ieruſalē. Et inde סְמִיכָה Semicha. i. palliū eo quod adheret vel adiungitur homini· Iudi.4. Et operꝰtus ab ea pallio.

סָמַךְ Semel·ſimulachrū. imago. idolū. Deut.4. Ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem. Pro quo hebrei legunt. Ne forte decepti faciatis vobis ſculptile ſimilitudinē alicuiꝰ ſimulachri vel idoli. Ezech.8. Vbi erat ſtatutum idolum zeli. Et in eodē. Et ecce ab aquilone porte altaris idolum zeli in ipſo introitu.

סָמַן Saman. miliū. ſecundū tranſlationem noſtram: & ſcribitur cū nū in principio & dicitur נִסְמָן Niſman. Eſa.28. Et hordeum & miliū & vicia in finibus eius. Hebrei tamen dicunt q̄ eſt verbum ſeu participiū. & q̄ ſignificat ſignatum vel notatum. & in predicto loco ipſi legunt & hordeum ſignatum vel notatum. Vnde ſignum ſeu notam ipſi vocant סִימָן Siman.

סָמַר Samar. horripilare. inhorreſcere. Iob.4. Inhorruerunt pilli carnis mee. ps.118. Confige timore tuo carnes meas. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Horripilauit a timore tuo caro mea·Hiere.51. Adducite equū quaſi bruchū aculeatum. Pro quo hebrei legūt. Quaſi bruchū horripillatum. i. erectis crinibus. Item סַמָּר Samar. i. clauus Et additur ei mē in principio & dr̄ מַסְמֵר Maſmer & ſolū inuenitur in numero plurali. ſ. מַסְמְרִים Maſmeri vel מַסְמֵרוֹת Maſmeroth. 1. Paralipo.22. Ferrū quoq; plurimū ad clauos ianuarū. 2. Paralipo.3. Sed & clauos fecit aureos. Eſa.41. & confortauit eū clauis vt non moueretur. Hiere.10. Clauis & malleis compegit. & aliquādo ſcribitur cū ſin loco ſamach Vt Eccl's.12. Et quaſi claui in altum defixi.

סְנֶה Sene. rubus. Exo.3. Apparuit ei dñs in flāma ignis de medio rubi. Et in eodem. Quare nō cōburatur rubus. Deut.33. Benedictio illius qui apparuit in rubo. Et inde dicitur mōs סִינַי Sinai. i. mōs rubi; ſic dictus a rubo ibi exiſtēte in quo dominus apparuit.

סָנוֵר Sanuar. cecitas. & declinatur tantū pluraliter. ſcilicet סַנְוֵרִים Sanuerim. Geñ.19. Et eos qui foris erāt percuſſerunt cecitate. 4. Reg.6. Percute obſecro gentem hanc cecitate.

סַמְפֹנְיָא Sumphonía. ſymphonía. inſtrumentum muſicum. Dañ.3. Pſalterii & ſymphonie & vniuerſi generis muſicorum.

סָנְסִן Sanſin. ſurculus ſeu ramus. Beatus hieronymus tranſtulit fructus. Canti.7. Dixi aſcendam in palmam & apprehendam fructus eius.

סְנַפִּיר Senapir. penula. ſ. piſcium. vt Leuit.11. Omne quod habet penulas & ſquāmas. Et in eodē. Quidquid autem penulas & ſquāmas non habet.

עֵט Eet. stilus. calamus. Iob. 19. Stilo ferreo & plumbi lamina. Ps.44. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.

Stilus. Calamus. עֵט

עָטָה Aata· inuoluere. induere. operire. contexere. amicire. diuertere. vagari. Leuit.13. Os veste contectum Pro quo hebrei legunt. Et super labia inuoluat vel cooperiat: Et est sensus sicut in littera nostra. Ps.83. Etenim benedictionem dabit legis lator. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Benedictione quoq; amicietur doctor. ps.103. Amictus lumine sicut vestimento. ps.108. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. Et in eodem. Et operiantur sicut diploide confusione sua. Esa.22. Et quasi amictum subleuabit te. Pro quo hebrei legunt. Et amiciēs amiciet te. siue inuoluens inuoluet te. Hiere.43. Et amicietur terra egypti: sicut amicitur pastor pallio suo. Ezech.21. Amicti ad cedem. Et inde מְעָטֶה Maate. idest pallium siue amictum. Esa.61. Pallium laudis pro spiritu meroris. Significat etiam predicta dictio diuertere seu vagari. 1. Reg.15. Sed versus ad predam es. idest diuertisti ad predam. Canti.1. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Et aliqui hebrei secundum primam significationem legunt. Ne sim sicut inuolutа vel cooperta post greges vel super greges sodalium tuorum. Et Origenes super cantica legit sic. Ne quando fiam sicut coopertus super greges sodalium tuorum. Ponitur etiam pro auersari. 1. Reg.25. Et auersatus est eos. & aliqui hebrei dicunt q; deriuatur a dictione עֵירִי Aait. de quo infra dicetur in suo loco.

Inuoluer. amicire. Operire Pallium. Diuertere Vagari. auersari. עֵירִי

עַטַלֵּף Aataleph. vespertilio. Leuit.11. Vespertilionem & vpupam. Et in plurali עֲטַלֵּפִים Aatalephim. Esa. 2. Vt adoret talpas & vespertiliones.

עֲטַלֵּף vespertilio עֲטַלֵּפִים vespertiliōes

עֶטֶן Aatin. viscera. secundum translationem nostram. Iob 21 Viscera eius plena sunt adipe. Hebrei tamen dicunt q; significat vas in quo lac mulgent. Et pro adipe hebrei legunt lacte: nam eisdem litteris vtrunq; scribitur in hebreo.

Viscera. עֶטֶן

עָטַף Aataph. deficere. anxiari. mestum esse: cooperire. inuoluere seu occultare. serotinum seu posteriorē esse. ps.60. Anima eorum in ipsis defecit. ps.141. In deficiendo ex me spiritum meum. ps. 142. Et anxiatus est super me spiritus meꝰ. Et in titulo. ps.101. Vbi dicitur oratio pauperis cum anxiaretur. Threñ.2. Cum deficeret paruulus & lactens. Et in eodem. Cum deficerēt quasi vulnerati. Et in eodem. Qui fame pereunt in capite omnium compitorum idest qui fame deficiunt. Significat etiam cooperire vel inuoluere. vt Iob.23. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Pro quo he.le. Inuoluetur siue coopietur ad dexterā & nō videbo. quasi dicat. si in pte dextera. i. in pte meridionali coopuerit vel occultauerit se non videbo eum. ps.72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. ps.64. Et valles abundabunt frumento. Pro quo hebrei legunt. Operientur frumēto. Esa.57. Quia spiritus a facie mea egredietur. Pro quo hebrei le. quia spiritus a facie mea inuoluetur vel cooperietur. Alii vero secundum primam significationem legunt. Quia spiritus a facie mea anxiatur. idest orat cum anxia & gemitu. Inde מַעֲטֹרוֹת Moatiphoth. idest palliola. Esa.3. Mutatoria & palliola & linteamina. Item עֲטָף Aataph. idest serotinū seu posteriorem esse. Genē.30. Quādo vero serotina admissura erat & conceptus extremus

Deficere. anxiari. Inuoluer. Operire. Egredi. מַעֲטֹרוֹת palliola. עֲטָף Serotinū esse

non ponebat eas. & in eodem factaq; sunt ea que erant sero tina laban:& que primi temporis iacob.

עָטַר Iiter.coronare.circuire.s.in modū corone.1.Reg.25. In modum corone cingebant Dauid & viros eius. ps.5.vt scuto bone voluntatis tue coronasti eum.ps.8.Gloria & honore coronasti eum.ps.64. Benedices corone anni benignitatis tue. Pro quo hebrei legunt. Coronasti annum bonitate tua. Beatus hieronymus in psalterio iuxta he·ve. transtulit. Voluetur annus in bonitate tua. ps. 102. Qui coronat te misericordia & miserationibus. Cāti.3. In diademate quo coronauit eum mater sua. Et inde עֲטָרָה Aaatara. idest corona seu diadema. vt in p̄dicto loco.& Ps. 21. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Prouer.4.Corona inclyta proteget te.Esa.28.Pedibus conculcabitur corona superbie. Ezech.1. Aufer cidarim:tolle coronam. Et in plurali עֲטָרוֹת Aataroth. Zach.6. Et facies coronas & pones in capite iesu. Et inde מַעֲטִירָה Maatira. idest coronata.Esa.33. Quis cogitabit hoc super tyrumquō dam coronatam.

עָטַשׁ Aatas.sternutare.Iob.41. Sternutatio eius splendor ignis.& solum inuenitur in predicto loco.

עִי Ii. aceruus.s. lapidum. de quo vide infra in dictione עָיָה Aaia.

עָיַב Aaiab. obnubilare. obtenebrare. caligine obtegere. Threñ.2.Quomodo obtexit caligine.Et inde עָב Aab idest nubes.caligo.3. Reg.18. Et ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Prouer.6. Quasi imber serotinus. idest sicut nnbes serotini imbris. Esa. 14. Ascēdam super altitudinem nubium. Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet super altitudinem nubis. Et in eodem.18. Sicut nubes roris in die messis. Et in eodem. 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo.19. Iam nuc veniam ad te in caligine nubis.Et in plurali עָבִים Aabim. Iudi.5. Celiq; ac nubes stillauerūt aquis. Reperitur etiam עָבוֹת Aaboth.secundum terminationem femininorum.2. Reg.23. Mane absq; nubibus rutilat. ps. 76. Multitudo sonitus aquarū. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Excusserunt aquas nubila. Significat etiam loca ardua & inaccessibilia ad similitudinem nubium. Hiere. 4. Ingressi sunt ardua ascenderunt rupes.

עִיָּה Aaia.aceruus.s.lapidum. siue deuastatio. Et scribitur sine he.& dicitur עִי Ii.Michee.1. Et ponam ierusalem quasi aceruum lapidum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מֵעִי Mei. vt Esa.29. Et erit sicut a cerus lapidum in ruina.Ponitur etiam עִי Ii.pro deuastatione.vel consumptione.Iob.30. Verūtamen non ad consumptionem eorum emittit manum. Et in plurali עִיִּים Iim. ps.78. Posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Posuerunt ierusalem in aceruos lapidum. Mich.3. Et ierusalem quasi aceruus lapidum erit. Quod in hebreo legitur pluraliter.s.quasi acerui lapidum.

עָיַץ Aaiaz.congregare.confugere.Exo.19. Mitte ergo iā nunc & congrega iumenta tua. Significat etiam confugere:secundum hebreos. Esa.10. Migrauit medemena:habitores gabim confortamini.Pro quo hebrei legunt.Habitatores gabim confugite. Potest etiam legi congregamini: scilicet in arcem vel munitionem. Hiere.4. Confortamini nolite stare. Pro quo hebrei legūt. Congregamini vel confugite. scilicet in arcem vel in munitionem. Et in eodem. 6. Confortamini filii Beniamin in medio ierusalem. Pro quo hebrei legunt. Confugite filii Beniamin de medio ierusalem. Potest etiam deriuari a dictione עֲזַז Aazaz que significat confortare.vt supra dictum est.

עַיִט Aait. auis . volucris . & solum inuenitur in numero singulari. Et ponitur aliquando singulare pro plurali. Geñ. 15. Descenderunt volucres super cadauera. Esa. 18. Et relinquentur simul auibus montium . Et in eodem. Et estate perpetua erunt super eum volucres. Et in eodem. 46. Vocans ab oriente iustum. Pro quo hebrei legunt. Vocans ab oriente auem. & sic est in bibliis nostris correctis.s. auem.& dicitur de cyro rege persarū:qui dictus est auis propter eius velocitatem.Hiere.12. Nunquid auis discolor hereditas mea mihi : nunquid auis tincta per totum . Ezech. 39. Auibus omniq; volatili. Et inde dicunt aliqui q̄ deriuatur verbum עָט Aat.i.abigere ad similitudinem auium.1. Reg. 25. Et auersatus est eos. Pro quo ipsi legūt. & abegit eos.siue inuectus est in eos.

עֹז Aaiam.fortitudo. Esa.11.In fortitudine spiritus sui.& solum inuenitur in predicto loco.

עַיִן Aain.siue עֵין Een. oculus. aspectus. color.fons. Exo. 21.Oculum pro oculo. Deut.33. Habitabit israel confidenter & solus oculus iacob. Et in eodem.34. Non caligauit oculus eius. Iob.10. Ne oculus me videret. Prouer.30. Oculum qui subsānat patrem. Esa.52. Oculo ad oculum videbunt. Zach. 9. Quia dominus est oculus hominis. Ponitur etiam pro aspectu vel superficie. Exo. 10. Que operiet superficiem terre. Pro quo hebrei legunt. aspectum vel colorem terre. Et in eodem. Operueruntq; vniuersam superficiem terre. Leuit.13. Et siquidem lepra vltra creuerit nec transierit in cute priores terminos. Pro quo hebrei legunt. Et ecce plaga in colore vel aspectu suo steterit: nec creuerit plaga in cute . Et in eodem. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam. idest colorem vel aspectum plage pristinum . Nume. 11. Erat autem man quasi semen coriandri coloris bdelii . Pro quo hebrei legunt. Et man quasi semen coriandri albū.s.erat: & color eius sicut color bdelii. Prouer. 23. Cū splenduerit in vitro color eius. Ezech.1. Quasi species electri.idest quasi aspectus electri.& in eodē. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Et in eodē. Quasi visio lapidis sapphyrini.idest q̄si aspectus lapidis sapphyrini. Et ī plurali עֵינַיִם Eenáim. siue עֵינֵי Eene. Geñ.3.q̄ bonum esset lignum ad vescendū & pulchrum oculis.& in eodem. Hoc erit tibi velamen oculorum. Nu.10. Et eris ductor noster. Pro quo hebrei legunt Et eris nobis pro oculis. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Deut.11. Et inter oculos vestros collocate.z. Paralipo. 16. Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram. Iob. 21. Videbunt oculi eius interfectionem suam. Ps.33. Oculi domini super iustos. Esa.3. Vt prouocarent oculos maiestatis eius. Et in eodem.33. Regem in decore suo videbunt oculi tui. Ezech. 6. Et oculi eorum fornicantes. Zach.3. Super lapidem vnum septem oculi sunt. & est tam generis masculini quam feminini vt patet in locis predictis . Et inde verbum עִיֵּן Iien . idest intuerī .aspicere. siue oculos in aliquem iniicere. 1. Reg. 28. Non rectis igitur oculis saul aspiciebat Dauid . Ponitur etiam עֵינַיִם Eenáim pro biuio itineris. eo quod ibi viator apertis oculis aspicit quod iter capiat. Geñ . 38 . Sedit in biuio itineris. Pro quo hebrei legunt. Sedit in porta oculorum siue in apertura oculorum . Et in eodem . Vbi est meretrix que sedebat in biuio. vbi pro biuio ponitur עֵינַיִם Eenáim. Item עֵין Aáin. siue עַיִן Een. idest fons. Geñ. 14. Et vene-

עָטַר Cingere i modū corone. Coronare.

עֲטָרָה Corona.

עֲטָרוֹת Corone. מַעֲטִירָה

עָטַשׁ Sternutare

עִי Aceruus. עִי cōsumptio עִיִּים aceruī.

עָיַץ cōgregare confugere

עָיַב Obtegere caligine. עָב Nubes.

Caligo עֲבִים Nubes עָבוֹת Nubes Nubila

Ardua.

עִיָּה עִי Aceruus . מֵעִי עִי cōsumptio עִיִּים

עַיִט Volucris . Auis.

עָטַשׁ Abigere.

עָזָם Fortitudo

עַיִן עַיִן Oculus

aspectus Supficies

Facies

Color

Species

Biſſo . עֵינַיִם עֵינֵי oculi

עָיַן aſpicere עֵינַיִם

Biuium

עֵין עַיִן

Universidad de Deusto Biblioteca

runt vsq̄ ad fontem mesphat. Et in eodem. 24. Ecce ego
Fons. sto prope fontem aque. Iudi. 15. Fōs inuocatis de maxilla.
עֵינוֹת Et in plurali עֵינוֹת Eenoth. Exo. 16. Duodecim fōtes aqua
Fontes. rum & septuaginta palme. Deut. 8. Terra riuorum & fon-
tium. Prouer. 8. Et librabat fontes aquarum. Scribitur etiā
מָעְיָן cum mem in principio & dicitur מָעְיָן Maiian. Leuit. 11. Fō
tes vero & cisterne. Quod in hebreo legitur singulariter. s.
Fons. fontem & cisternam. p̄s. 113. Et rupem in fontem aquarum.
Prouer. 25. Fons turbatus pede. Canti. 4. Hortus conclu-
sus fons signatus. & in eodem. Fons hortorū puteus aqua-
מַעְיָנוֹת rum viuentiū. Et in plurali מַעְיָנוֹת Maianoth. Geñ. 7. Ru-
Fontes. ptiq̄ sunt omnes fontes abyssi magne. Prouer. 8. Nec dum
מַעְיָנִים fontes aquarum eruperant. Reperitur etiam מַעְיָנִים Maia
nim secundum terminationem pluralem masculinorum.
Fontes. p̄s. 103. Qui emittis fontes in cōuallibus. p̄s. 86. Sicut letan
tium omnium nostrum habitatio est in te. Pro quo beatus
hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Et cantores
quasi in choris omnes fontes mei in te. Potest etiam legi se
cundum primam significationem sic. Omnes intuitus mei
in te. i. in te solum respiciunt oculi mētis mee. vel sic omnia
viscera mea in te. Nam in lingua chaldaica significat visce-
ra. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris.

עָיַף Aaiaph. deficere. lassum esse. Esa. 40. Nō deficiet nec
Deficere. laborabit. & in eodem. Et deficient pueri & laborabūt.
Hiere. 4. Quia defecit anima mea propter interfectos. Et
עָיֵף inde עָיֵף Aaieph. idest lassus seu deficiens. Deut. 25. Quan
Labore cō fectus. do tu eras fame & labore confectus. Pro quo hebrei legunt
Lassus. Et tu eras lassus & laborans. Esa. 5. Non est deficiens nec la
Deficiens borans. & in eodem. 28. Hec est requies: reficite lassum. Vi-
de etiam de hoc supra in dictione יָעֵף Iaaph. & in dictione
עוּף Vuph.

עָיַק Aaiac. stridere. Amos. 2. Ecce ego stridebo subter vos
Stridere. sicut stridet plaustrum. Hebrei tamen dicunt q̄ signi-
עֲכָה ficat arctare. siue coangustiare. Et inde עֲכָה Aaca. i. angu-
tribulatio stia vl' tribulatio. Ps. 54. A voce inimici & a tribulatiōe pec
מוּעָקָה catoris. Scribitur etiam cū mē in principio & dicitur מוּעָקָה
Muaca. Ps. 65. Posuisti tribulationem in dorso nostro.

עִיר Iir. ciuitas. vrbs. oppidum. pullus. s. asini. Geñ. 4. Et
Ciuitas. edificauit ciuitatem. & in eodem. 11. Faciamus nobis
ciuitatem & turrem. Et in eodem. 33. Transiuitq̄ in salem
Vrbs. vrbem sichimorum. Deut. 2. Oppidum quod in valle situm
Oppidū. est. Et in plurali cōmuniter scribitur siue iod in medio & di
עָרִים citur עָרִים Aarim. Geñ. 41. Omnis etiam frugum abun-
Vrbes. dantia in singulis vrbibus recondita est. Exo. 1. Edificauc-
runt vrbes tabernaculorū pharaoni. Nume. 13. Vrbes qua-
oppida. les murate an absq̄ muro. Deut. 3. Absq̄ oppidis innume-
ris que non habebant murum. & in eodem. 4. Tunc separa
uit moyses tres ciuitates. & quandoq̄ retinet iod in plurali
עָרִים & dicitur עָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Principes triginta ciui-
Ciuitates. tatum. Pro quo hebrei legunt. Et triginta ciuitates eis. s.
erant. Ponitur etiam עָרִים Aarim. pro hostibus vel inimi-
עָרִים cis. 1. Reg. 28. Et transierit ad emulū tuum. i. ad hostem vel
Hostis. inimicum tuum. Mich. 5. Et conteram ciuitates tuas. Pro
quo hebrei legunt. Et cōteram hostes tuos. Potest etiam le-
gi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione
עִיר עוּר Vur. Item עִיר Iir. siue עַיִר Aair. idest pullus. s. asini.
עַיִר Geñ. 49. Ligans ad vineam pullum suum. Iob. 11. Pullum
Pullus. onagri se liberum natum putat. Zach. 9. Et super pullum fi
עֲיָרִים lium asine. Et in plurali עֲיָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Habens
Pulli. triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum. & in
hebreo in predicto loco non habetur asinarum: sed sic. Se-
dentes super triginta pullos. Et dicunt aliqui hebrei q̄ intel-
ligitur de pullis equorum. Item עִיר Iir. i. vigil. De quo vi-
de supra in dictione עוּר Vur.

עַיִש Aais. sidus. siue constelatio stellarū. Pro quo beatus
Vesperus. hieronymus trāstulit vesperum. Iob. 38. Et vesperū
super fines terre consurgere facis. vide etiam de hoc supra
in dictione עוּשׁ Vus.

עַכְבָּר Aachbar. mus. Leuit. 11. Mustela & mus. 1. Reg. 6. &
Mus. quinq̄ mures aureos.

עַכָּבִישׁ Aacabis. aranea. Iob. 8. Aranearum tela fiducia
Aranea. eius. Esa. 59. Telas aranee texuerunt.

עֶכֶס Eeches. monile: seu calciamentum. s. ornatum. Esa. 3.
Calciamē- tum. Auferet dominus ornamentum calciamentorum. Et
Et inde verbum עָכַס Aachas: quod significat cum tali cal-
Cōposito gradu i cedere. ciamento in pedibus incedere. vel composito gradu ince-
dere. Vt in eodem. & pedibus suis composito gradu ince-
debant. Ponitur etiam עֶכֶס Eeches pro compede: secun-
עֶכֶס dum hebreos. Prouer. 7. Et quasi agnus lasciuiens & igno-
Compes. rans & nescit q̄ ad vincula stultus trahatur. Pro quo hebrei
legunt. Et sicut compes ad correctionem stulti: seu ad vincu
lum stulti.

עָכַר Aachar. turbare. conturbare. Geñ. 33. Turbastis me.
Turbare Ios. 7. Quia turbasti nos exturbet te dominus in hac
die. Iudi. 11. Et ipsa decepta est. Pro quo hebrei legunt. Et
tu fuisti in conturbantibus me. 1. Reg. 14. Turbauit pater
meus terrā. 1. Paralipo. 2. Qui turbauit israel. p̄s. 38. Et do-
lor me⁹ renouatus est. Pro quo beatus hieronymus in psal.
iuxta he.ve. trāstulit. Et dolor meus cōturbatus est. Prouer.
Cōturbare 15. Et in fructibus impiorum conturbatio.

עָכְשׁוּב Aachsub. aspis. serpentis genus. p̄s. 139. Venenum
aspis. aspidum sub labiis eorum. Quod in hebreo legitur
singulariter. s. Venenum aspidis sub labiis eorum.

עַל Aal. super. supra. in. ad. apud. prope. iuxta. pro. propter
Super. aduersus. aduersum. contra. De quo vide infra in dictio-
עֹל ne עָלָה aala. quia inde deriuatur.
ool. iugum. De quo vide in dictione sequenti.

עָלַל Aalal. operari. facere. vindemiare. deuastare. depre-
dari. spoliare. illudere. abuti. operire siue inuoluere.
Exo. 9. Quotiens contriuerim egyptios. Pro quo hebrei
Facere. legunt. Quid fecerim vel quid operatus sim in egypto.
Vidēmiat Threñ. i. quoniam vindemiauit me. Pro quo hebrei le-
gunt. quem fecit mihi siue quem operatus est mihi. Et i eo
dē. Et vindemia eos sicut vindemiasti me. Pro quo hebrei
legunt. Et fac eis sicut feciſti mihi. idest destrue eos sicut
destruxisti me. Potest etiam significare vindemiare sicut est
in littera nostra. vt infra dicetur. & inde עֲלִילָה aalila. idest
actus. opus. studium. adinuentio. cogitatio. consiliū. p̄s. 65.
Consiliuz Terribilis in consiliis super filios hominum. pro quo bea
tus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Terri-
bile consilium super filios adam. idest opera eius sunt terri
Cogitat⁹. bilia. Hiere. 32. Magnus consilio & incomprehensibilis co-
gitatu. vbi ponitur pro cogitatu. Et inde עִילַה Iila. Quod
in lingua chaldaica significat occasionem. Dañ. 6. Et quere
occasio. bant occasionem ex latere regis. Et in eodem. Nullamq̄
causam & suspitionem reperire potuerunt. idest nullam oc
casionem. Et in plurali עֲלִילוֹת aaliloth. 1. Paralip. 16. No-
adiuētiōes tas facite in populis adinuentiones eius. i. opera eius. p̄s.
Studia. 104. annunciate inter gentes studia eius. idest opera eius.
Scelera opera Ezech. 20. Nec secūdum sceleraveſtra pessima. Pro quo he.
עֲלִילוֹת le. secundum opera vra corrupta. significat ēt עֲלִילוֹת aali-
Excusatio nes loth excusationes. scilicet falsas. siue occasiōes verborū. p̄s.
Voluef co gitatiōes 140. ad excusandum excusationes in peccatis. vbi poni-
tur verbum & nomen ab eo deriuatum. Sed Beatus Hiero-

nymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Voluere cogitationes impias. ideſt cogitare cogitationes impias. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲלֵלֵי Maalele. ideſt opera seu adinuentiones: vel cogitationes. aut ſtudia. Ps. 27. Et ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Ps. 76. Memor fui operum domini. Hiere. 25. Et a peſſimis cogitationibus veſtris. & in eodē. 26. Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra. Significat etiam predicta dictio עָלַל Aalal. vindemiare. seu reliquias ex vindemia remanentes colligere. Deut. 24. Non colliges remanentes racemos: ſed cedent in vſus aduene populi ac viduc. Hiere. 6. Vſq; ad racemum colligēt quaſi in vinea reliquias iſrael. Pro quo hebrei legunt. Vindemiando vindemiabūt vel colligendo colligēt quaſi in vinea reliquias iſrael. Threñ. 1. Cū vindemiauit me. Et ide עֲלֹלוֹת Ooleloth. i. racemi remanentes poſt vindemiam. Iudi. 8. Nonne melior eſt racemus ephraim vindemiis abiezer. Eſa. 17. Et relinquetur in eo ſicut racemus. & in eodem. 24. Et racemi: cum fuerit finita vindemia. Hiere. 49. Si vindemiatores veniſſent ſuper te nonne reliquiſſent racemos. Mich. 7. Velut qui colligit in autūno racemos vindemie. Item עָלַל Aalal. ideſt ſpoliare. depdari. deuaſtare. ſeu occidere. Iudi. 20. In illa quoq; fuga palantes & in diuerſa tendentes occiderunt quinq; millia viros. Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt eos ſiue deuaſtauerunt in viis vel in itineribus quinq; millia viros. Eſa. 3. Populum meum exactores ſui ſpolia uerunt eum. Threñ. 3. Oculus meus depredatus eſt animā meam. Significat etiam illudere. Nume. 22. Quia illuſiſti mihi. 1. Reg. 31. Et interficient me illudentes mihi. Hiere. 38. Ne forte tradar in manus eorum & illudant me. Significat etiam abuti. Iudi. 19. Qua cum tota nocte abuſi eſſent. Itē ſignificat operire vel inuoluere. Iob. 16. Et operui cinere carnem meam. Pro quo hebrei legunt. Et inuolui ſiue operui cinere cornu meum. Et accipitur cornu pro fortitudine vel imperio. Item עוֹלֵל Oolel. ideſt paruulus infans. Hiere. 6. Effunde ſuper paruulum foris. Threñ. 2. Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Et in plurali עוֹלְלִים Oolelim. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Threñ. 4. Paruuli petierūt panem. vide etiam de hoc ſupra in dictione עוּל Vul. ſcribitur etiā cum thau in principio & dicitur תַּעֲלוּלִים Thaalulim. Eſa. 3. Et effeminati dominabuntur eis. Pro quo hebrei legunt. Et infantes ſeu parnuli dominabuntur eis. Poteſt etiā ſignificare abutentes. vt dictum eſt ſupra. Ponitur etiam תַּעֲלוּלִים Thaalulim pro illuſionibus. Eſa. 66. Et ego eligam illuſiones eorum. Item עָלִיל Aalil. ideſt probatū ſecundum tranſlationem noſtram. ps. 11. Argentum igne examinatum probatum terre. Hebrei tamen dicunt q ſignificat vas paruū fictile in quo argentum vel aurum purgatur ſeu purificatur. De quo vide ſupra in dictione בָּעַל Baal. quia ſecundum aliquos hebreos illud beth quod preponitur predicte dictioni non eſt prepoſitio ſed eſt de ſubſtantia dictionis. Item עֹל Ol. i. iugum. Geñ. 27. Tempuſq; veniet cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. Nume. 19. Nec portauerit iugum. Deut. 28. Et ponet iugū ferreum ſuper ceruicem tuam. 1. Reg. 6. quibus non eſt impoſitum iugum. 3. Reg. 12. Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis.

עֹלֵל Paruul⁹. עוֹלְלִים Infantes. Paruuli. תַּעֲלוּלִים Efeminati Infantes. תַּעֲלוּלִים Illuſiões. עָלִיל Probatū. עֹל Iugum.

עֹלֶל Balbus. עָלַל Occidere. Deuaſtare Spoliare. depredari. Illudere. Abuti. Operire.

עָלַל Iileg. balbus. Eſa. 32. Et lingua balborum velociter loquetur. & ſolum inuenitur in predicto loco.

עָלָה Aala. aſcendere. leuare. eleuare. ducere. adducere. obducere. creſcere. pullulare. oriri. offerre. Geñ. 2. Sed fons aſcendebat de terra. Et in eodem. 17. Aſcendit deus ab abraam. Et in eodem. 32. Iam enim aſcendit aurora. Et in eodem. 35. Surge aſcende bethel. & in eodem. 46. Et ego inde adducam te reuertentem. Pro quo hebrei legunt. Et ego aſcendere te faciam vtiq; aſcendendo: eo quod terra egypti erat humilior terra promiſſionis. Et in eodem. 49. Quia aſcendiſti cubile patris tui. Exo. 19. Moyſes autem aſcendit in montem ad deum. Et in eodem. 24. Aſcende ad me in montē. Nume. 9. Cumq; ablata fuiſſet nubes que tabernaculum protegebat. ideſt cum eleuata fuiſſet. Et in eodem. Et ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet. Pro quo hebrei legunt. Et eleuata eſſet nubes diluculo. & in eodem. Et ſi poſt diem & noctē receſſiſſet. ideſt eleuata fuiſſet & in eodem. 10. Vigeſſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo federis. & in eodem. 16. Vt ſeparentur a tabernaculis chore. Pro quo hebrei legunt. Et aſcendant vel eleuētur a tabernaculis chore. & in eodem. Cumq; receſſiſſent a tentoriis eorum. ideſt cum aſcendiſſent vel eleuati eſſent. Deut. 1. Et tumentes ſuperbia aſcendiſtis in montem. Ioſ. 15. Aſcendetq; terminus in bethagla. Iudi. 8. Reuertenteſq; de bello ante ſolis ortum. Pro quo hebrei legunt. Ante ſolis aſcenſum. ideſt antequam ſol aſcenderet ſuper terram. 1. Reg. 5. Aſcendebat vlulatus in celum. & in eodem. 9. Et aſcenderunt in ciuitatem. 4. Regum. 2. Cum leuare vellet dominus heliam per turbinem in celum. 2. Paralipo. 16. Et facies eum a me recedere. Pro quo hebrei legunt. Et aſcendet a me. Iob. 20. Si aſcenderit vſq; ad celum ſuperbia eius. Ps. 46. Aſcendit deus in iubilo. Ps. 67. Aſcendiſti in altum. Canti. 3. Que eſt iſta que aſcendit. Eſa. 2. Venite aſcendamus in montem domini. Hiere. 4. Aſcendit leo de cubili ſuo. & in eodem. 46. Aſcendens operiam terram. Et in eodem. 47. Ecce aque aſcendent ab Aquilone. & in eodem. 49. Quaſi leo aſcendet de ſuperbia iordanis. Et in eodem. 51. Et non aſcendet loricatus. Ezech. 19. Et eduxit vnum de leunculis ſuis. pro quo hebrei legunt. Et aſcendit ſeu creuit vnus de leunculis ſuis. Et in eodem. 36. Et aſcendiſtis ſuper labium lingue. Oſee. 1. Et aſcendent de terra. Et inde verbum tertie coniugationis. ideſt aſcendere facere. ſeu ducere: aut educere vel adducere. ſcilicet de inferioribus ad ſuperiora. ſiue eleuare. Exo. 32. Qui nos eduxit de terra egypti. ideſt qui nos aſcendere fecit. Et in eodem. Iſti ſunt dii tui iſrael qui te eduxerunt de terra egypti. Ioſ. 7. Et duxerunt eos ad vallem achor. Et ſecundum hebreos vallis Achor erat ſublimior valle in quo ipſi erant vel quia inter eos & vallem achor erat aliquis mons vel collis quo aſcenderunt vt ducerent eos ad vallem Achor. 2. Reg. 2. Sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid. ideſt aſcendere fecit eos: quia terra promiſſionis ad quam duxit eos erat ſublimior. Et in eodem. 6. Vt adducerent arcam dei. Et in eodem. Et adduxit arcam dei de domo obed edō Et in eodem. Dauid & omnis domus iſrael ducebant arcam. Hiere. 10. Eleuat nebulas ab extremitatibus terre. ideſt aſcendere facit. Amos. 2. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra egypti. Naum. 2. Et miles captiuus ductus eſt. Significat etiam obducere. Hiere. 8. Quare non eſt obducta cicatrix filie populi mei. Et in eodem. 33. Ecce obducam eis cicatricem & ſanitatem. Hebrei tamen dicunt q ſignificat ſanare vel curare. Et inde תְּעָלָה Theala. ideſt ſanitas ſeu medicamentum. vt in predicto loco. Et in eodem. 46. Fruſtra multiplicas medicamina: ſanitas non erit tibi. Significat etiam predicta dictio עָלָה Aala. creſcere ſeu pullulare. quod eſt idem quod aſcendere. 3. Reg.

Aſcendere. Eleuare. Leuare. Educere. Ducere. Adducere Eleuare. Aſcendere facere. Obducere תְּעָלָה Sanitas. medicamē עָלָה Creſcere

Crescere. 22. Cōmíssum est ergo prelíū in díe illa. Pro quo hebrei legunt. Creuit seu augmētatum est prelium in die illa. Esa. 5. Et ascendent super eam vepres & spine. i. crescent seu pullulabunt. & in eodem. 32. Super humū populi mei spine & vepres ascendent. i. crescent siue orientur. Et in eodem. 34. Orientur in domibus eius spine. Ezech. 34. Et succrescere faciam super vos carnes. Et in eodem. Et carnes ascenderūt idest creuerunt. Et in eodem. Et super torrentem orietur in ripis eius. Ponitur etiam pro operire. Exo. 16. Cumq; operuisset superficiem terre apparuit in solitudine quasi minutum. Pro quo aliqui hebrei secundum precedentem significationem legunt sic. & creuit ros qui iacuerat: & ecce super faciem solitudinis minutum. significat etiā predicta dictio עָלָה Aala offerre vel afferre sacrificium vel holocaustū: eo quod eleuabatur corā domino. Genī. 8. Obtulit holocausta super altare. Nume. 22. Imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. idest obtulerunt. Deut. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris. Et in eodem. Sed in loco quem elegerit domin⁹ in vna tribuum tuarum offeres hostias. Iudi. 6. Et taurum alterum impositum super altere. idest oblatum. 1. Reg. 2. Quam afferebat statutis diebus. 3. Reg. 10. Et holocausta que offerebat in domo domini. Et in eo. Mille hostias in holocaustum obtulit salomon. 2. Paralipo. 24. Et offerebantur holocausta in domo domini. Et inde עוֹלָה Oola. idest holocaustum. hostia Genī. 12. Et offeres eum in holocaustū. Leuit. 1. In holocaustum & suauē odorem domini. Nume. 29. Absq; holocausto sempiterno. p̄s. 19. Et holocaustum tuum pingue fiat. p̄s. 50. Sacrificium & holocaustum. Esa. 61. Odio habens rapinam in holocaustū. Et in plurali עוֹלֹת Ooloth. Genī. 8. Obtulit holocausta super altare. 3. Reg. 3. Mille hostias in holocaustum. Et in lingua chaldaica dicitur עֲלַוָן Aalauā. Esd. 6. Et hedos in holocaustum. Et inde עֲלוֹת Aaloth. i. vasa quedam que erant in ministerium holocaustorum. 2. Paralipo. 24. De qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta. Ponitur etiam עֹלָה Oola pro cogitatione. Ezech. 20. Nec cogitatio mentis vestre fiet. i. illud qđ ascendit in mente vestra. Ponitur etiam עֲלִיָה Aalia. pro holocausto. seu victima. 2. Paralipo. 9. Et victimas quas immolabat in domo domini. Hebrei tamen secundum primā significationem in predicto loco legunt. Et ascensum eius quo ascendebat in domo domini. Et inde עֲלִיָה Aalia. i. cubile. cenaculum. Iudi. 3. Viderunt clausas fores cenaculi. Et in eodem. Forsitan purgat aluū in estiuo cenaculo. 4. Reg. 4. Faciamus ergo ei cenaculum paruum. Et in eodem. Et veniens diuertit in cenaculum. Danī. 6. Et fenestris apertis in cenaculo suo. Et in plurali עֲלִיוֹת Aalioth. p̄s. 103. Qui tegis aquis cenacula eius. Et inde מַעֲלֶה Maale. siue מַעֲלָה Maala. idest ascensus. seu gradus quo ascendunt. Nume. 34. Per ascensum scorpionum. Ios. 10. Et persecutus est eos per viam ascensus bethoron. z. Paralip. 33. Et sepelierunt eum supra sepulchra filiorum dauid. Pro quo hebrei legunt. Et sepelierunt eum in ascensu sepulchrorum filiorum dauid. Esa. 15. Per ascensum enim luith flens ascendet. Et in plurali. מַעֲלוֹת Maaloth. Exo. 20. Non ascendes per gradus ad altare meum. Et in titulo. p̄s. 119. Canticum graduū. Et similiter in psalmis sequentibus. Ezech. 40. Et ascendit per gradus eius. Et in eodem. Et septem graduū erat ascensus eius. Et in eodem. 46. Gradus autem eius versi erant ad orientem. Amos. 9. Qui edificat in celo ascensiones suas. Significat ēt illud quod ascendit in cor hominis. i. cogitatiões. vt Ezech. 11. Et cogitationes cordis vestri ego noui. Ponitur etiam מַעֲלוֹת Maaloth. pro horologio. vel lineis. eo quod ibi erant quidam gradus per quorum vmbram designabantur hore diei. Esa. 38. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearū per quas descenderat in horologio achaz in sole retrosum decem lineis. Et in eodem. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Et inde מַעֲלֶה Maala. idest supra. sursum. vel deinceps. Exo. 30. A viginti annis & supra Nume. 1. Ab vno mense & supra. Deut. 28. Et eris semper supra. Et in eodem. Ascendet super te eritq; sublimior. Pro quo he. le. Ascendet sup te supra supra. 1. Reg. 9. Ab humero & sursum eminebat supra omnem populum. Significat etiam deinceps. 1. Reg. 30. Et factū est hoc ex illa die & deinceps. Aggei. i. & nūc ponite corda vestra a die hac & supra. i. a die hac & deīceps. scribitur etiā cū lamed in prīcipio & dicitur לְמַעֲלָה Lemaala. Esa. 7. Siue in excelsum supra. Et ī eodem. 37. Et faciet fructū sursum. Ezech. 1. A lumbis eius & desuper. Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מִמַּעַל Mimaal. siue מִמַּעֲלָה Mimaala. aut מִלְמַעֲלָה Milmaala. idest de super Genī. 22. Posuit eum in altare super struem lignorum. Et in eodem. 49. Benedictionibus celi desuper. Exo. 20. Que est in celo desuper. Ios. 3. Que autem desup veniunt. 3. Reg. 7. Et mare super eos desuper erat. Iob. 3. Non requirat eum deus desuper. Esa. 6. Seraphim stabant super illud. Pro quo hebrei legūt. Seraphim stabant desuper ei. Ezech. 1. Et facies & pēne eorum extente desuper. Et in eodem. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum. Et inde מַעַל Maal. idest eleuatio. Nee. 8. Et respondit omnis populus amen eleuātes manus suas. i. cum eleuatione manuū suarum. Et inde עֶלְיוֹן Elion idest excelsus. altissimus. superior. p̄s. 12. Et psalam nomini domini altissimi. p̄s. 46. Quoniam dominus excelsus terribilis. p̄s. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi. Esa. 14. Similis ero altissimo. Et in lingua chaldaica dicitur עִלָּאָא Ilaia. Danī. 3. Serui dei excelsi egredimini & venite. ponitur etiam עֶלְיוֹן Eliō pro exemplo. 3. Reg. 9. Et domus hec erit in exemplum. Pro quo hebrei legunt. Et domus hec erit excelsa. i. que erat excelsa. 2. Paralipo. 7. Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus & dicent stupētes. Pro quo in hebreo habetur. Et domus ista que erat excelsa vniuerso transeunti: super eam stupebit & dicet. Et in genere femínino עֶלְיוֹנָה Eeliona. Esa. 36. Et stetit in aque ductu piscine superioris. Ezech. 41. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & medium. Et inde עַל Aal. i. super. supra. in. ad. cū. apud. prope. iuxta. pro. propter. aduersus. contra. Genī. 1. Et spiritus dei ferebatur super aquas. Et in eodem. 2. Non enim pluerat dominus super terram. Et in eodem. 3. Super pectus tuum gradieris. & in eodem 20. Quia induxisti super me & super populum meū peccatū. Exo. 1. Surrexit interea rex nouus super egyptum. Et in eodem. 20. Et offeretis super eum holocausta. Leuit. 4. Et pones super eos thus. Iob. 38. Et vesperum super fines terre consurgere facis. & in eodem. 39. Super ipsū sonabit phare tra. p̄s. 2. Super siō montē sanctū ei⁹. p̄s. 39. Et statuit supra petrā pedes meos. p̄s. 128. Supra dorsum meū fabricauerūt Peccatores. Esa. 1. super quo ꝑcutiā vos. & in eo. 7. Quieuit syria super ephraim. Et in eodem. 8. Et ascendet super omnes riuos eius. Et in eodem. 11. Et requiescet super eū spiritus domini. Hiere. 2. Sed in omnib⁹ que supra memorauí. Osee. 7. Reuersi sunt vt essent absq; iugo. pro quo hebrei legunt. Reuersi sunt: non supra. idest non tendunt ad superiora. Et. lxx. transtulerunt. reuersi sunt in nihilum. sed si ꝑ עַל Aal legatur על ool. tunc significat iugum. sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione עֲלָל aalal. & similiter Osee. 11. Vbi nos legimus iugum autem imponetur

Lineę horologiū

Supra.

Sursum.

Deinceps

Supra.

Sursum & super

Desuper.

Supra.

Eleuatio.

Altissimꝰ Excelus.

Excelsus.

Exemplu

superior.

super.

eis ſimul quod non auferetur. Hebrei legunt. & ad ſupra. i. ad ſuperiora vocabit eum ſimul non eleuabitur. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. Significat etiam in: ſiue ad
In. Geñ. 19. Salua animam tuam. pro quo hebrei legunt. Saluare in anima tua: ſiue ſaluum te fac in anima tua. Et in eodem. 27. Viues in gladio. Exo. 28. Sculpes eos nominibus
Ad. filiorum iſrael. ideſt in nominibus. Et in eodem. 29. Et poſita in caniſtro offeres. Ioſ. 2. Et ecce mulier aſcēdit ad eos. Et in eodem. Per viam que ducit ad vada iordanis. 1. Reg. 1. Orauit ad dominū flens largiter. & ī eo. 2. Abiit elchana in ramatha in domum ſuam. 4. Regum. 22. Dixit autē elchias pontifex ad ſaphan ſcribam. Ps. 47. Ipſe reget nos in ſecula. Pro quo hebrei legūt. Ipſe reget nos vſq; ad mortem ſiue in morte: & beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. ipſe dux noſter ſuper mortem. De quo vide infra in dictione עָלַם Alam. Eſa. 29. Et dabitur liber n eſcienti litteras. Pro quo hebrei legunt. Et dabitur liber ad eum qui neſcit librum ſiue litteras. Et in eodem. 38. cunctis diebus vite noſtre in domo domini. Hiere. 23. Hec dicetis vnuſquiſq; ad proximum ſuum & ad fratrem ſuum. Oſee. 12. & locutus ſum ſuper prophetas. ideſt ad prophetas. Significat etiam cum. iuxta. apud. ſecus. ante. Geñ. 16.
Iuxta. Prope. Cumq; inueniſſet eam angelus domini iuxta fontem. Etī eodem. 18. Apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. & in eodem. Ipſe vero ſtabat iuxta eos. Et in eodem. 30. ſeparatis inter ſe gregibus. Pro quo hebrei legunt. & poſuit ſibi greges ſeorſum & non poſuit eas cum ouibus laban ſiue iuxta oues laban. Et in eodem. 41. Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium. Pro quo hebrei legunt. & iuxta ſecundationem vel iterationem ſomnii. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Exo. 14. repererunt eos in caſtris ſuper mare. ideſt iuxta mare. & in eodem. 35.
Cum. Viri cum mulieribus prebuerunt. & in eodem. 40. Dimitteſq; ante illam velum. ideſt iuxta arcam. Nume. 2. & cum eis tribus filiorum manaſſe. 1. Regum. 20. fac ergo miſericordiam cum ſeruo tuo. 2. Regum. 2. & occurrerunt eis iuxta piſcinam gabaon. Nec. 3. & iuxta eum edificauerunt viri hiericho & iuxta eos edificauit zachur. Ps. 1. & erit tāquam
Secus. Poſt. lignum quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarum. Canti. 1. Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. ideſt iuxta greges vel cum gregibus. Ezech. 1. iuxta fluuiū chobar. & in eodem. In terra chaldeorum ſecus flumen chobar Significat etiam. de. z. Reg. 23. Dixit vir cui conſtitutū eſt
De. de chriſto dei iacob. Hebrei tamen ſecundum primam ſignificationem legunt ſic. Dixit vir qui conſtitutus eſt ſupra: chriſtus dei iacob. ideſt qui conſtitutus eſt in ſtatu ſublimiori. ſignificat etiam. pro. ſiue propter. Geñ. 26. Pro illo
Pro. quoq; rixati ſunt. Leuit. 4. Offeret pro peccato ſuo. & in
Propter. eodem. Rogabitq; pro eo ſacerdos. Nume. 15. & rogabit ſacerdos pro omni multitudine iſrael. p̄s. 7. Et propter hanc in altum regredere. Ps. 9. Propter quid irritauit impius deum. Ps. 31. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus. Ps. 43. quia propter te mortificamur tota die. Ps. 44. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Ps. 68. Quia propter te ſuſtinui opprobrium. Threñ. 5. Propterea meſtum factum eſt cor noſtrum. Et in eodem. Propter montem ſion quia diſperiit. Ione. 4. Propter hoc preocupaui, vt fugerē in tharſis. Significat etiam aduerſus ſiue contra. Geñ. 4.
Aduerſus. Conſurrexit cain aduerſus fratrem ſuum Abel. Nu. 16. Cūq; ſtetiſſent aduerſus moyſen. p̄s. 2. Aduerſus dominum &
Contra aduerſus chriſtum eius. Ps. 14. & opprobrium non accepit aduerſus proximum ſuum. p̄s. 65. Et infirmate ſunt contra eos lingue eorum. Eſa. 7. Ad preliandum contra eam. Et in eod em. 9. ſimul ipſi contra iudam. & in eodem. 27. Ne forte viſitetur contra eam. Habet fortaſſe & alios modos ſignificandi qui poſſunt reduci ad ſupradicta. ſcribitur etiam cum iod in fine & dicitur עָלַי aale. Iob. 29. Quando ſecreto erat deus in tabernaculo meo. Ps. 91. In decachordo
In. pſalterio cum cantico in cithara. vbi ter ponitur predicta
cum. dictio. Hiere. 9. Dolor meus ſuper dolorem. & aliquando
Super. preponitur ei littera chaph & dicitur כְּעַל Cheal. ideſt quaſi
Sicut ad. ſuper: vel ſicut ad. Eſa. 59. ſicut ad vindictam quaſi retribu
tionem. ideſt quaſi ſuper retributi nem. Et in eodem. 63.
Et ſuper. Et ſuper omnibus que reddidit nobis dominus. & aliquan
מֵעַל do preponitur ei littera mem & dicitur מֵעַל meal. ideſt de
Super. ſuper. Geñ. 1. Diuiſitq; aquas que erant ſub firmamento ab
מִסַּעַל aquisque erant ſuper firmamentum. Ezech. 1. nam cum fie
מִמַּעֲלָה ret vox ſuper firmamentum. ſcribitur etiam cum duplici
עֲלֵיהָ mem in principio & dicitur מִמַּעַל Mimaal. ſiue מִמַּעֲלָה mimaala. De quo ſupra dictū eſt. & inde עֲלֵיהָ aaléha. i. armū.
Armus. ſeu femur. 1. Regum. 9. Leuauit autem coquus armum & poſuit ante ſaul. Pro quo hebrei legunt. Leuauit autem co
Femur. quus crus & femur eius. ſiue id quod erat ſuper illud. Item
עָלָה Aala. maculare vel profanare. ſuccidere vel ſuccen
Maculare dere. Geñ. 49. Et maculaſti ſtratum eius. pro quo hebrei legunt. ſtratum meum maculatum ſeu profanatum eſt. Iob. 5. ſicut infertur aceruꝰ tritici in tempore ſuo. pro quo hebrei legunt. Sicut ſuccidítur aceruus: ſcilicet meſſis in tē
Succidere Reuocare. pore ſuo. Ps. 101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Pro quo hebrei legunt. Ne ſuccidas me vel ne conſumas me in dimidio dierum meorum. Hiere. 48. Ciuitates illius ſuccenderunt. Et alii legunt ſuccíderunt vel extermi
Succendere nauerunt. Zach. 14. Et apprehendet vir manum proximi ſui. & ſequitur in hebreo. & ſuccidetur manus ſua ſuper manum proximi ſui. Poteſt etiam legi ſic. & aſcendet ſiue eleuabitur manus eius ſuper manum proximi ſui. & ide תְּעָלָה
Aqueductus Theala. ideſt aqueductus. 3. Regum. 18. Steterunt iuxta aqueductum piſcine ſuperioris. Et in eodem. 20. Et quomodo fecerit piſcinam & aqueductum. Eſa. 7. Ad extremum a queductus piſcine ſuperioris. & inde עֵלִי Eeli. ideſt pilum.
Pilum. Prouer. 27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas fe
עֵלֶה riente deſuper pilo. & dicūt aliqui hebrei ꝙ ſignificat mor
ramus. tarium. Item עֵלֶה aale. ideſt folium. frons. ramus. vt Geñ.
Folium. 8. Portans ramum oliue virentibus foliis in ore ſuo. Ps. 1. Et folium eius non defluet. & in plurali עֲלִים aalim. ſiue
עֲלֵי עֲלִים aale. Geñ. 3. Et conſuerunt folia ficus. Nec. 8. Afferte
Folia. frondes oliue & frondes ligni pulcherrimi & frondes myr
Frondes. ti & ramos palmarum. vbi ponitur pro frondibus & pro ramis. Et ſimiliter. Eſa. 17. Vbi dicitur. ne forte viſitetur cō tra eam. poteſt etiam legi. ne forte deficiant folia eius. & ſic legunt aliqui hebrei. & Hiere. 11. Vbi dicitur. Exarſit ignis in ea. Pro quo ipſi legunt. Exarſit ignis in folia eius.
עָלַז Aalaz. exultare. letari. gaudere. gloriari. ſopiri. 2. Re-
Exultare. gaudere. gum. 1 ne exultent filie incircunciſorū. Ps. 67. exultate in conſpectu eius. Ps. 95. Gaudebunt campi & omnia que in eis ſunt. Ps. 149. Exultabunt ſancti ī gloria. Hiere.
gloriari. 11. nunquid carnes ſancte auferent a te malitias tuas in quibus gloriatus es. & in eo. 15. non ſedi in concilio ludentium & gloriatus ſum. Soph. 3. Letare & exulta in omni corde. ſignificat etiam ſopiri vel conſopiri. Hiere. 51. & inebriabo eos vt ſopiantur. & inde עַלָּז aalez. ideſt exultans. letus.
Sopiri. glorians ſeu glorioſus. Eſa. 5. Et populus eius & ſublimes
עָלֵז glorioſique eius. Et in eodem. 13. Exultantes in gloria mea.
glorioſus. Exultans. Letantes. Et in eodem. 24. Quieuit ſonitus letantium. Soph. 3. quia tūc auferam de medio tui magniloquos ſuperbie tue. ideſt gloriantes ſiue exultantes in ſuperbia tua. & in genere ſe-

Universidad de Deusto Biblioteca

עָלִיזָה Exultans. Glorians.

mínio עָלִיזָה Aaliza. Esa. 22. Vrbs frequēs: ciuitas exultās. Et in eo. 23. Nunquid non hec vestra est que gloriabatur in diebus pristinis.

עָלַט Caligo. tenebrosa

עָלַט Aalat. caligo tenebrosa. obscuritas. & scribitur cū he in fine quod denotat genus femininum. Geñ. 15. Cū ergo occubuisset sol: facta est caligo tenebrosa. Ezech. 12. In caligine egredietur.

עָלַם Absc̄dek. Latere. occultare. celare. Negligere Despicere. c̄tēnek

עָלַם Aalam. Occultare. celare. abscondere. latere. despicere. negligere. Leuit. 5. Et oblita fuerit. pro quo hebrei legunt. Et absconditum vel occultatum fuerit ab eo. siue latuerit eum. & in eodem. 4. & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est. pro quo hebrei legunt. & occultatum vel absconditum fuerit verbum ab oculis turbe & fecerit. & in eodem. 5. Et oblita fuerit immundicie sue. i. si latuerit eam immundicia sua. Deut. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem & preteribis. Pro quo hebrei legunt. Et occultaberis vel abscondes te ab eis. 4. Reg. 4. Dominus celauit a me & non indicauit mihi. Iob. 6. Qui timent pruinam: irruet super eos nix. Pro quo hebrei legunt. Denigrati gelu vel pruina: super eos occultabit vel occultabitur aut abscōdetur nix. vel sic denigrata aut offuscata gelu: abscondet siue celabit ea nix. & in eodem. 28. Abscondita est ab oculis omnium viuentium. p̄s. 25. Et cū iniq; gerentibus non introibo. pro quo hebrei legunt. & cum celatis vel absconditis non introibo. & est idem sensus Nam iniq; gerentes volunt esse in abscondito & odiunt lucem. iuxta illud Ioannis. 3. omnis enim qui male agit odit lucem: & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Threñ. 3. Ne auertas aurem tuam a singultu meo. pro quo hebrei legunt. Ne abscondas aurem tuam. & quia quando aliquis despicit vel contemnit alium abscondit & auertit faciem suam ab eo. ideo ponitur etiam pro despicere vel contemnere aut negligere. Leuit. 20. Quod si negligēs populus terre & quasi parui pendens dimiserint hominem. pro quo hebrei legunt. Quod si occultando occultauerit populus terre oculos suos ab homine illo. Deut. 22. Non despicies: sed sublcuabis cum eo. 1. Regū. 12. & cōtemnā illud hodie: restituamq; vobis. Ps. 9. Despicis in opportunitatibus in tribulatione. Esa. 58. Et carnem tuam ne despexeris. Naum. 3. Et iniq; despecta. & inde עֲלוּם Aalum. idest occultum vel absconditum. Ps. 89. Seculum nostrum in illuminatione vultus tui. pro quo hebrei legunt. & occulta vel abscondita nostra in luce vultus tui. & beatus hieronymus in psal terio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Negligentias nostras in luce vultus tui. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur עֲלוּמוּת Aalmuth. vt in titulo p̄s. 9. Vbi dicitur in finem pro occultis filii. sed si predicta dictio diuidatur: tunc significat super mortem. & in aliquibus libris hebraicis sūt due dictiones. & sic trastulit beatus hiero. in psal. iuxta he. veritatem. scilicet victori super mortem filii. & eadem dictio habetur. Ps. 47. vbi dicitur ipse reget nos in secula. p̄ quo beatus hieronymus trāstulit. Ipse dux noster sup mortem. Potest etiam legi sic. Ipse reget nos in occultis. potest etiam significare iuuentutem. vt infra dicetur. De quo vide Nicolaum de lyra in postilla psalmi noni & Burgeñ. in additione. & inde תַּעֲלוּמָה thaaluma. idest absconditum vel occultum. Iob. 28. Abscondita produxit ad lucem. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet absconditum. Et in plurali תַּעֲלוּמוֹת Thaalumoth. vt in eodem. 11. Et ostenderet tibi secreta sapientie. Ps. 43. Ipse enim nouit abscondita cordis. Item עֶלֶם E elem. idest puer. adolescēs. Iuuenis. 1. Regum. 17. Interroga tu cuius filius sit iste puer. & ide עֲלוּם Aalom. i. adolescentia. iuuentus. & reperitur tantū in plurali. Iob. 20. Ossa eius implebuntur viciis adolescentie eius. Et in eodem. 33. Reuertatur ad dies adolescentie eius. Ps. 88. Minorasti dies temporis eius. pro quo beatus Hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Abbreuiasti dies adolescentie eius. Esa. 54. Quia confusionis adolescentie tue obliuiscēris. Et inde עַלְמָה Aalma. idest virgo abscondita. adolescentula. puella. Geñ. 24. Et virgo que egredietur ad hauriendam aquam. Exo. 2. Perrexit puella & vocauit matrem pueri. Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. & proprie significat virginem adolescentulam & absconditam & non in prouecta etate. vnde beat⁹ hieronymus in suis explanationibus super predicto loco sic ait. porro עַלְמָה Aalma apud hebreos verbum ambiguum est: dicitur enim & adolescentula & abscondita. vnde & in titulo psalmi noni. vbi in hebreo positum est עֲלָמוֹת Aalmuth: ceteri interpretes transtulerunt pro adolescentula: quod .lxx. interpretati sunt pro absconditis. Et in genesi legimus vbi rebeca dicitur Alma: aquilam non adolescentulam nec puellā sed absconditam trāstuliſſe. Sunamitis quoq; mulier amisso filio cum elisei fuisset pedibus prouoluta & prohiberet eam giezi audit a propheta dimitte eam quia in dolore est & dominus abscondit a me. vbi in hebreo scriptum est הֶעְלִים מִמֶּנִּי Heeliim mimeni. ergo עַלְמָה aalma non solum puella vel virgo: sed cum virgo abscondita dicitur & secreta: que nunquam virorum patuerit aspectibus sed magna parentum diligentia custodita sit: līgua quoq; punica que de hebreorum fontibus ducitur proprie virgo עַלְמָה Aalma appellatur. Et quantum cum mea pugno memoria nū quam me arbitror Alma in muliere nupta legisse sed in ea que virgo est: vt non solum virgo sed & virgo iunioris etatis & in annis adolescentie. hec hieronymus. Ponitur etiā עַלְמָה Aalma pro adolescentia. Prouer. 30. Et via viri in adolescentia. Sed nicolaus in postilla dicit q̄ in hebreo habetur in adolescentula. Et vtrunq; potest legi secundum litteram hebraicam. Et in plurali עֲלָמוֹת Aalamoth. Ps. 77. In medio iuuencularum tympanistriarū. Canti. 1. Propterea adolescentule dilexerunt te. Ponitur etiam pro iuuentutibus. vt in titulo p̄s. 45. Vbi dicitur in finem pro filiis chore pro arcanis. Pro quo beatus hiero. in psalte. iuxta he. ve. transtulit, victori filiorum chore pro iuuentutibus cantic̄ū. Potest etiam significare absconditа vel arcana secundum primam significationem. Item עוֹלָם oolam. idest seculum seu eternum: vel perpetuum. Geñ. 6. Isti sunt potentes a seculo. Exo. 21. Et erit ei seruus in seculum. idest vsq; ad quīquagesimum annum iubilei: sicut exponūt hebrei. p̄s. 118 Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine. Prouer. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos. pro quo hebrei legunt. Ne transgrediaris terminos seculi. Eccl̄s. 9. Et non habent partem in hoc seculo. Esa. 61. Et edificabunt deserta a seculo. Hiere. 2. A seculo confregisti iugum meum. Significat etiam eternitatem. vt Exo. 15. Dominus regnauit in eternum & vltra. Ps. 40. Benedictus dominus deus israel a seculo vsq; in seculum. idest vsq; in eternum. Ps. 102. Misericordia autem domini ab eterno & vsq; in eternum. Ps. 111. In memoria eterna erit iustus. Ps. 118. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas. Esa. 54. In misericordia sempiterna misertus sum tui. Et in eodem. 61. Fedus p̄petuum feriam eis. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Dañ. 12. Alii in vitam eternam. Et in eodem. Quasi stelle in perpetuas eternitates · & beatus Hieronymus super epistolam ad Galatas capitulo primo dicit q̄ quādo scribitur cum littera vau tunc significat eternitatem. et quando scribitur sine vau tunc significat tempus finitum et de-

Adolescentia.

עַלְמָה Virgo. Puella.

adolescētia

עַלְמוֹת Iuuencule adolescentule.

arcana.

Iuuēntes

עוֹלָם Seculum.

Eternum.

Sempiternum. Perpetuū

terminatū.cuius verba sunt hec.Querēdū quoqꝫ est quid sit inter seculum & seculum seculi siue secula seculorum.& vbi pro breui temporis spacio vbi pro eternitate ponatur: quia in hebreo seculum seculi.idest עוֹלַם oolam:vbi vau litteram positam habuerit eternitatem significat:vbi vero sine vau scribitur: annum quinquagessimum quem illi iubileum vocant.ob hanc causam & ille hebreꝰ qui ꝓpter vxorem & liberos amans dominū suum: aure pertūsa seruitio subiugatur:seruire iubetur in seculum. hoc est vsqꝫ ad annum quinquagessimum.Hec hieronymus.scribitur etiam cum iod in prima syllaba & cum vau in secunda.2.Parali. 33.Et in ierusalem quam elegi de cunctis tribubus israel ponam nomen meum in eternum.Et solum in predicto loco ponitur עֵילוֹם Eelom.pro עוֹלַם oolam.& in lingua chaldaica dicitur עָלַם aalam.siue עָלְמָא aalma. Dañ.2. Sit nomen domini benedictum a seculo.& in eo.3.Regnū eiꝰ regnum sempiternum.& in plu.עוֹלָמִים oolamim.Ps.60.In habitabo in tabernaculo tuo in secula.Eccl's.1.Iam enim p̄ cesserūt in seculis que fuerūt ante nos.Esa.26. In dño deo forti in perpetuū.pro quo he.le.In dño deo forti seculorū. Et in eo.45.Israel saluatus est in dño salute eterna .ꝓ quo he.le.Salute seculorū.& in lingua chaldaica dicitur עָלְמִין Aalmin.siue עָלְמָא Aalmaia.Dañ.7.& obtinebunt regnū vsqꝫ in seculum & vsqꝫ in secula seculorum.

פֶּן Pen. Ne forte. Gen̄. 26. Ne forte interficerẽt eũ. Et in eo. Ne morerer ꝓpter eã. i. ne forte morerer. vide ẽt de hoc supra in dictiõe פּוּן pum. Itẽ פִּנָּה pina. angulus. p̃s. 117. Hic factus est in caput ãguli. Prouer.7. Transit per plateã iuxta angulũ. & in eo. Iuxta oẽm angulũ insidiãs. Et secundũ hebreos he vltimũ est generis femininí: & ideo ei9 primitiuũ est p̃dicta dictio פֶּן Pen. alii vero dicũt q̃ deriuatur a sequẽti dictione פִּנָּן penin. & in plu. פִּנּוֹת pinoth. Exo.27. Cornua autẽ per q̃ttuor angulos ex ipso erunt. Iob.1. Et cõcussit q̃ttuor angulos domus. Soph.1. Et sup ciuitates munitas & super angulos excelsos. Et dicunt aliqui hebrei q̃ in predicto loco ponitur pro turrib9 firmissimis: sicut firmitas domus est in angulis. Et quia in angulis ponũtur lapides maiores & meliores. ideo maiores & prĩcipes populi appellãtur hoc noĩe. Iudí. 20. Oñs ãguli populorũ. Reperitur etiã פִּנִּים pinim ī gñe masculino. Zach.14. Et vsq̃ ad portã angulorũ.

פִּנּוֹת
anguli.
anguli pro
principib9
פִּנִּים
anguli.

פִּנָּן Enin. gẽma. seu margarita. & solũ inuenitur ī numero plu. s. פְּנִינִים peninim. Prouer.3. Preciosior est cunctis opibus. i. cũctis gẽmis. & ī eo.20. Est aurũ & multitudo gẽmarũ. & in eo.31. Procul & de vltimis finibus p̃ciũ eius. ꝓ quo he.le. Et ꝓcul siue lõge magis q̃ gẽme preciũ eius. i. lõge p̃ciosius gẽmis preciũ ei9. Threñ.4. Rubicũdiores ebore antiquo. ꝓ quo he.le. Rubicũdiores osse plusq̃ gẽme. i. plusq̃ gẽme rubicũde. & dicunt aliqui qđ a predicta dictione deriuatur פִּנָּה pinna. i. angulus: & ponitur ibi dages in littera nun ꝓpter defectũ alterius nun. alii vero dicunt qđ deriuatur a dictione פֶּן pen: de qua supra dictũ est.

פִּנָּה
פִּנָּן
Balsamũ.

פִּנָּן panag. balsamũ. vnguẽtum preciosum. Ezech.27. Balsamũ & mel & oleũ & resinã ꝓposuerũt ī nũdinis tuis.

פָּנָה
Circũspicẽ
Respicere.

פָּנָה pana. respicere. intueri: aduertere. aĩaduertere. vertere auertere. declinare. parare. seu p̃parare. Exo.2. Cũq̃ circũspexisset huc atq̃ illuc. & in eodẽ. Et reuersus est moyses de monte. pro quo he.le. Et respexit & descẽdit moyses de mõte. Leuit.26. Respiciã vos & crescere vos faciã. Deut. 31. Quia secut9 est deos alienos. pro quo he.le. Quia respexit seu diuertit ad deos alienos. Iudí.20. Beniamin quoq̃ respiciens retro. Iob.6. Verũtamen quod cepistis explete. Pro quo he.le. Et nunc animaduertite: respicite in me: vel sic. Et nunc quia cepistis: respicite in mẽ. p̃s.101. Respexit in orationem humiliũ. p̃s.118. respice in me & miserere mei. Hiere.47. Non respexerũt patres filios. Ezech.9. Que respicit ad aquilonẽ. & in eodẽ.11. Que respicit ad solis ortũ. Significat etiã vertere vel auertere. siue diuertere: aut declinare. Deut.2. Profectiq̃ inde venimus in solitudinem. pro quo hebrei legunt. Et diuertimus siue respexim9: & ꝓfecti sumus ad solitudinẽ. & in eodẽ. Ite contra aquilonẽ. i. vertite vel diuertite contra aquilonẽ. Et in eodẽ.29. Cuius cor auersus est a dño deo vño. Iudí.15. Candasq̃ earum iungit ad caudas. pro quo he.le. Et vertit caudã ad caudã. i. fecit vt mutuo respicerẽt. Et in eo.20. Quod cum vidissent filii beniamin in fugã versi sũt. 1. Reg.10. Cum auertisset humerum suũ vt abiret. & in eodẽ.14. Quocũq̃ se verterat superabat. Esa.56. Omnes inviã suã declinauerunt. Hiere.2. verterunt ad me tergum & non faciẽ. Et in eodẽ.6. Ve nobis quia decliauit dies. & in eodẽ.49. Quomodo deiecit cerui cem moab. proquo he.le. Quomodo vertit ceruicẽ moab. scilicet vt fugeret. & in eo.4. fugite & terga vertite. Et in eodem. Versa est vt fugeret. Ezech.43. Gradus aũt eius versi ad orientẽ. Potest etiã legi secundũ primã significationẽ. Respiciẽtes ad oriẽtẽ. & inde פְּנוֹת penoth. i. primo mane. s. qñ mane vl aurora respicit ab oriẽte. Et scribitur cũ lámed ī principio & dr̃ לִפְנוֹת liphnoth. Exo.14. reuersũq̃ est prĩo diluculo ad priorẽ locũ. p̃s.45. Adiuuauit eã de9 mãe dilucu lo. põitur ẽt ꝓ tpe vesptino. & inde פָּנִים panim. i. facies. vultus. aspect9. & declinatur tm̃ plr̃: & cõiter ẽ gñis masculini. Gen̄.1. Et tenebre erãt sup faciẽ abyssi: & spũs dñi ferebatur sup aq̃s. ꝓ quo he.le. sup faciẽ aquarũ. & in eo.4. & cõcidit vult9 eius. & in eo. & cur cõcidit facies tua. & in eo.32. vidi dñm facie ad faciẽ. & in eo.33. Sic enĩ vidi faciẽ tuã: quasi viderim vultũ dei. Exo.33. loq̃batur dñs ad moysen facie ad faciẽ. & in eodẽ. Nõ poteris videre faciẽ mea. Nu.6. Cõuertat dñs vultũ suũ ad te. Deut.4. eduxitq̃ te p̃cedẽs. ꝓ q̃ he.le. Et eduxit te in facie sua. i. in presentia sua. Et est sensus sicut in lr̃a n r̃a. 2. Reg.2. & leuare nõ potero faciẽ meã. Et in eo.11. Ponite vriã exaduerso belli. Pro quo he.le. Ponite vriã exaduerso faciei belli. i. in prima acie belli. p̃s.33 Et facies vre nõ cõfundentur. Prouer.25. Et facies tristis linguã detrahẽtẽ. & in eo.28. qui cognoscit ī iudicio faciẽ: nõ bene facit. Reperitur ẽt in ge.fe. Ezech.21. Quocũq̃ faciei tue est appetit9. & p̃ponitur ei lr̃a lámed & dr̃ לִפְנֵי lephanim siue לִפְנֵי Liphne. i. corã. ī cõspectu. ante. anteq̃. Abinitio. Gen̄.6. Corrupta est autem terra coram domino. & in eodẽ.10. Erat aũt robustus venator corã dño. & in eodem. 13. Ecce vniuersa terra coram te. Et in eo.24. & appositus est in cõspectu eius panis. & in eodem. 46. Misit aũt iacob iudam ante se. Ruth.4. Hic autem erat mos antiquitus in

פְּנוֹת
לִפְנוֹת
diluculũ.
פָּנִים
Facies.
Vultus
לִפְנִים
Coram.
incõspectu
Ante

israel.Pro quo hebrei legũt.Hoc autem erat ante.i.ab antiquo in israel.1.Reg.8.& egredietur ante nos.Nee.5.Duces autem primi qui fuerũt ante me.Iob.8.Et ante omnes herbas aresćit.p̃s.71.Ante solem p̃manet nomen eius. p̃s.101.

Initiũ. Initio tu dñe terrã fundasti.Prouer.17. Cum spoponderit pro amico suo.pro quo hebrei legunt. Cum spopõderit coram amico suo.siue ante amicum suũ. & in eodẽ.18. Ante

Anteq̃. anteq̃ conteratur exaltatur cor hominis:& anteq̃ glorificetur humiliatur.Malach.4. Anteq̃ veniat dies dñi. Significat etiã velut aut quasi.1.Reg.1. Ne reputes ancillam tuã quasi

Quasi Velut vnã de filiabus belial.Iob.4.Cõterẽtur velut a tinea.Scribitur etiam cum mẽ in principio & dicitur מִפְּנֵי Mipene.i.

מִפְּנֵי a facie.a cõspectu. Gen̄.3.Abscondit se adam & vxor eius a

A facie facie dñi. & in eodem.16. A facie sarai dñe mee ego fugio. & in eodem.35. Cum fugeret fratrẽ suum. Pro quo hebrei legunt.Cum fugeret a facie Esau fratris sui. Hiere.5.Et a facie mea non dolebitis. Est etiã redditiuũ rationis. Exo.19.

Eo quod. Eo quod descendisset dñs sup eũ in ignẽ. Scribitur etiã cũ

מִלִּפְנֵי lámed in principio & dr̃ מִלִּפְנִים Milephanim.siue

A facie de ꝓspectu De vultu Miliphne.i.a facie. de vultu.de cõspectu.ab ãte:siue ab anti quo.Gen̄.4.Egressusq̃ cain a facie dñi.Exo.35.Egressa ẽ oĩs multitudo filiorũ israel de cõspectu Moysi.p̃s.16.de vultu tuo iudiciũ meum ꝓdeat.p̃s.115. A facie dei mota est terra:a facie dei iacob.Ione.1.Vt fugeret in tharsis a facie dñi.

עַלִּפְנֵי Ante Coram. Et aliqñ preponitur ei dictio עַל Al.vel dictio אֶל El.& dr̃ עַלִּפְנֵי Aal pene.siue אֶלִּפְנֵי El pene.i.ad faciẽ.in faciẽ.in cõspectu.ante faciẽ .corã. Gen̄.11. Mortuꝰ est autẽ arã ante thare ꝓm suũ.i.viuẽte thare.& in eodẽ.25. Corã cunctis fratribus suis obiit.i.eis viuẽtibus. Exo.20. Nõ habebis deos alienos corã me . Nu.3. Functiq̃ sunt sacerdotio Eleazar & ithamar corã aaron patre suo. Deut.7.& reddẽs odiẽtibus se statim: ita vt d ispderet eos.pro quo he.le. & reddẽs odiẽ ti se in facie sua.i.in vita sua.& in eo.Protinus eis restituens quod merẽtur.Pro quo he.le. In faciem suã reddẽs ei. Iob.

In faciem 1.Nisi in faciem benedixerit tibi.& in eodem.6. Et prebete aurem & videte an mentiar. ꝓ quo hebrei legunt. Et in facie vr̃a si mẽtiar. & est sensus sicut in littera nr̃a. & in eodẽ. 21.Quis arguet corã eo vias eius. Item פָּנִים Panim.i.intus siue interiꝰ.Ezech.2.Qui erat scriptus intus & foris.Potest etiã legi ante & retro. Scribitur etiã cum he ĩ fine & dicitur

פָּנִים Intus. פְּנִימָה Penima. 3.Reg.6.& cedro oĩs domus intrinsecus vestiebatur.p̃s44. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Et

פְּנִימָה Intrinsecꝰ Ebintus inde פְּנִימִי Penimi.i.interior. Ezech.40. Et ītroduxit me

פְּנִימִי Interior in atrium interius. & in eodẽ.41. Vsq̃ ad domũ interiorẽ. Et in eodem. Intrinsecus & forinsecus.& in genere feminino פְּנִימִית Penimith. vt in eodem. 44.Cum ingredientur

פְּנִימִית Interius portam atrii interioris.Et in plurali פְּנִימִים Penimim.siue

פְּנִימִים Interiores Interius פְּנִימִיּוֹת Penimioth.1.Paralipo.28. Et cellariorum eius interiorum.2.Paralipo.4. Et ostia celabit tẽpli interioris.ꝓ quo hebrei legunt.Et ostia eius interiora.Et aliquãdo scribitur cum lámed in principio & dicitur לִפְנַי Liphnai.3.

לִפְנַי Reg.6.Porro quadragĩta cubitorum erat ipsum tẽplũ preforibus oraculi.Pro quo hebrei legunt.Porro quadraginta

Interius. מִלִּפְנִים cubitorum erat domus : hoc est tẽplum interius. Scribitur etiã cũ mẽ in principio & dicitur מִלִּפְנִים Miliphnim.vt in

ab intus. פָּנִים eodẽ.Quasi ꝓminentes de pariete:et egredientes.pro q̃ hebrei legunt. Ab intrinseco & foris.s.egrediẽtes. Et quia ira ostẽditur in facie:ideo ponitur פָּנִים Panim.i.facies pro ira.

Ira. Facies Gen̄.32.Dixit enĩ placabo illũ muneribus . pro quo he.le. Dixit enim placabo irã eius munere. Leuit.20. Ponã faciẽ meã sup hominẽ illum.i.ponã iram meã. Iob.9. Cõmuto faciem meã.pro quo he.le.Relinquã faciem meã.i.iram vel indignationẽ meã.p̃s.33. Vultus autẽ dñi sup facientes ma

la.Hiere.3. Nõ auertam faciem meã a vobis.pro quo he.le. Non ĩmittam iram meã in vobis.Threñ.4.facies dñi diuisit eos.i.ira dñi. Item פִּנָּה Pinna.i.parare.ꝑparare.expurga

פִּנָּה preparare. re.Gen̄.24.Preparaui domũ & locũ camelis tuis.Esa.40. Parare Parate viam dñi. & in eo.57.Declinate de semita.pro quo he.le.preparate siue expurgate semitã.i.lapides ab ea tollite.vnde sequitur auferte offendicula de via populi mei.potest etiã significare declinare sicut est in littera nr̃a : vt supra dictum est.& in eodem.62. Preparate viã populo. Soph.3.

expurgare Auertit inimicos tuos.ꝓ quo hebrei legũt. Expurgauit inimicos tuos . i.abstulit eos de terra tua. Potest etiã significare auertere sicut est in littera nr̃a: vt supra dictum est. Item

פִּנָּה Angulus. פִּנָּה Pinna.i.angulus. Nee.3.vsq̃ ad flexuram & vsq̃ ad angulum.& in eodem.Et contra cenaculum anguli. Hiere.31. Vsq̃ ad portam anguli.de quo vide supra in dictiõe פֶּן pen.

פִּנֵּק Delicate nutrire. פִּנֵּק Panac..ĩ deliciis nutrire.seu delicate nutrire.Prouer. 29.Qui delicate nutrit a puericia seruũ suũ . & solum ĩuenitur in predicto loco.

פְּס Artículus Particula פְּס Pas:siue פִּסָּה pisa.fragmẽtum.particula.Dañ.5. Et rex aspiciebat articulos manus scribẽtis.pro quo hebrei legunt.Et rex aspiciebat particulã seu fragmentũ manus scribentis.Et in eo.Idcirco ab eo missus est artículꝰ manus.Et

פְּסִים polymita. in plurali פְּסִים pasim.Gen̄.37.Fecitq̃ ei tunicã polymitã. ideſt ex multis fragmentis seu pitaciis diuersorum colorũ siue ex multis filis diuersorum colorum contexta.nam polymita est dictio composita a poly quod grece signãt multum:& mitos filum seu licium.Ponitur etiam pro talari. 2.

Talaris. Regum.13.que induta erat talari tunica . & inde פִּסָּה Pisa.

פִּסָּה Fragmẽtũ ideſt fragmentum vel placenta aut placentula. p̃s. 71.Erit firmamentũ in terra in sũmis montiũ.pro quo he.le . Erit fragmentum vel placentula tritici in terra. Et beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit.erit memoriale triticũ ĩ terra.

פָּסַס Diminui פָּסַס pasas.finire.deficere.diminui. & scribitur cũ simplici sámach.p̃s.11. Quoniã diminute sunt veritates a filiis hoĩm. Et aliqui hebrei dicunt quod inde deriuatur dictio פְּס pas.siue פִּסָּה pisa.ideſt fragmentum seu partícula. De quo dictum est in dictione precedenti.

פָּסַג Distribuere Exaltare. פָּסַג pasag.distribuere.secundum trauslationem nr̃am.p̃s. 47.Distribuite domos eiꝰ.hebrei vero dicũt q̃ signãt exaltare seu munire:& quod deriuatur a dictiõe פִּסְגָּה phasga.quod est locus altus & munitus. Deut.3. Ascende cacumen phasge.

פָּסַח Clauduꝫ fieri. claudicare פָּסַח pasach.claudicare.claudũ fieri.trãsilire.trãsire.2.Reg. 4.Cecidit & claudꝰ effectꝰ est.3.Reg.18.Vsq̃ quo claudicatis in duas partes.& inde פִּסֵּחַ pisćach. ideſt claudus. Leuit.21. Si cecus fuerit: si claudus. 2.Reg. 9.Claudus vtroq̃ pede.Esa.35.Tunc saliet sicut ceruus claudus. & in plurali

פִּסֵּחַ Claudus פִּסְחִים pischim.2.Reg.5.nisi abstuleris cecos & claudos. Esa.33.claudi diripiẽt rapinã.Signãt ẽt p̃dicta dictio trãsilire

פִּסְחִים claudi. trãscendeꝛ Transire Trãsilire vl trãscẽdere.Exo.12.trãscẽdet ostiũ domꝰ.& ĩ eo. & videbo sanguinẽ & trãsibo vos.i.trãsiliã.3.Reg.18.Trãsiliebãtq̃ altare qđ fecerãt.Esa.31.trãsiẽs & saluãs.& ide פֶּסַח pésach i.trãsitꝰ.eo qđ trãsiliuit domos israelitarũ.Exo.12. victima trãsitꝰ dñi est.qñ trãsiuit sup domos filiorum israel: vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

פֶּסַח Transitus פָּסַל pasal.dolare.p̃scindere.sculpere.Exo.34.p̃cideait tibi duas tabulas lapideas.& in eo.Excidit ergo duas tabulas lapideas.Deut.10.dola tibi duas tabulas lapideas .& ĩ eo.Cũq̃ dolasset duas tabulas lapideas.& inde פֶּסֶל pésel. ideſt idolum .sculptile . Leuit.29. Non facietis vobis idolum & sculptile.Esa.40.Nũquid sculptile conflabit faber. & in eo.Quõ statuat simulachrũ qđ nõ moueatur Et in eo. 42.Cõfundantur confusione qui confidũt in sculptile . Et

פָּסַל Precindere Excidere Dolare פֶּסֶל Idoluꝫ

in eo.44. Plaste idoli omnes nihil sunt. Et in eodē. Quis formauit deum: & sculptile formauit. & in eodem.45. Qui leuant lignum sculpture sue. Et in plurali. פְּסִילִים Pesilim. Deut.7. Sculptilia eorū igne comburite. Iudi.3. Et pertransiuit locum idolorum vnde reuersus fuerat. ps.77. Et in sculptilibus suis ad emulationē eū ꝓuocauerunt. Esa.4. Et laudem meam sculptilibus.

sculptura. פְּסִילִים sculptilia. Idola

פְּסַנְתְּרִין Psalteriū

פְּסַנְתְּרִין Pesantherin. in lingua chaldaica signāt instrumentum musicum. pro q̄ beatus hiero. trāstulit. psalteriū. Dañ.3. Et cithare & psalterii & symphonie.

פָּעָה Clamare

אֶפְעֶה Vipera

פָּעָה Paa. clamare. ingemiscere. Esa.44. Sicut parturiēs loquar. Pro quo hebrei legunt. Sicut parturiens clamabo seu vociferabo. & inde אֶפְעֶה Ephee. quod signāt serpentis genus. Pro quo beatus hieronymus transtulit viperam. Esa.30. vipera & regulus volans.

פָּעַל Operari

פָּעַל Paal. operari. facere. Iob.35. Si peccaueris: quid ei nocebis. Pro quo he.le. Si peccaueris quid operaberis cōtra eū. Et est sensus sicut in lra nra. Esa.41. quis hec opatus est & fecit. & in eodem.44. Et operatus est in brachio fortitudinis sue. Et in eo. De reliquo autē operatus est deum. Mich.2. Et operamini malum in cubilibus vestris. Et inde

פֹּעַל Opus

פֹּעַל Poal. idest opus. Ps.9. In ope manuū suarū cōprehensus est peccator. Hiere.22. Et mercedem non reddet ei. Pro quo he.le. & opus suū. i. mercedē operis sui nō reddet ei. & in plurali פְּעָלִים Pealim.2. Reg.23. Banaias filius ioiade viri fortissimi magnorum operū. & in ge.fe. פְּעֻלָה peula. seu

פְּעָלִים opera

פְּעֻלָה Opus

פְּעֻלַת Opera.

פְּעֻלַת Peulath. Leuit.19. Non morabitur opus mercenarii apud te. Esa.40. Et opus illius coram illo. & in plu. פְּעֻלוֹת Peuloth. ps.16. Vt non loquatur os meum opera hominū. scribitur etiam cū mem in principio & dicitur מִפְעֲלוֹת Miphaaloth. ps.45. Venite & videte opera dñi.

מִפְעֲלוֹת Opera

פְּעַם Perterrere

פְּעַם Paam. terrere. perterrere. pulsare. Genē.41. Et facto mane pauore pterritus. Pro quo hebrei legunt. & perterritus est spiritus eius. Iudi.13. Cepitq̄ spūs dñi esse cū eo. pro quo he.le. Cepitq̄ spiritus domini pulsare eū siue expergefacere eum. Dañ.2. Et conterritus est spiritus eius. Item פַּעַם paam. i. vicis. vna vice. semel. nunc. Genē.2. Hoc nunc os ex ossibus meis. Potest et legi sic. hac vice os ex ossibus meis. Et in eo.18. obsecro domine ne irascaris si loquar adhuc semel. Iudi.16. Et redde mihi nunc fortitudinem pristinam. 2. Reg.17. Non est bonū consiliū quod dedit achitophel hac vice. Prouer.7. Nunc foris nūc i plateis Et in plu. פְּעָמִים peamim. Genē.33. & adorauit ꝓnus i terra septies. i. septem vicibus. Leuit.4. Asperget septies. Numer.14. Et tentauerunt me iam per decē vices. Ezech.41. Latera autem: latus ad latus bis trigīta triū. pro quo he.le. Lat9 ad latus trigīta & tribus vicib9. & in numero duali פַּעֲמַיִם Paamaim. i. duabus vicibus seu bis. Genē.27. & supplātauit me en altera vice. i. bis. & in eo.43. Si nō intercessissēt dilatio: iam vice altera venissemus. Nu.20. Cūq̄ eleuasset moyses manū ꝓcutiēs virga bis silicē. & inde dicūt aliqui q̄ deriuatur verbū פָּעַם Paam. Iudi.13. Cepitq̄ spūs dñi esse cū eo. i. hac prima vice cepit eē cū eo. de quo supra dictū est. ponitur etiā פַּעַם Paam ꝓ tūc tēporis. Esa.41. Eū qui cudebat tūc tpis. Hebrei vero dicūt q̄ signāt malleū. vñ in p̄dicto loco ipsi legunt. Eū qui cudebat malleo. Itē פַּעַם Paam. i. uestigiū seu plāta pedis. & solū inuenitur in nu.plu. s. פְּעָמִים peamim. Iudi.5. quare tardauerūt pedes quadrigarum illius. ps.16. Vt non moueātur vestigia mea. ps.73. Leua manus tuas in supbiā eorū in finē. pro q̄ btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. Sublimitas pedū tuorū dissipata est vsq̄ in finē Prouer.29. rete expādit gressibus ei9. Cāti.7. quā pulchri sunt gressus tui i calciamētis: Esa.26. Pes pauperis: gressus egenorū. ponitur et ꝓ angulis. Exo.25. quos pones p q̄ttuor arce angulos. & ponitur ibi פַּעֲמוֹת paamoth in ge.fe. Itē פַּעֲמֹן Paamon. i. tintinabulū. Exo.28. Mixtis in medio tintinabulis: ita vt tintinabulū sit aureū & malum punicū: rursumq̄ tintinabulū aliud aureū. Vbi ponitur tā in singulari q̄ in plurali.

פְּעָמִים Vices

פַּעֲמַיִם Bis

פַּעַם Vicis

פַּעַם Tunc tpis

פַּעַם Malleus.

פַּעַם

פְּעָמִים Pedes vestigia

Gressus

Angulī פַּעֲמוֹת

פַּעֲמֹן tintinabulū

פַּעֲנֵחַ Mundus

צָפְנַת פַּעְנֵחַ Absconditorū reptor

פָּעַר Aperire.

פֶּצַח aperire

ꝓmittere Redimere Eripere

פָּצַח Cantare.

Laudere Cōfringere

פָּצַל decorticare

פָּצַם dirūpere

פָּצַע vulnerare.

פֶּצַע vulnus

פָּצוּעַ Eunuch9.

פָּצַר Cōpellere Vim facere Cogere

פְּצִירָה Retusum.

פָּקַד visitare

פַּעֲנֵחַ Paaneach. mūdus: seu orbis: secundū trāslationē nostrā. & est vocabūlū egyptiacū: & solū inuenitur. Genē.41. Vbi dr & vocauit eū lingua egyptiaca saluatorē mūdi. vbi ponitur צָפְנַת פַּעְנֵחַ Saphnath paaneach. & dicunt aliqui hebrei q̄ signāt absconditorū reptorē. vñ btūs hiero. in libro de hebraicis questionibus sup predicto loco sic ait Licet hebraice hoc nomē צָפְנַת פַּעְנֵחַ Saphnath Paaneach. absconditorū repertorē sonet. tamen quia ab egyptio ponitur ipsius lingue debet habere rationē. interp̄tatur ergo sermone egyptio saluator mundi: eo q̄ orbē terre ab īmīnēte famis excidio liberauerit. hec hieronymus.

פָּעַר Paar. apire. s. os. hiare. Iob.16. aperuerūt sup me ora eorū. & in eo.29. & os suū apiebant q̄si ad ībrē seroti nū. ps.118. Os meū apui. Esa.5. Et aperuit os suū.

פֶּצַח Pasa. aperire. liberare. eruere. Iudi.11. Aperui enim os meum ad dñm. Iob.35. Ergo Iob frustra aperit os suū. ps.65. Que distinxerunt labia mea. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. que promiserūt labia mea. i. pro quibus apta sunt labia mea. Esa.10. & nō fuit qui moueret pēnam & aperiret os. Ezech.2. Aperi os tuū & come de. Signāt et redimere vel eripere. Ps.143. qui redemisti dauid seruū tuū. & in eo. Eripe me & erue me.

פָּצַח Pasach. cantare. gaudere. iubilare. vociferari. confringere. ps.97. Cātate & exultate & psallite. Esa.14. Gauisa est: & exultauit. Et in eo.54. Decanta laudē & hinni q̄ nō pariebas. & in eo.55. Montes & colles cantabūt corā vobis laudē. signt et cōfrīgere. Mich.3. & ossa eorū cōfregert.

פָּצַל Pasal. decorticare. Genē.3. Ex parte decorticauit eas: detractisq̄ corticibus. vbi ponitur verbū & nomē ab eo derīnatū. & in eo. quas decorticauit.

פָּצַם Pasam. Rūpere. dirūpere. Ps.59. cōmouisti terrā: & cōturbasti eā. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Dirupisti eā. & solū inuenitur ī p̄dicto loco.

פָּצַע Pasaa. vulnerare. cōterere. 3. Reg.20. qui ꝓcussit eū: & vulnerauit. Canti.5. Percusserunt me: vulnerauerunt me. & inde פֶּצַע pesaa. i. vulnus. Exo.21. vulnus pro vulnere. & inde פָּצוּעַ pasūach. i. ille qui habet attritos testiculos. Deu.25. nō ītrabit eunuch9 attritis vl āputatis testiculis.

פָּצַר Pasar. cōpellere. cogere. vim facere. perfidū eē. Genē.19. cōpulit illos oppido. & in eo. vimq̄ faciebāt loth vehemētissime. Iudi.19. Et nihilomin9 obnixe eum socer tenuit. ꝓ quo he.le. cōpulit siue coegit eū socer ei9. 4. Reg.2. Coegerūtq̄ eū donec erubescceret. & in eo.5. cūq̄ vim faceret: penitus nō acquieuit. & inde פְּצִירָה pesira. ꝓ q̄ btūs hiero. trāstulit. retusum. i. Reg.15. Retuse itaq̄ erāt acies vomerū. Hebrei vero dicūt q̄ signāt limā ferreā q̄ habet ora multa. na iugitur cū dictiōe פִּים pim: que significat ora.

פָּקַד visitare

פָּקַד Pacad. visitare. requirere. censere. numerare. statuere constituere. preficere. p̄fectum esse. p̄cipere. deesse. defficere. Genē.21. Visitauit aūt dñs saram. Exo.3. Visitās visitaui vos. Et in eodē.32. Ego autē in die vltiōis mee visitabo & hoc peccatū eorū. pro quo he.le. & in die visitationis mee: & visitabo super eos peccatū eorū. Et in eodē.34. Qui reddis iniquitatē patrū filiis ac nepotib9 eorū. pro quo he.le. visitans iniquitatē patrum super filios & filios filiorum Leuit.18. Cuius ego scelera visitabo. & in eodem.26. Visitabo vos velociter in egestate. Nu.14. Qui visitas peccata

Uisere. patrū in filios. Iudi.15. Venit ergo samson inuisere volēs vxorē suam.pro quo he.le.Et visitauit samson vxorem suā 1.Reg.14.Requirite & videte quis abierit ex nobis.i.visita te.& in eodē.17.Et fratres tuos visitabis.& in eo.20. Et req Requirere. reris: requiretur em̄ sessio tua.2. Reg.3. Et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie. Iob.7. Et visitas eū diluculo.& in eodē.35.Nunc enī non infert furorē suū.Pro quo he.le. Nunc enim qm̄ non visitat siue nō statuit furorē suū.p̄s.8.Aut filio hominis quoniā visitas eum.p̄s.64.Visitasti terrā & inebriasti eā.p̄s.88.Visitabo in virga iniquitates eorum.Esa.27.Visitabit dn̄s in gladio suo duro & grā di.& in eodem.Ne forte visitetur contra eam. Potest etiam legi.Ne forte deficiāt folia eius.& in eo.34.Alter alterū nō quesiuit.Hiere.6.Hec est ciuitas visitatiōis. Pro quo he.le. Hec est ciuitas que visitata est.& in eo.32.Et ibi erit donec פְּקוּדָה visitem eū.Et inde פְּקוּדָה Pecuda.i. visitatio. Nu.19.Et visitauerit eos plaga: qua & ceteri visitari solent.pro quo he. Visitatio le. Et visitatione omniū hoim visitabitur super eos:& ē sē sus sicut in littera nostra.Iob.10.Et visitatio tua custodiuit spūm meū.Esa.10.quid facietis in die visitationis.Et in eo. 15. Secundū magnitudinē operis:& visitatio eorū. & in eo. 60.& ponā visitationē tuā pacē.Hiere.6. In tpe visitatio nis sue corruent. Osee.9.Appropinquauerunt dies visita tionis.& in plu.פְּקֻדוֹת pecudoth.Ezech.9.Appropinqua visitatiōes uerunt visitationes vrbis. Ponitur etiā pro custodia vel pfe Custodia. ctura.Nu.3.Erunt sub custodia eorū tabule tabernaculi.4.. Reg.11.Et posuit sacerdos custodias in domo dn̄i.2.Paralipo.34. Vt deferrent arcā corā rege. ꝑ quo he.le. vt deferrent arcā ad visitationē regis.i.vt rex eā visitaret & requireret.Hiere.37.Erat ibi custos porte per vices. ꝑ quo hebrei prefectura legunt.Habens custodias vel prefecturas. & in eodem.52. Et posuit eū in domo carceris.i.in domo custodie. Pōtur etiā ꝑ episcopatu.p̄s.108.Et episcopatū eius accipiat alter. Item פָּקַד pacad.i.numerare.cōputare.censere. recensere. Recēsere Exo.30. Et non erit plaga in eis cū fuerint recensiti. Et in eo.38. Hec sunt instrumenta tabernaculi que enumerata sunt. Pro quo he.le. He sunt numerationes seu computus enumerat. tabernaculi testimonii que enumerata sūt. Vbi ponitur no numerare. men & verbū ab eo deriuatū.Nu.1. Numerabitis eos per turmas suas.& in eodē. Hi sunt quos numerauerūt moyses & Aarō.& in eo.Leuite aūt in tribubus familiarū suarum nō sunt numerati cum eis.& in eodē.2.Vniuersi qui in castris Iude annumerati sunt.& in eo.3.Numera filios leui.& in eodem.Numerauit eos moyses vt preceperat dn̄s. Iudi. 20.Inuentiq; sunt vigintiquinq; millia de beniamin edu cētium gladium:preter habitatores gabaa qui septingenti erāt viri fortissimi:Pro quo hebrei legūt.Et numerati sunt seu recensiti sunt filii beniamin in die illa de ciuitatibus:vi ginti quiq; millia educētium gladiū:preter habitatores ga baa qui numerati sunt septingenti viri iuuenes.& in eo.vi rorum quoq; israel absq; filiis Beniamin inuenti sunt.i.re censiti sunt quadringenta millia. & in eo.21.Eo quoq; tpe cum essent in silo:nullus ex eis ibi reptus est. Pro quo he. legunt.Et recēsitus est populus:& ecce nullus erat ibi de ha bitatoribus iabes galaad.1.Reg.13.Et recensuit saul popu lum.& in eodē.15. Et recēsuit eos quasi agnos.1.Paralipo. Cōputare. 23.in vna familia vnaq; domo computati sunt.Signat etiā constituere vel statuere:aut preficere seu prefectū esse.Geñ. 39.A quo prepositus oīb?:gubernabat prepositam sibi do Cōstituere mū.ꝑ quo he.le. Et constituit eū siue prepositum cum super domum suam.Et in eodē.4..at custos carceris tradidit eos ioseph.pro quo he.le.Et prefectum fecit seu constituit prin ceps militū ioseph cum eis.i.p̄posuit ioseph eis ī custodia Nu.1.Sed constitues eos super tabernaculum testimonii.& in eodē.3.Aaron autē & filios eius constitues super cultum sacerdotii.& in eodē.17.Prouideat dn̄s de? spirituū omnis carnis hominē:qui sit super multitudinē hanc.i.constituat Deut.20.Vnus quisq; suos ad bellandū cuneos preparabit. Pro quo hebrei legunt.Et constituent duces exercitus in ca pite populi. Ios.10. Et ponite viros industrios qui clausos custodiāt.i.cōstituite.1.Reg.29.& sedeat in loco suo in quo constituisti eū.3.Reg.11. Cōstituerat eum prefectum sup tri buta domus ioseph.4. Reg.25. Et prefecit godoliā filium Preficere prepōnere ahichā,& in eo.Quod constituisset rex babylonis godoliā. 1.Paralip.26.prepositi aūt eos dauid rex rubenitis & gadi tis.i.prefecit.2.Paralipo.24.Qui preerāt operariis in do mo dn̄i.i.prefecti vel prepositi erant.Nee.7. Et censui ia nitores & cantores & leuitas.pro quo hebrei legūt. & cōsti tuti sunt ianitores & cantores. & in eodē.12. Recensuerunt quoq; in die illa viros super gazophylacia.Iob.34. Quē constituit alium sup terrā.p̄s.108.Constitue sup eum pecca torem.Hiere.1.Ecce cōstitui te hodie sup gentes & sup re gna.& in eodē.51.Numerate contra eā taphsar.pro quo he brei legūt.cōstituite super eā taphsar.i.principē seu ducem exercitus.Et inde פָּקִיד Pachid.i.prefectus.prepositus.4. פָּקִיד Reg.25.Qui erat prefectus super bellatores.2. Paralipo. prefectus. 24.Et quē primus sacerdos cōstituerat. Pro quo he.le. Et prepositus seu prefectus sacerdos primus.& in plu.פְּקִידִים Prepōsit? פְּקִידִים Pechidim.Geñ.41. Qui cōstituat prepositos per cūctas re Prepositi giones. Ester.2.Et mittantur qui considerēt per vniuersas prouincias.Pro quo hebrei legunt. Et cōstituat siue prepo nat rex prepositos per vniuersas prouincias.Signāt ēt pre dicta dictio reponere vel comēdare aliquid in aliquo loco aut alicui.4.Reg.5. Tulit de manu eorū & reposuit in do Reponere mo.Esa.10. Apud machmas comēdauit vasa sua.i.reposuit cōmēdare. Hiere.36.Porro volumen cōmendauerunt in gazophyla cio.& in eo.37.vt traderetur hieremias in vestibulū carce ris.Pro quo he.le. Et cōmēdauit vl' reposuit hieremiam in vestibulo carceris.& inde פִּקָּדוֹן pichadon.idest depositum פִּקָּדוֹן siue repositum· Geñ.41. Et p̄paretur future septē annorū depositū. sami.pro quo he.le.Et erit cibus in depositū seu repositum terre septē annis famis. Leuit.6.Et negauerit proximo suo depositū. Item פָּקַד Pachad.i.precipe.impare. Esdre.1. Et פָּקַד ipse precepit mihi vt edificarē ei domū.Esa.13. Dn̄s exerci Precipere. tuū precepit militie belli.& inde פְּקוּדִים picudim siue פְּקוּדִים פְּקוּדִי Picude.i.precepta siue mandata.p̄s.18.Iustitie dn̄i recte le Precepta tificātes cor.pro quo btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit Precepta dn̄i recta letificantia cor.p̄s.118.Tu mandasti mā Mandata data tua custodiri nimis.& in eodē. In mādatis tuis exerce bor.& inde מִפְקָד Miphcad.i.preceptum seu imperium.2. מִפְקָד Paralip.31.Ex imperio ezechie regis.Ponitur ēt pro loco Imperiū loc? sepat? separato.Ezech.34.& cōbures eū in separato loco dom?. Potest etiam legi sic. & cōbures eum secundū ritū domus. Signāt ēt predicta dictio deficere vel deesse: & tunc poni tur in voce passiua. Nu.31. Et neq; vnus quidem defuit.1. Deesse Reg.25.Nec aliqn̄ defuit quicq; eis.2. Reg.2. & defuerunt de seruis dauid decem & nouē viri.3.Reg.20.Qui si lapsus fuerit:erit aīa tua pro aīa eius. pro quo he.le. Si defuerit. Esa.38.Quesiui residuum annorum meorum.pro quo he Deficere brei legunt.Defeci siue defui residuo.idest in residuo an norū meorū.Potest etiā legi sicut est in littera nr̄a.secundū primā signationē.Hiere.23.Nō pauebunt:& nullus q̄retur ex nūero.ꝑ quo he.le. nō pauebūt: & non deficient.Item. פְּקוֹד Pecod.nomē ꝑpriū gētis vel ꝑuincie:secundū hebre פְּקוֹד os. ꝑ q̄ btūs hiero.trāstulit nobiles.Ezech.23.filios baby nobiles lonis & vniuersos chaldeos:nobiles tyrānosq; & principes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

פָּקַח Pacach. apire. Geñ. 3. apientur oculi vŕi. Et in eo. & apti sunt oculi amborum. Et in eo. 21. Aperuitq; oculos eius deus. 4. Reg. 4. Apuitq; oculos suos. Et in eo. 6. Domine api oculos pueri huius. Iob. 14. Et dignum ducis sup huiuscemodi apire oculos tuos. Ps. 145. Dñs illumĩat cecos. p quo he.le. dominus apit cecos. i. apit oculos eorũ. Esa. 35. Tũc apientur oculi cecorũ. & in eo. 42. vt apias oculos cecorũ. Et in eo. Qui apertas habes aures nõne audi es. Hiere. 32. Cuius oculi aperti sunt super vias filiorũ adã.

Aperire.

פִּקֵּחַ Zach. 12. & sup domũ iuda apiam oculos meos. & inde פִּקֵּחַ Pichéach. i. vidẽs siue ille qui habet oculos aptos: vel prudens. Exo. 4. Videntẽ & cecũ. & in eo. 23. Nec accipias munera: que ẽt excecãt prudẽtes. i. vidẽtes. & inde פְּקַחְקוֹחַ pecachcóach. cũ duplici cof & cũ duplici cheth. i. apertio. Esa. 61. Et clausis aptionẽ. & aliqui hebrei dicunt q̃ sunt due dictiones: & legunt sic. & clausis aptionem carceris.

Videns Prudens. פְּקַחְקוֹחַ

Apertio

פְּקֵעַ Pacũa. colocynthis. genus herbe amarissime. & solũ ĩ uenitur in nu. plu. ſ. פְּקָעוֹת pecuoth. 4. Reg. 4. Et collegit ex ea colocynthidas. Et dicunt hebrei q̃ signãt cucumeres siluestres venenosos atq; mortiferos. Signãt ẽt sculpturas similes herbe p̃dicte. 3. Regum. 7. Et sculptura subter labium circuibat illud.

פְּקָעוֹת Colocynthide. sculpture

פַּר Par. taurus. vitulus. Exo. 29. Tolle vitulum de armẽto. Leuit. 4. Offeret p̃ peccato suo vitulũ ĩmaculatũ dño. Iudi. 6. Tolle taurũ pris tui: & alterum taurum annorũ septẽ. Et in plu. פָּרִים parim. Exo. 24. ĩmolauerũt victimas pacificas dño vitulos. Nu. 28. offeretis holocaustũ domino vitulos de armẽto duos. p̃s. 21. Circũdederunt me vituli multi. Esa. 34. & tauri cum potentibus. & in gñe femininoפָּרָה Para. i. vitula seu vacca. Nu. 19. vt adducãt ad te vaccã ruffã. Esa. 11. vitulus & vrsus pascentur. p̃ quo he.le. Vitula & vrsus pascentur. Et in plu. פָּרוֹת paroth. Amos. 4. Audite verbum domini vacce pingues.

Vitulus. Taurus. פָּרִים Vituli

Vacca Vitula. פָּרָה

vacce פָּרוֹת

פָּרָר Parur. olla. cacabus. & scribitur cũ vau in secunda syllaba. Nu. 11. Coquẽs in olla. 1. Reg. 2. Aut in ollã siue ĩ cacabũ. Scribitur ẽt cũ aleph in prĩa syllaba. Ioel. 2. oẽs vultus redigentur in ollã. i. redigentur in nigredinẽ sicut olla.

Olla Cacabus

פֶּרֶא Pére. onager. fer? . silueſtris. Geñ. 16. Hic erit fer? hõ. ídest síluestris sicut onager. Iob. 6. nunquid rugiet onager cũ habuerit herbã. Osee. 8. Onager solitarius sibi ephraim. & aliqñ scribitur cũ he in fine loco aleph. Hiere. 2 Onager assuetus in solitudine. & in plu. פְּרָאִים peraim. Iob 24. Alii quasi onagri in deserto. p̃s. 103. Expectabũt onagri in siti sua. Item פָּרָא para. i. diuidere. Osee. 13. Quia ipse inter fratres diuidet. ídest faciet eos habitare solitarios sicut onagri in solitudine.

Ferus Onager. פְּרָאִים Onagri.

פָּרָא Diuidere

פָּרַד Parad. diuidere. separare. recedere. dispergere. Geñ. 10. Ab his diuise sunt gentes in terra post diluuiũ. Et ĩ eo. 13. Recede a me obsecro. i. diuidere vel separare a me. & in eodem. 25. Et duo populi de ventre tuo diuidentur. Et in eodem. 30. Diuisitq; gregem iacob. Deut. 32. Quãdo separabat filios Adam. Iudi. 4. Haber autem cineus recesserat quondam a ceteris cineis. i. diuisus fuerat. Ruth. 1. Si nõ sola mors me & te separauerit. Iob. 4. Et catuli leonũ dissĩpati sunt. ídest diuisi vel separati sunt: aut dispersi sunt. Ps. 21. Et dispersa sunt oĩa ossa mea. Prouer. 17. qui altero sermone repetit separat federatos. Et in eo. 18. Occasionẽ querit qui vult recedere ab amico. Ezech. 1. Et penne eorũ extente desuper. ídest separate vel diuise erant. Osee. 4. quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur. pro quo hebrei legunt. Q noniam ipsi cum meretricibus separabantur. & inde פֶּרֶד pered. ídest mulus ex equa & asino gñatus. eo quod tale animal non potest generare. & est quasi sepa-

Diuidere. Recedere

Separare

Dispgere

פֶּרֶד

ratus & solus. 2. Regum. 13. Ascenderunt singuli super mulas suas. Pro quo hebrei legunt Ascenderunt vnusquisq; super mulum suum. Et in eo. 18. Accidit autem vt occurreret Absalon seruis dauid sedens mulo: cumq; ingressus fuisset mulus. p̃s. 31. nolite fieri sicut equus & mulus. & in plurali פְּרָדִים peradim. Esa. 66. In mulis & in carrucis. & in genere femininoפִּרְדָּה pirda. ídest mula. 3. Reg. 1. Et imponite salomonẽ filium meum super mulam meam. Et in eo. Et ĩ posuerunt salomonem super mulam. Et in plu. פִּרְדוֹת pirdoth siue פְּרֻדוֹת perudoth. pro quo beatus hiero. transtulit iumenta. Ioel. 1. computruerunt iumenta in stercore suo. hebrei tamen secundũ primam significationẽ dicunt q̃ significat grana seminis dispersa vel disseminata sub terra. vnde in predicto loco ipsi legunt. Computruerũt disseminata sub glebis suis.

Mulus

פְּרָדִים Muli.

פִּרְדָּה mula

פִּרְדוֹת Jumẽta

פַּרְדֵּס Pardes. paradisus. hortus. pomerium. vnde licet paradisus sit dictio greca & significet idem qđ hortus tamen ab hebreo traxit originẽ. Canti. 4. paradisus malorũ punicorũ. Ponitur etiam pro saltu vel silua. Nec. 2. Ad asaph custodem saltus regis. & in plurali. פַּרְדֵּסִים pardesim Eccl's. 2. feci hortos & pomeria.

paradisus.

Saltus פַּרְדֵּסִים Pomeria

פָּרָה Para. crescere. augere. fructificare. Geñ. 1. Crescite & multiplicamini. Et in eo. 17. Et multiplicabo te vehementer nimis. ídest crescere te faciam. Et in eodem. & augebo & multiplicabo eum valde. Et in eo. 26. Nunc dilatauit nos dñs & fecit crescere super terrã. Et in eo. 42. Crescere me fecit de? ĩ terra pauptatis mee. & ĩ eo. 49. filio? accrescens Ioseph. Ps. 104. Et auxit populum suum vehementer. Ps. 127. vxor tua sicut vitis abundãs. i. fructificãs. Esa. 11. Et flos de radice eius ascendet. ídest crescet seu fructificabit. Ezech. 9. fructus & frondes eius creuerunt ex aquis. & inde פְּרִי peri. ídest fructus Geñ. 1. Lignũ ꝑomiferũ faciens fructũ. Leuit. 23. Et fructũ arboris pulcherrime. Deut. 28. Et benedictus fructus ventris tui. Ps. 1. quod fructũ suũ dabit in tpe suo. Ps. 57. Si vtiq; est fructus iusto. Ezech. 36. & fructũ vestrum afferatis populo meo. Amos. 9. Faciẽt hortos & comedent fructus eorũ. & inde dicunt hebrei q̃ deriuatur אֲפִרְיוֹן Apirion. ídest ferculũ a ferẽdo dictũ. seu carruca. Canti. 3. Ferculum fecit sibi rex salomõ de lignis líbani. & aliqui hebrei dicunt q̃ significat thalamum.

Crescere. Augere

fructificat.

פְּרִי Fructus.

אֲפִרְיוֹן Ferculus

פַּרְוַיִם Paruaím. nomẽ propriũ loci vnde ferebatur aurũ probatissimũ. 2. Paralip. 3. Porro aurũ erat probatissimũ. pro quo he.le. Et aurũ erat aurũ pharuaím. & solũ inuenitur in predicto loco.

Probatissimum. pharuaim

פַּרְוָרִים Paruarim. suburbana. & solũ reperitur in nu. plu. translatio nũa posuit pro nomine proprio. vt. 4 Reg. 23. Iuxta exhedram nathan melech cunuchi qui erat in pharurim. pro quo he.le. Qui erat in subvrbanis. i. qui erat prefectus in suburbanis ciuitatis.

suburbana

פֶּרֶז Peraz. Rus. vicus seu villa absq; muro. & solum ĩuenitur in numero plurali. ſ. פְּרָזוֹת perazoth. Ester. 9. Hi vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabantur. Zach. 11. Absq; muro habitabitur ierusalem. ídest ĩ villis absq; muro. & inde פְּרָזִים perazim. i. hoĩes habitantes in villis absq; muro. Ester. 9. Hi vero iudei qui in oppidis nõ muratis morabũtur. ponitur etiam p̃ bellatoribus seu viris robustis & fortissimis. Abach. 3. Maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius. Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur פְּרָזוֹן perazon. Iudi. 5. Cessauerunt fortes in israel. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. cessauerũt rura seu ville in israel. quia propter timorem inimicorum non audebant habitare nisi in vrbibus muratis. Et in eodẽ Et clementia in fortes israel.

Ville. פְּרָזִים

bellatores פְּרָזוֹן Fortes.

פַּרְזֶל Ferrus

פַּרְזֶל Parzel.siue פַּרְזֶלָא parzela.in lingua chaldaica significat ferrū. Dañ.2. Tibie aūt ferree.& in eodē. Quedam pars erat ferrea :quedam autem fictilis.& in eo .Quo modo ferrum comminuit & domat omnia.

פָּרַח Efflorere Oriri. Germinar.

פָּרַח Parach.florere.germinare.oriri.volare.Geñ.40.crescere paulatim in gēmas:& post floresvuas matureſcere.Leuit.13.Sin aūt efflorauerit diſcurrens lepra in cute.Et in eo.Plaga enim lepre orta eſt invlcere.Nu.17.quē ex his elegero germinabit virga eius.& in eo.Inuenit germinaſſe virgā Aaron in domo leui.Iob.14.Ad odorē aque germinabit.ps.71.orietur in diebus eius iuſtitia.ideſt germinabit ſiue florebit.ps.91.Iuſtus vt palma florebit.& in eo. In atriis domus dei nr̄i florebunt.Prouer.14.Tabernacula iuſtorū germinabūt.Canti.6.Si floruiſſent vinee. Eſa. 35.Et florebit quaſi liliū.& in eo. Germinās germinabit. Ezech.7.floruit virga:germinauit ſuperbia.Et in eo.17. Frondere feci lignū aridū.p quo he.le. Florere vel germinare feci lignū aridū.Abach.3.Ficus enim nō florebit. ponitur ēt pro turgere.Exo.9.Erūtq; in hoībus & iumentis vlcera & veſicce turgētes.& in eo.facta ſūt vlcera veſiccarū turgentiū.& inde פֶּרַח pérach .i.flos.liliū.Exo.25. Spherulas ac lilia ex ipſo ꝓcedētia. & in eo. Spheruleq; ac lilia. Nu.17.& turgētibus gēmis eruperāt flores.3.Reg.7. & folium repandi lilii.Scribitur ēt cū he in fine & dicitur פִּרְחָה pircha.& ſcd̄m hebreos ſignāt pueros vel iuuenes qui ſunt in flore iuuētutis.Iob.30.Ad dexterā orientis calamitatis mee illico ſurrexerunt.pro quo he.le. Ad dexterā pueri vel iuuenes ſurrexerūt.poteſt ēt legi ſic.Ad dexterā germinātis ſiue orientis: ſupple calamitatis mee.ſicut eſt ī lēa nr̄a.Si gn̄at ēt p̄dicta dictio volare.Ezech.13 Ecce ego ad puluillos veſtros quibus vos capitis animas volantes.& in eo.Quas vos capitis animas ad volandū.& inde אֶפְרֹחִים ephrochim i.pulli.ſ.auiū.Deut.22.Et matrem pullis vel ouis deſuper incubantem.

Florere

Turgere. פֶּרַח Lilium

Flos. פִּרְחָה

Pueri.

Volare. אֶפְרֹחִים Pulli.

פָּרַט Canere

פָּרַט פֶּרֶט Racemus.

פָּרַט Parat.canere. Amos.6.Qui canitis ad vocem pſalterii.& ſolum inuenitur in p̄dicto loco.& ſcd̄m hebreos ſignāt ꝑticularizare:ſicut fit in inſtrumētis muſicis vario tactu digitorum.vnde apud hebreos particulare dicitur פֶּרֶט Perat.Itē פֶּרֶט péret.i.racemus paruus:ſeu grana vuarum decidentia tempore vindemie.Leuit.19.nec in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis.

פֶּרֶךְ Oppreſſio Seruitus dura violēter

violētia

פַּרְכָּר Cellula

פֶּרֶךְ Pharech.opp̄ſſio.dura ſeruitus.violētia.Exo.1.omni q; famulatu quo in terre opibus p̄mebantur.pro quo he.le.& in oīope in agro ac omni famulatu eorū quo ſeruiebant oppreſſione aut dura ſeruitute.Et in eo.Et affligēbāt illudētes eis.pro quo he.le.&ſeruire fecerunt egyptii filios iſrael dura ſeruitute. Leuit.25. Non affliget eū violenter in conſpectu tuo.Ezech.34.Sed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia.i.cum violentia.

פַּרְכָּר Parchar.Cellula.2.Paralipo.26.In cellulis quoq; ianitorū ad occidentem quattuor invia:biniq; per cellulas.& ſolum inuenitur in predicto loco.

פָּרַם Scindere. Diſſuere

פָּרַם Param.ſcindere.rumpere.diſſoluere.Leuit.10.Veſtimēta vr̄a nolite ſcidere.& in eo.21.veſtimēta nō ſcindet.& in eo.13.Habebit veſtimēta diſſuta:caput nudum.

פָּרַס Diuidere Frangere.

פָּרַס Paras.diuidere.frāgere.ſcindere.ſeu concidere. expādere.Leuit.11.omne quod habet diuiſam vngulā. & ī eo.Sed vngulā nō diuidit.Eſa.58.Frange eſurienti panē tuum.Hiere.16.& nō frāgēt inter eos lugēti panē . Scribitur ēt cum ſin in fine loco ſámach.Threñ.4.& nō erat qui frā geret eis.Mich.3.& conciderunt ſicut in lebete.Sign̄at etiam expandere.vel extendere.Hiere.4. Expandens manꝰ ſuas.Threñ.1.Expandit ſion manus ſuas . De quo vide infra in dictione פָּרַשׂ paras.cum ſin in fine.& inde פַּרְסָה parſa.ideſt vngula.Exo.10.Non remanebit ex eis vngula.Leuit.11.Omne quod habet diuiſam vngulam . Et in plurali פַּרְסוֹת parſoth.Deut.14.Omne animal quod in duas partes vngulas findit.Eſa.5.Vngule equorū eius vt ſilex.reperitur etiam in genere maſculino .vt Zach.11.& vngulas eorum diſſoluet.& inde verbum ſiue participium מַפְרִיס Maphris.ideſt vngulas producens.ps.68.Et placebit dño ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas & inde פֶּרֶס péres.i.gryphus.Leuit.11.Aquilam & gryphū & halietum.Item פַּרַס Paras.perſia.nomē prouincie.2.paralip.36.Anno primo cyri regis perſarum .ideſt regis perſie.Eſter.1.Fortiſſimis perſarum & medorum . Ezech.38. Perſe ethiopes & libyi.

פַּרְסָה Vngula.

פַּרְסוֹת Vngule

מַפְרִיס Vngulas producēs.

פֶּרֶס Gryphus.

פַּרַס Perſia

פָּרַע Paraa.vacare.ocioſum eſſe.deſerere.abiicere. tranſire.diſſipare.nudare.diſcoopire.Exo.5.Quare moyſes & Aaron ſolicitatis populū ab opibus ſuis.i. vacare facitis populū ab operibus ſuis.Prouer.1 . Et deſpexiſtis omne conſilium meum . pro quo hebrei legunt. & deſeruiſtis.Et in eodem.4.Fuge ab ea:nec tranſeas per illam.pro quo hebrei legunt.Deſere ſiue abiice eam : nec tranſeas p illam.Et in eodem.8.Et nolite abiicere eam.& in eodē.15. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinā .Et in eo.15. Qui abiicit diſciplinam deſpicit animam ſuam. & in eodē 29.Cum prophetia defecerit diſſipabitur populus .Ezech 24.Non tranſeam nec parcam.vbi ponitur pro tranſire.ſignificat etiam nudare vel diſcooperire.Exo.32.|Vidēs ergo moyſes populum ꝙ eſſet nudatus:expoliauerat enim eum Aaron.ideſt nudauerat.Leuit.10.Capita veſtra nolite nudare.& in eo.13.Habebit veſtimenta diſſuta:& caput nudum.& in eodem.21.Caput ſuum non diſcooperiet.Nu.5. Diſcooperiet caput eius.& inde פֶּרַע péraa.ideſt coma. ſeu ceſaries capitis.Nu.6.Creſcente ceſarie capitis eius . Item פְּרָעָה peraa.ideſt vindicta vltio:ſecundum hebreos.& ſolū inuenitur in numero plu.ſcilicet פְּרָעוֹת peraaoth. Deut.32 Nudati inimicorum capitis .pro quo hebrei legunt. de capite vltionum inimici. Poteſt etiam ſecundum precedentem ſignificationem legi:ſicut eſt in littera noſtra. Iudi.5. Qui ſponte obtuliſtis de iſrael animas vr̄as ad periculū:benedicite domino.pro quo hebrei legunt.In vindicādo vindictas in iſrael:in offerendo ſe ſponte populus:benedicite domino.ideſt cum ſe obtulit ſponte ad vindictas :ſuſtinendo periculum animarum ſuarum . vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.

פָּרַע Vacare Deſpicere. Deſerere.

פֶּרַע Abiſcere

Diſſipare. Tranſire

Nudare.

diſcoopire

פֶּרַע Ceſaries

פְּרָעָה פְּרָעוֹת Vltiones.

vindicta.

פָּרְעֹשׁ Pulex.

פָּרְעֹשׁ Paroos.pulex.1.Regum.24. Canem mortuū perſequeris & pulicem vnum.

פָּרְפַּר Conterere

פָּרְפַּר Parpar.Conterere.confringere.Iob.16.Repēte cōtritus ſum.

פָּרַץ Diuidere percutere.

פָּרַץ Paras.Diuidere.vel dirumpere. confringere .percutere.diruere.diſſipare.aperturam in muro facere. creſcere.dilatare.cogere. Geñ.38.quare diuiſa eſt pp̄te maceria.Exo.19.Ne percutiat eos.2.Reg.16.Contriſtatus ē aūt dauid eo quod percuſſiſſet dñs ozam.2.Paralip.20.Percuſſit dominus opera tua.ideſt diſſipauit vel diruit. Nec.1. Et murus ieruſalē diſſipatus eſt. & in eo.2.& conſiderabā murū ieruſalē diſſipatū.Iob.16.Concidit me vulnere ſup vulnus.pro quo hebrei legunt.Diuiſit vel dirupit me ſeu confregit me diuiſione ſuper diuiſionem ſeu confractione ſuper confractionem . Et in eodem.28.Diuidit torrens a populo peregrinante.Et in eodem.30.Quaſi rupto muro & aperta ianua. ideſt diuiſo vel diſſipato muro. Prouerb. 25.Sicut vrbs patens abſq; murorum ambitu .ideſt ſicut vrbs diruta . Eſa . 5 . Diruam maceriam eius . Oſee .

Diſſipare. Concidere

Rūpere.

Diruere.

4.Inundauerunt:& ſanguis ſanguinē tetigit. pro quo he. le. Diruerunt ſeu diſſipauerūt aut diruperunt.Mich .2. Di uident & tranſibunt.Ponitur ēt ꝑ egredi.1.Paralip . 13. Si placet vobis & a dño deo nr̄o egredietur ſermo . & ī de

Egredi. פֶּרֶץ

Péres.i.diuiſio.ꝑcuſſio.confractio.diruptio.interruptio. Geñ.38.Quare ꝑpter te diuiſa eſt maceria.pro quo he.le.

Diuiſio

Quare diuiſa eſt ꝑpter te diuiſio:ſiue quare diuiſiſti ſuper te diuiſionē.vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.2. Reg.6.Et vocatū eſt nomē loci illius ꝑcuſſio oze . Eſa. 30. Propterea erit vobis iniquitas hec ſicut interruptio cadēs.

Percuſſio iterruptio. פְּרָצִים

Et in plu.פְּרָצִים.peraſim.2.Regū.5. Diuiſit dñs inimicos meos corā me:ſicut diuidūtur aque:propterea vocatum eſt nomen loci illius baalpharaſim .i. habens diuiſiones . vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.Amos . 4.& per a perturas exibitis altera contra alteram.& in eo. 9. Et reedi ficabo aperturas murorum eius.& in ge.fe.פְּרָצוֹת peraſoth Ezech.13.Et nō aſcendiſtis ex aduerſo:nec oppoſuiſtis mu rū ꝑ domo iſrael.pro quo he.le.Et nō aſcēdiſtis in ruptis.ſ. locis murorū:vnde aduerſarii poſſent intrare ciuitatē: nec oppoſuiſtis murum pro domo iſrael.Scribitur ēt cū mem in principio & dr̄ מְפְּרָצִים miphraſim.Iudi.5.& in ꝑportu bus eius morabatur.vbi ponitur ꝑ portubus.Et inde

diuiſiones

Aperture. פְּרָצוֹת

Rupture

מְפְּרָצִים

Portus. פָּרִיץ

paris.i.predo.latro.qui rūpit & perfodit domos: ſeu preua ricator.ps.16.Ego cuſtodiui vias duras.pro quo btūs hiero nymus in pſal. iuxta he.ve.tranſtulit.Ego cuſtodiui vias la tronis.Ponitur ēt pro mala beſtia & fera: que rūpit & dilace rat.Eſa.35.Et mala beſtia nō aſcēdet ꝑ eā.& in plu.פְּרִיצִים Pariſim.Hiere.7.Nūquid ſpelunca latronum facta eſt do mus iſta.Ezech.7.& intrabunt in illud emiſſarii :& cōtami nabunt illud.i.intrabunt in illud latrones ſeu preuaricato res.Dañ.11.Filii quoq; preuaricatorū populi tui extollen tur.Et inde verbū ꝑuaricari vel latrocinari.1.Reg.25.Ho die īcreuerūt ſerui qui fugiunt dños ſuos.i.qui ꝑuaricātur contra dños ſuos.Sigñat ēt ꝑdicta dictio פָּרַץ Paras multi plicari vel dilatari:ſeu augeri:aut creſcere.Geñ.28. Dilata beris ad orientem & occidentē.Et in eo.30. Ditatuſq; ē hō vltra modū.i.multiplicatus ſiue auctus eſt diuitiis . Exo.1. Tāto magis multiplicabātur & creſcebant.1.Reg.3.Non e rat viſio manifeſta.Pro quo he.le.Non erat viſio multipli cata.vnde ꝑmittitur.& ſermo dñi erat precioſus in diebus illis.i.rarus.z.Paralip.31. Quod cū ꝑcrebuiſſet in auribus multitudinis.pro quo he.le.& cū multiplicatū vel augmen tatū eſſet verbū:ſiue cū multiplicata eſſet res.Iob.1.& poſ ſeſſio eius creuit in terra.ps.105.& multiplicata eſt ī eis rui na. Prouer.3.& vino torcularia tua redūdabūt.i.augebūtur Eſa.54.Ad dextetā enim & ad leuam penetrabis.ideſt.cre ſces vel dilataberis.Oſee.4.Fornicati ſunt & non ceſſaue runt.pro q̄ he.le.fornicati ſunt & nō multiplicabūtur:ſiue nō augebūtur.Sigñat ēt cogere ſeu flagitare.1.Reg.28.coe gerūt aūt eū ſerui ſui.2.Reg.13.Cū aūt cogeret eū & noluiſ ſet.Et in eo.Coegit itaq; Abſalom eū.4.Reg.5. & coegit eum:ligauitq; duo talenta.

Multipli cari. Creſcere.

Redūdare Penetrar

Cogere

פָּרַק Parac.Redimere.liberare.excutere . ſoluere . diuide re.lacerare.Ps.135.Redemit nos ab inimicis noſtris. Threñ.5.Nō fuit qui redimeret de manu eorū.Dañ.4.pec cata tua elemoſynis redime . Sigñat ēt excutere vel ſolue re.Geñ. 27. Cum excutias & ſoluas iugū eius de ceruici bus tuis.Exo.32. Tollite inaures aureas de vxorū filiorum q̄ & filiarū vr̄arū auribus.i.diſſoluite vel dilacerate aut di rūpite.Et in eo.fecit populus quod iuſſerat :deferētes inau res ad aaron.pro quo he.le.& diſſoluit populus inaures au reas que erāt in auribus ſuis:& detulerunt ad aaron. ps.7. Dum nō eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat.pro q̄ bea

Redimere

Excutere

Diſſoluer.

tus hiero.in pſ.iuxta he.ve.trāſtulit.laceret & non ſit qui e ripiat.Zach.11.& vngulas eorum diſſoluet. Ponitur ēt pro ſubuertere.3. Reg.19.Subuertēs mōtes & conterēs petras. & inde פֶּרֶק pérec.i.dilaceratio:ſiue diuiſio.Naum. 3. Dila ceratiōe plena.ponitur ēt pro biuio itineris.ſ. vbi vie diui duntur:ſiue ꝑ exitu viarum.vt in abdia.Nec ſtabis in exiti bus.& inde מַפְּרֶקֶת Maphrécheth. quod ſigñat oſſa cerui cis.1.Reg.4.Et fractis ceruicibus mortuus eſt.

Lacerare diſſoluere. ſubuertere

פֶּרֶק

diſlaceratio

Exitus.

מַפְּרֶקֶת

Ceruices

פָּרַשׁ Paras.declarare.explanare.exponere.ſeparare. diſp gere.diuidere. pungere. Leuit. 24 . Donec noſſent quid iuberet dñs.Pro quo he.le . Vt declararetur vel expo neretur eis ex ore dñi.Nu.15.neſciētes quid ſup eo facere deberēt.pro quo he.le.Quia nō erat expoſitū vel declara tum quid fieret ei.& inde מְפָרַשׁ mephoras.i.expoſitum.de claratum.diſtinctum.ſeu diſtincte.Nec.8.& legerunt in li bro legis diſtincte & aperte.& inde פָּרַשָׁה paraſa.i.declara tio.explanatio. Eſter. 4. Quomodo aman promiſiſſet vt in theſauros regis pro iudeorum nece inferret argentum. pro quo he.le.Et declarationē ſeu explanationē argēti quā aman dixerat vt inferret in theſauros regis pro iudeis vt diſpderet eos.& in eo.10.& dignitas atq; ſublimitas qua e xaltauit mardocheum.pro quo he.le.& declaratio ſeu ex planatio magnitudinis mardochei.ſed beatus hiero. trāſtu lit ſenſum.Sigñat ēt ꝑdicta dictio diſpgere vel diuidere.E zech.34.In die qñ erit in medio ouium ſuarum diſſipata rum.i.diſpſarū.Itē ſigñat pungere:ſcd̄m hebreos.Prouer. 23.Et ſicut regulus venena diffundet.Pro quo he.le. Et ſi cut regulus ſeu baſiliſcus punget.& īde פָּרָשׁ Paras.i.eques eo quod pungit equum cum calcaneis.Hiere.4.A voce e quitis & mittentis ſagittam.Naum.3.Et equitis aſcenden tis.& in plu.פָּרָשִׁים paraſim.Exo.14. Super currus & equi tes eorum.& in eo.& operuerunt currus & equites.Et ī eo. 15.Ingreſſus eſt enī equus pharaonis cum curribus & equi tibus in mare.Ezech.27.Equos & equites & mulos adduxerunt in forum tuum.Abach.1. Et diffundentur equites eius.Ponitur ēt pro lapillis plauſtri qui ſunt acuti quaſi vn gule.Eſa.28.Nec vexauit eum rota plauſtri : nec vngulis ſuis comminuet eum.Item פֶּרֶשׁ Péres.Stercus.fimus. Le uit.4.& pedibus & inſtentinis & fimo & reliquo corpore. Nume.19.Tam pelle & carnibus eius quam ſanguine & fi mo flamme traditis.Malach.2.et diſpergam ſupervultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum.

dissipare diffundere

Pungere.

פָּרָשׁ

Eques

פָּרָשִׁים

Equites.

Ungule

פֶּרֶשׁ

Fimus.

Stercus

פָּרַשׁ Paras.cum puncto cebóleth.extendere.tēdere.expā dere.diſpergere.diuidere.Exo . 9.Extendam pal mas meas ad dominum.Et in eodem.Tetendit manus ſu as ad dominum.Et in eodem.25 . Expandentes alas & o perientes oraculum.Nume.4.Extendentq; deſuper pal lium totum hyacinthinum.2.Regum. 17. Et expādit vela men ſuper os putei.3.Regum.8. Et expanderit manus ſu as in domo hac.4.Regum.19.Et expandit eas coram do mino.Iob.36.Si voluerit extendere nubes . Et in eodem . Et fulgurare lumine ſuo deſuper.pro quo hebrei legunt. Ecce expandit ſuper eum lumē ſuum.Et in eo.39.expādēs alas ſuas ad auſtrum.ps.43.Et ſi expandimus manus no ſtras ad deum alienum.Ps.104.Expandit nubē in prote ctionem.Ps.139. Et funes extenderunt in laqueum . Ps. 142.Expandi manus meas ad te.Eſa.1.Et cum extenderi tis manus veſtras.Et in eo.19.Et expandētes rete ſuper fa ciem aquarum.Et in eodem.25. Et extendet manus ſuas ſub eo: ſicut extendit natans ad natandum . Et in eodem . 63.Expandi manus meas tota die.Threñ.1.Expandit ſion manus ſuas.Ezech.7.Et expandit illum coram me . Oſee. 5.Et quaſi rete expanſum ſuper thabor . Ioelis . 2 . Sicut

פָּרַשׁ

Extendere Tendere Expādere.

Spargere. Diuidere. Dispgere. Cōcidere

mane expansum super montes. signāt ēt dispergere vel diuidere. aut separare. ps. 67. Dum discernit celestis reges sup eā. pro quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Dum diuideret robustissimus reges in ea. Ezech. 17. Residui aūt in oēm ventū dispgentur. Zach. 2. qm̄ in quattuor ventos celi dispersi vos. Significat etiam concidere. Mich. 3. & cōciderunt sicut in lebete.

Exemplar.

פַּרְשֶׁגֶן Parsegen. in lingua chaldaica signāt exēplar siue trasumptum. Esdre. 4. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum. Et in eo. Exemplum edicti artaxerxis regis lectum est.

Stercus.

פַּרְשְׁדֹנָה Parsedona. Secessus seu stercus alui. Iudi. 3. Stimq̄ per secreta nature alui stercora prorūperunt. & solum inuenitur in predicto loco.

Expādere

פָּרַשׂ Parsez. expandere. Iob. 26. & expandit super illud nebulam suam. & solum inuenitur in predicto loco

Euphrates

פְּרָת Perath. Euphrates. Gen̄. 4. fluuius autē quartus ipse est euphrates.

Inclyti Tyrāni.

פַּרְתָּם Partham. inclytus. prefectus. preses. & solum inuenitur in nu. plu. scilicet פַּרְתְּמִים Parthemim. Ester. 1. Fortissimis persarum & medorum inclytis. & in eo. 6. Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equū eius vbi ponitur pro tyrannis.

crescere

פָּשָׂה Pasa. crescere. expandi. Leuit. 13. Et siquidem lepra vltra non creuerit. Et in eo. Et non creuerit in cute. Et in eo. Iterum lepra creuerit. i. se expanderit.

cōfringere

פָּשַׁח Pasach. confringere. Thren̄. 3. Semitas meas conuertit: & confregit me. & dicunt hebrei q̄ significat scindere. vel concidere.

Nudare. Detrahere scilz pellē. Spoliare.

פָּשַׁט Pasat. spoliare. exuere. excoriare. pellem detrahere. nudare. irruere. s. ad predam: seu spolium inuadere. Gen̄. 37. Nudauerūt eū tunica talari & polymita. idest spoliauerunt seu exuerunt. Leuit. 1. Detractaq̄ pelle ostie. Et in eo. 6. Spoliabitur prioribus vestimentis. Et in eo. 16. Et depositis vestibus quibus prius indutus erat. pro quo he. le. Et exuet siue spoliabit vestimenta sua. Nu. 20. Cūq̄ nudaueris patrē veste sua. Et in eo. Cūq̄ aaron spoliasset vestibus suis. 1. Reg. 17. Nā spoliauit se ionathas tunica qua erat indut⁹. & in eo. 19. spoliauit se vestimētis suis. & ī eo. 31. Venerūt philistiim vt spoliarēt ītersectos. 2. Reg. 23. & popul⁹ qui fugerat reuers⁹ est ad cesorū spolia detrahēda. Iob. 19. Spoliauit me gl'ia mea. & in eo. 22. & nudos spoliasti vestibus. Canti. 5. Spoliaui me tunica mea. Esa. 32. Exuite vos & cōfūdemini. Ezech. 16. & denudabūt te vestimentis tuis. & in eo. 26. Et vestimēta sua varia abiicient. i. spoliabūt vl' exuēt. Osee. 2. Ne forte spoliem eā nudā. Mich. 3. & pelles eorū desup excoriauerūt. Signāt ēt irruere vel inuadere. s. pdā vel spoliū. Iudi. 9. Et primo mane oriēte sole irrue super ciuitatē. Et in eo. Surrexit & irruit in eam. 1. Reg. 27. Et agebāt pdas de gesuri. i. inuadebāt pdas siue irruebāt ad pdas. & in eo. In quē irruistis hodie. & in eo. 30. Amalechite impetū fecerūt ex parte australi. i. irruerūt vel inuaserūt Et in eo. Siquidē nos erūpimus ad australē plagam. Iob. 1. Et inuaserunt camelos et tulerunt eos.

Excoriare. Irruere. Agere pdas Erūpere Inuadere.

Recedere. Peccare. Rebellare

פָּשַׁע Pasaa. puaricari. rebellare. recedere. peccare. 3. Reg. 12. Recessitq̄ israel de domo dauid. pro quo he. le. & puaricatus est siue rebellauit israel in domo dauid. 4. Reg. 1. puaricatus est aūt moab in israel. 2. Paralip. 21. In diebus illis rebellauit edō ne esset subditus Iude. & in eo. eo tpe & lobna recessit ne eēt sub manu illi⁹. i. rebellauit. Prouer. 28 & pro buccella panis deserit veritatē. p quo he. le. & p buccella panis puaricatur vir. Esa. 1. ipi vero spreuerūt me. pro q̄ he. le. Ipsi vero puaricati sunt in me. & in eo. 43. & inter pretes tui puaricati sūt in me. & in eo. 59. peccare & mētiri cōtra dm̄. Hiere. 33. & spreuerūt me. i. & puaricati sunt in me. siue rebellauerūt in me. Amos. 4. venite ad bethel & ī pie agite: & ad galalā & multiplicate puaricationē. & ei⁹ passiuū ponitur p adiuuari. Prouer. 18. Frater q adiuuatur a fratre q̄si ciuitas firma. Et inde פֹּשֵׁעַ Poseaa. i. puaricator trāsgressor. rebellis. sceleratus. Esa. 48. & trāsgressore ex ventre vocauite. & in plu. פֹּשְׁעִים posiim. Esa. 46. Redite puaricatores ad cor. & in eo. 53. Et cū sceleratis reputatus est. Et in eo. Et pro trāsgresoribus rogabit. Dañ. 8. Et post regnū eorū cū creuerint iniquitates. pro quo he. le. Cū cōsumati fuerīt puaricatores. Osee. 14. & puaricatores corruēt in eis. et inde פֶּשַׁע pesaa. i. puaricatio. trāsgressio. iniquitas scelus. Gen̄. 30. Quā ob culpā meā: et ob q̄d petūm meum sic exarsisti post me. p quo he. le. que est trāsgressio mea vl' iniquitas mea: et q̄d est peccatū meū. Exo. 22. Ad ppetrandā fraudē. i. puaricationē seu iniquitatē. Et in eo. 34. qui aufers iniquitatē et scelera atq̄ petā. ps. 31. beati quorū remisse sunt iniquitates. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. btūs cui dimissa est iniquitas. et in plu. פְּשָׁעִים pesaiim. siue פִּשְׁעֵי pisee. Leuit. 16. ab īmūdiciis filiorū israel et a puaricatiōibus eorū. Prouer. 10. Et vniuersa delicta operit charitas. Hiere. 5. qa multiplicate sūt puaricatōes eorū

Peccare Spernere ipie agere. adiuuari trāgressor. Preuaricatores scelerati. Trangressores Culpa. trāgressio. puaricatio Iniquitas Preuaricationes. Delicta Gradiri Gradus Incōsiderate loqui. Aperire. diuidere. interptari. solutio. interptatio.

Pasaa: cū pūcto ceboleḋ. incedere. deambulare. gradiri. Esa. 22. Gradiar superea. & inde פֶּשַׁע pesaa. i. gressus. passus pedū. btūs hiero. trāstulit gradum. 1. Reg. 20. viuit dominus & viuit anima tua quia vno tantum vt ita dicam gradu ego morsq̄ diuidimur.

Incōsiderate loqui. Aperire. diuidere.

פָּשַׂק Pasach. Aperire. s. labia: seu inconsiderate loqui. diuidere. Prouer. 13. Qui autem inconsideratus est sētiet mala. Pro quo he. le. & qui apit labia sua sētiet mala. Ezech. 16. & diuisisti pedes tuos omni transeūti.

interptari. solutio. interptatio.

פָּשַׁר Pasar. interptari. Dañ. 5. Porro ego audiui q̄ possis obscura interptari. & inde פִּשְׁרָה pesar. siue פִּשְׁרָא pisra. i. expositio. solutio. interptatio. Eccl's. 7. & quis cognouit solutionē verbi. Dañ. 2. & interptationē eius indicabimus. & in eo. vt solutionem somnii indicarent mihi.

Linum.

פִּשְׁתָּה Pistha. linū. & scribitur cū he in fine. Exo. 9. Linū ergo & hordeū lesum est. & in eo. & linum iam foliculos germinaret. Esa. 42. & linū fumigās nō extinguet. & licet sit gn̄is feminini: declinatur pluraliter פִּשְׁתִּים pisthim secūdū terminationē masculinorū. Deut. 22. Non indueris vestimēto quod ex lana linoq̄ cōtextū est. Ios. 2. Et operuit eos lini stipula. Iudi. 15. Sicut solent ad ardorem ignis lina consumi.

Linū Lina

Pathath. frāgere. diuidere. s. in frustra seu minutatim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. & inde פַּת pathi. i. fragmētū. seu buccella panis. Gen̄. 18. ponāq̄ buccellā panis. Ruth. 2. Intinge buccellā tuā in aceto. Iob. 31. Sic comedi buccellā meā. Prouer. 17. Meli⁹ est buccella sicca cū gaudio. Ponitur ēt pro pane vel cibo. 2. Reg. 11. De pane illius comedēs. Prouer. 23. cibos q's comederas euomes. qd̄ ī hebreo legitur singl'r. s. panē vel cibū. & in plu. פִּתִּים pithim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. p q' he. le. diuidēs eā ī buccellas. ps. 147 mittit crystallū suā sicut buccellas. repitur ēt פִּתּוֹת pithoth scd̄m terminationē femininorū. Ezech. 13 & violabāt me ad pp'm meū pp pugillū hordei & fragmēta panis. & iūgitur cū dictiōe בַּג bag. & dī פַּת בַּג pathbag. De quo vide supra in dictiōe בַּג bag. Itē פָּתַת pathath. i. lactare vel seducere. Prouer. 24. ne lactes quenpiam labiis tuis. De quo vide infra in dictione פָּתַת patha.

diuidere. Buccella Panis Cibi. Buccelle Fragmēta Lactare

Pithom. subito. statim. confestim. De quo vide in dictione. פָּתַת patha.

פַּתִּים פִּתּוֹת פַּת בַּג פָּתַת פִּתְאֹם

פְּתִגִל Fascia. פְּתִגָם

פְּתִגִל Pethigil. fascia pectoralis. Esa. 3. & pro fascia pectorali cilicium. & solum inueniturin predicto loco.

פְּתִגָם Verbum. Res. Sentētia

Pithgam. siue פְּתִגָמָא pithgama. verbū. res. sentētia Ester. 1. Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiū. pro quo hebrei legūt. Et audietur verbum regis quod faciēdū est in omni regno eius. Dañ. 3. Non oportet nos de hac re respondere tibi. i. de hoc verbo. Eccls. 8. Quia nō profertur cito contra malos sententia.

פָּתָה Seducere. Decipere

Patha. seducere. decipere. lactare. suadere. persuadere dilatare. Exo. 23. Si seduxerit quis virginem. Deut. 11 Ne forte decipiatur cor vestrum. 3. Reg. 22. quis decipiet achab regem israel. Et in eodē. Decipies & preualebis. Iob. 31. Si deceptum est cor meum super mulierem. Et in eo. Et letatum est in abscondito cor meum. Debet legi lactatū. i. seductū vel deceptum. sicut Prouer. 1. Si te lactauerint peccatores. ideſt seduxerint. Hiere. 20. Seduxisti me domine & seductus sum. Potest etiam legi. persuasisti me domine & persuasus sum. Ezech. 14. & propheta cum errauerit. ideſt cum deceptus fuerit. Et in eodem. Ego dominus decepi pphetam illum. Osee. 2. Ecce ego lactabo eam. ideſt persuadam vel seducam eam. & in eo. Quasi columba seducta nō habens cor. & inde פְּתָיוּת pethaiuth. ideſt persuasio vel deceptio. pro quo beatꝰ hieronymus trāstulit illecebras. Prouer. 9. Plenaq; illecebris: & nihil omnino scies. & inde פֹּתֶה Pothe. ideſt insipiens. stultus. paruulus. scilicet intellectu: q facile seducitur. Iob. 5. Et paruulum occidit inuidia. Et communiter scribitur cum iod in fine loco he & dicitur פֶּתִי Pethi. ps. 18. Sapientiam prestans paruulis. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet paruulo vel insipiēti. Prouer. 14. Innocens credit omni verbo. ideſt insipiens. Et in eo. 19. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Ponitur etiam פֶּתִי Pethi. pro infantia. vt Prouer. 1. Vsqꝫquo paruuli diligitis infantiam. ideſt insipientiā. & in plu. פְּתָיִם pethaim. siue פְּתָיִים pethaim cum duplici iod. ps. 118. Intellectū dat paruulis. Prouer. 1. Auersio paruulorum interficit eos. Et in eo. 22. Innocens pertransiit & afflictus est damno. qđ in hebreo legitur pluraliter. scilicet innocentes vel insipientes transeunt. Et aliquando scribitur cū aleph & dr פְּתָאִים Pethaim. ps. 114. Custodiens paruulos dominus. Prouer. 1. vt detur paruulis astutia. Et in eodem. 7. Et video paruulos. Et in eodem. 8. Intelligite paruuli astutiā. & inde פִּתְאֹם pithom. ideſt subito. confestim. Statim. Nu. 12. statim locutus est dominus ad eum. Prouer. 6. Huic extemplo veniet perditio sua. ideſt statim veniet. Malach. 3. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis. Itē פָּתַח patha. ideſt dilatare. Geñ. 9. Dilatet deus iapheth. Prouer. 20. Et dilatat labia sua. & inde פְּתַח petha. i. latitudo. Dañ. 3. Latitudine cubitorum sex.

Innocēs Stultus. Infantia Paruuli. innocētes. paruuli. Statim Extemplo. Dilatare Latitudo

פָּתַח Aperire.

Pathach. aperire. patere. pandere. soluere. dissoluere. incipere. sculpere seu proscindere. Geñ. 8. apiens noe feneſtram arce. & in eodem. 4. Aperuitq; ioseph vniuersa horrea. Nu. 14. Vas quod non habuerit operculum. pro quo hebrei legunt. Et omne vas apertum quod non habuerit operculum. Deut. 15. Vt aperias manum fratri tuo. Et in eodem. 20. Et aperuerit tibi portas. Et in eo. 28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum: celum. Iudi. 3. Et videntes q nullus aperiret. 4. Reg. 9. Aperies ostium & fugies. Et in eodem. 15. Noluerant enim aperire ei. 2. Paralipo. 6. Et aperiantur oculi tui super domum istā. Nec. 6. Et epistolam habebat in manu sua. pro quo hebrei legunt. Et epistola aperta in manu sua. scilicet erat. Et in eodem. 8. Et aperuit esdras librum. Iob. 12. Si incluserit hoīem: nullꝰ est qui aperiat. ps. 77. & ianuas celi aperuit. Esa. 14. Vinctis eius nō aperuit carcerem. & in eo. 26. Aperite portas. Et in eo. 35. Et aures surdorum patebunt. ideſt aperiētur. Et in eo. 48. Nec extunc aperta est auris tua. & in eodem. 60. Et aperientur porte tue iugiter. Hiere. 1. Ab aquilone pandetur omne malum. ideſt aperietur. vel secundum hebreos incipiet. Ezech. 37. Cum aperuero sepulchra vestra. Et in eodem. 44. porta hec clausa erit & non apietur. Zach. 13. In die illa erit fons patens domui israel. Signāt ēt soluere. seu dissoluere. Geñ. 24. destrauit camelos. i. stramēta dissoluit. 3. Reg. 20. non glorietur accinctus eque vt discīctus. pro quo hebrei legunt. Non glorietur qui accingitur sicut qui dissoluit. ideſt qui dissoluit a se baltheum militarē postquam vicerit. Iob. 12. Baltheum regum dissoluit. & in eodem. 30. pharetram suam aperuit. pro quo hebrei legunt. Chordam meam dissoluit. potest etiam significare aperire vt supra dictum est. ps. 101. vt solueret filios interēptorum. Esa. 5. Nec soluetur cingulum renum eius. Et in eodem. 20. Solue sacum de lumbis tuis. Et in eodē. 52. solue vincula colli tui. Significat etiam quando flores aperiuntur & incipiunt emittere fructus immaturos. Canti. 7 Si flores fructus parturiunt. & inde מִפְתָּח Miphthach. ideſt apertura siue apertio. Prouer. 8. Et aperientur labia mea vt recta predicem. pro quo hebrei legunt. & apertio labiorū meorum recta. & scribitur etiam sine mem & cum nun in fine & dicitur פִּתְחוֹן pithchon. ideſt apertura. Ezech. 29 Et tibi dabo apertum os in medio eorū. pro quo he. le. Aperturam oris. & inde פֶּתַח péthach. i. ostiū. porta. ianua. fores Geñ. 4. In foribus peccatum tuum aderit. ideſt in ostio vel in ianua. & in eo. 6. Ostium autem arce pones in latere. Et in eo. 18. Sedenti in ostio tabernaculi. Et in eo. 19. Egressus ad eos loth post tergum accludens ostium. ps. 118. Declaratio sermonum tuorum illumina. pro quo beatus hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Ostium sermonum tuorum lucidum. Prouer. 17. Qui altam facit domum suam querit ruinam. pro quo he. le. Qui exaltat ostium suum siue ianuam suam querit ruinam. Ezech. 46. & adorabit populus terre ad ostium porte illius. & i plu. פְּתָחִים pethachim: siue פִּתְחִי pithche. ps. 23. & eleuamini porte eternales. pro quo beatus hieronymus transtulit. & eleuamini ianue sempiterne. Esa. 13. Et ingrediātur portas duces. Mich. 7. Custodi claustra oris tui. pro quo hebrei legunt. Custodi ostia oris tui. & inde מַפְתֵּחַ maphthéach. ideſt clauis: qua ostia aperiūtur Iudi. 3. Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominum suum. Esa. 22. Et dabo clauem domus dauid super humerum eius. ponitur etiam pro apertura. 1. Paralip. 9. Vt quando tempus fuisset: ipsi mane aperirent fores. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi super aperturam in mane. & est sensus sicut in littera nostra. Item פָּתַח pathach. ideſt sculpere vel proscindere. Exo. 28. Et sculpes ī eis nomina filiorum israel. & in eo. Sculpes eos in nominibus filiorum israel. 3. Reg. 7. Sculpsit quoq; in tabulis illis. Esa. 28. proscindet & sarriet humum suam. & inde פִּתּוּחֵי pithuche. ideſt sculpture: seu celature. Exo. 28. opere sculptoris & celatura gēmarii. 3. Regum. 6. Sculpsit variis celaturis in torno. ps. 65. Exciderunt ianuas eius in idipsum. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et nunc sculpturas eius pariter. & inde פְּתִיכוֹת pethichoth. ideſt gladii seu lācee. ps. 54 Et ipsi sunt iacula. pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Cum sint lancee. Mich. 3. Et pascent terram assur in gladio: & terram nembrod in lanceis suis. & inde verbum פָּתַח pathach. ideſt euaginare. ps. 36. Gladium euaginauerunt peccatores.

Patere. Pandere. Dissoluere. Soluere. parturire מִפְתָּח Apertio. פִּתְחוֹן Apertura. פֶּתַח Fores Ostium. Porte. פִּתְחֵי Ianue. מַפְתֵּחַ Clauis. Apertura. פָּתַח Sculpere. proscidere פִּתּוּחֵי Celatura. sculpture פְּתִיכוֹת. Lancee. פָּתַח Euaginar.

פָּתַל Pathal.cōparare.peruertere. Geñ.30. Cōparauit me dñs cum sorore mea. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ signi ficat in predicto loco addere vel adiungere. Vnde in pre dicto loco ipsi legūt. Additione dei addita sum cum sorore mea.siue cōiunctione dei adiuncta sum cum sorore mea. Si gnat etiā predicta dictio.peruertere vel subuertere.Ps.17. Cum peruerso peruerteris. Scribitur etiam cū pe post thau 2.Reg.22.& cū peruerso ꝙuerteris.vbi pōitur תִּתַּפַּל iththa pal pro תִּתַּל Thipathal. Et inde נִפְתָּל Niphtal.ideſt puer sum seu prauū.Prouer.8.Nō est in eis prauū quid neqꝫ per uersum.Et in plurali נִפְתָּלִים Nipthalim.Iob.5.Et consi liū prauorum dissipat.& inde פְּתַלְתֹּל pethalthol.i. peruer sum seu peruersa. Deut.32. Generatio praua atqꝫ peruersa. Itē פְּתִיל pethil.i.filum seu vitta ex filis duplicatis. Nu.15. Ponētes i eis vittas hyacinthinas. Iudi.16. Quomodo si rū pat quis filū de stupa.& in plu.פְּתִילִים pethilim . Exo . 39. Et extenuauit in fila. Ponitur etiam פְּתִיל Pethil. pro liga tura que fit cū filo vel cum vitta. Nu.19. Vas quod non ha buerit operculum nec ligaturam desuper īmundum erit. Ponitur etiā pro armilla facta ex filis aureis vel argenteis . Geñ.38. Annulū tuū & armillā & baculū quē manu tenes. Et in eo.cognosce cuius sit annulus & armilla & baculus.

פֶּתֶן Péthen.siue פַּתָּן Páthen.aspis serpentis genus.ps.57. Sicut aspidis surde.ps.90. Super aspidem& basiliscum ambulabis.Vbi ponitur ꝙ basiliſco.Esa.11 . Et delectabitur infans super foramen aspidis . & in plu . פְּתָנִים Pethanim. Iob.20.Caput aspidum sugget.Et in eodem.Fel aspidū in trinsecus.Significat ēt limen porte:& tūc scribitur cū mē i principio & dicitur מִפְּתָן Miphthan.1.Reg.5. Et due palme manuum eius abeisse erant super limen.Ezech.46. Et ado rabit super limen porte.

פְּתַע Péthaa.subito.fortuitu. casus seu euentus. Nu.6. Sin aūt mortuꝰ fuerit quispiam coram eo..i.si subito mor tuus fuerit. & in eodem.35. Quod si fortuitu absqꝫ odio & inimicitiis quicqꝫ horū fecerit.Prouer.6. Subito cōteretur nec habebit vltra medicinam .

פָּתַר Pathar.interpretari.s.sōnium aut exponere.vel coni cere. Geñ.40. Et non est qui interpretetur nobis. & in eo . Vt coniectoris veritas probaretur . Pro quo hebrei legunt. Sicut coniecit vel interpretatus est eis ioseph. & in eo.41.Audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. Pro quo hebrei legunt.Et factum est sicut interpretatus est nobis: ita fuit.& in eo.vidi somnium nec est qui ediserat.i. qui exponat vel interpretur. & in eodem. Audiui te sapien tissime cōiicere.& inde פִּתְרוֹן pithron.i.interꝓtatio. conie ctura. Geñ.40. Iuxta interpretationem congruam sibi. & in plu. פִּתְרֹנִים Pithronim. vt in eo. Nunquid non dei est i terpretatio .quod in hebreo legitur pluraliter.s.nūquid nō dei sunt interpretationes.

פִּתְשֶׁגֶן Pathségen.exemplar . Sūma seu copia scripture. Ester.3.Sūma autem epistolarum hec fuit.& in eo dem.4.Exēplar quoqꝫ edicti qđ pēdebat in susis dedit ei. & ī ligua chaldaica scribitur cū res loco tau & dī פַּרְשֶׁגֶן par ségen.Esdre.4.Hoc ē exēplar epistole quā miserūt ad eū.

De incipientibus a littera.צ.sadich

צֵאל Seel.vmbra.Iob.40.Sub vmbra dormit in secreto calami.Et in eo.Protegūt vmbre vmbrā eius.vbi po nitur tā in singli qꝫ in pli.& cōiter scribitur sine aleph . De quo vide infra in dictione צְלָל Salal.

צֹאן Son.ouis.pecus.Et declinatur tantum singulariter:& caret numero plu.& pōitur singulare pro plurali. De quo vide infra in dictione צוֹן son.cum vau in medio.

צַב Sab.tegumen.aut plaustrū.vel lectica desup tecta . Nu. 7.Sex plaustra tecta.ideſt sex plaustra quodlibet cū te gumento suo.Et in plurali צָבִים Sabim.Esa.66. Et in lecti cis & in mulis & in carrucis.

צָבָא Saba.militare.pugnare.dimicare . exercitū ducere. ad bellum ꝓcedere.excubare.Nu.31.Cūqꝫ pugnas sent contra madianitas.Esa.29.multitudo oim gentiū que dimicauerūt cōtra ariel.Et in eodē.Sic erit multitudo om nium gentium:que dimicauerunt contra mōtē siō . Zach. 14. Omnes gentes que pugnauerunt aduersus ierusalem. Et aliqñ scribitur sine aleph.Esa.29.Et omnes qui dimica uerunt & obsederunt & preualuerunt aduersus eam. Et in de מָצְבִיא Masbi:quod est participiū tertie coniugationis. ideſt militare facies. Pro quo beatus hieronymus trāstulit. Qui probat tyrones.ideſt qui probat nouos milites vtrū sint apti ad militiam vel exercitum.4.Reg.25. Et sopher principē exercitus qui probabat tyrones de populo terre. Hiere.52.Et scribam principem militum qui probabat ty rones. Significat etiam predicta dictio excubare seu stare in excubiis in modū exercitus.aut ministrare. Exo.38. De speculis mulierū que excubabant ad ostium tabernaculi . Nu.4. Omnes qui ingrediuntur vt stent & ministrēt in ta bernaculo federis.& in eo. Omnes qui ingrediuntur & mi nistrantꝫ in tabernaculo federis.Et īde צָבָא Saba.siue צְבָא Seba.i.exercitus siue militia aut bellū.Nu.1. Omnium vi rorum fortiū in israel. Pro quo hebrei legūt:omnes qui in grediuntur in exercitu siue in militia.Et in eo.2. Ad orien tem iudas figet tētoria per turmas exercitus tui.Et in eodē. & cunctus exercitus pugnatorum eius.Et in eo.31.Armate inquit ex vobis ad pugnam.Ios.5.Sed sum princeps exer citus domini.Iudi.8.Vt demus exercitui tuo panes . Et in eodem.9.Congrega exercitus multitudinem & veni.Esa. 13.Dñs exercituum precepit militie belliꝫ. Et in eo .24.In die illa visitabit dñs super militiam celi in excelso. Et in eo dem.40.Quoniam cōpleta est malitia eius:debet legi mi litia eius.Scribitur etiam cum he in fine loco aleph. Zach. 9.Et circundabo domū meā ex his qui militāt mihi.signi ficat etiam צָבָא Saba tempus determinatum seu statutum secundum hebreos:sed beatus hieronymus secundum pre cedentem significationem transtulit militiam : seu robur aut fortitudinem Iob.7.Militia est vita hominis sup terrā Pro quo hebrei legūt.Terminus.i.tempus determinatū est homini sup terrā.& in eo.10.Et pene militant in me . Pro quo he.le.Mutationes & terminus mecū.& in eo.14.Cun ctis diebus quibus nunc milito expecto.pro quo he.le.Cū ctis diebus termini mei.i.tēporis determinati vite mee ex pecto.Esa.40.Quoniam completa est malitia eius .debet legi militia eius.Pro quo he.le. Quoniā cōpletus est termi nus eius.Dañ.8.Robur aūt datū est ei contra iuge sacrifi cium.Pro quo he.le. & terminus datus est super iuge sacrifi cium .Et in eo.10.Et verbū verū & fortitudo magna.pro qꝫ he.le.Et terminus magnus.& in oñibus predictis locis po test ēt legi sicut est in lra nra.& ī plu.צְבָאוֹת sebaoth.i.exer citus.turme.Exo.12.Egressus est omnis exercitus domini de terra egypti.quod in hebreo legitur pluraliter.s.egressi sunt omnes exercitus domini.& in eodē.Eduxit dominus filios israel de terra egypti per turmas suas.ideſt per exer citus suos.Ps.24.Dominus virtutum ipse rex glorie.pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Dominus exercituum ipse rex glorie.Esa.6.Sanctus.sanctus.sanctus dominus deus exercituum. pro quo sabaoth canit ecclesia. Osee.12.Et dominus deus exercituum domin memoria le eius.Reperitur etiam in genere masculino.ps.102. Bene

Virtutes

dicite domino omnes virtutes eius.i.omēs exercitus eius.

צָבָא Velle.

Item צָבָא Saba.in līgua chaldaica significat velle. Dañ.2. Cuicūq; voluerit dabit illud.& in eodem.5.Quos volebat

צְבוּ Voluntas.

interficiebat:& quos volebat percutiebat.Et inde צְבוּ Sebu ideſt voluntas.vt in eodem. Ne quid fieret cōtra danielem. Pro quo hebrei legunt.Ne mutaretur voluntate.ſ.aduerſariorum contra danielem.

צָבָה Tumere. Inflari

צָבַה Saba.tumere.intumeſcere.inflari. Nu.5. Et tumens vterus tuus dirumpatur.& in eodē.Et vtero tumeſcēte putreſcat femur.& in eodē.Et inflato ventre cōputreſcet femur. Et inde צְבִי Sebi.i.hinulus:capreolus:ſeu caprea. Deut.12.Sicut comeditur caprea & ceruus.& in eodem.14. Ceruum & capream. Canti.2. Similis eſt dilectus meus capree.& ī genere femininoצְבִיָּה Sebiia.Canti.4:Duo vbera tua ſicut duo hinuli capree. & in pluraliצְבָאִים Sebaim. ſiue צְבָאוֹת Sabaoth.1.Paralipo.12.Et veloces quaſi capree in montibus. Canti.2. Adiuro vos filie ieruſalem per capreas ceruaſq; camporum.Significat etiam צְבִי Sebi inclytum:ſiue pulchrum vel decorū:ſeu egregium:aut precipuū ſiue preclarum.vel gloriā aut magnificētiā.2.Reg.1.Inclyti iſrael ſuper montes tuos interfecti ſunt. & ponitur ibi in hebreo ſingulare pro plurali.Hiere.3. Et tribuam tibi hereditatem preclaram.Ezech.20.Que eſt egregia inter omnes terras.& in eodem.Precipuam terram omniū.& in eodem.25. Et de ciuitatibus eius inclytis terre bethſimuth. Dañ.8.Et factū eſt grande contra meridiē & contra orientem & contra fortitudinem.vbi ponitur pro fortitudine.& dicunt hebrei q̄ ponitur ibi pro terra promiſſionis:que eſt terra inclyta & precipua terrarū. vt habetur Ezech. 20. Vt ſupra dictum eſt.& in eodem.11. Et ſtabit in terra inclyta.& in eodem.Super montem inclytū & ſanctum. Ponitur etiā pro gloria vel magnificentia. Eſa.4. In die illa erit germē dñi in magnificentia & gloria. & in eodem.23. Vt detraheret ſuperbiam omīs glorie.& in eodem.24.In finibus terre laudes audiuimus gloriā iuſti. & in eodē.28. Et flori decidenti glorie exultationis eius.& in eodem.In die illa erit dñs exercituū corona glorie. Ezech.26. Cum dedero gloriam in terra viuentiū.Ponitur etiā pro ornamēto. Ezech. 7.Et ornamentum monilii ſuorum.

Inclytus Preclara Egregia. Precipua Fortitudo Magnificentia. Gloria. ornamētū.

צְבִי Sebu.in lingua chaldaica ſignificat volūtatē. De quo vide ſupra in dictione צָבָא ſaba.

צָבַט Cōgerere Porrigere.

צָבַט Sabat.porrigere.congerere.Ruth.2.Et congeſſit polentā ſibi.pro quo he.le. Et porrexit ei polentā.& ſolum inuenitur in predicto loco.

צָבַע Intingere

צָבַע Sabaa.intingere. Dañ.4. Et de rore celi intingatur. Et ide צֶבַע Sebaa.i.tinctura.ſ.diuerſorū colorum:ſeu veſtis tincta diuerſorū colorū. Iudi.5.veſtes diuerſorū colorum ſisare traduntur in predā:& ſupellex varia ad ornanda colla congeritur. vbi ponitur tam in ſinguli q̄ in plurali. Hiere.12. Nunquid auis diſcolor hereditas mea mihi.i.tincta diuerſo ſeu vario colore.Et inde אֶצְבַּע Eſbáa.i.digitus. Exo.18.Digitus dei eſt.Nu.19.Et tingens digitū in ſanguine eius.Et in plurali אֶצְבָּעוֹת Eſbaoth.ps.143.Et digitos meos ad bellum.

Diuerſus color. Digitus. Digiti.

צָבַר Cōgregar. Cōportare צְבוֹר

Sabar. colligere. congregare.coaceruare.cōportare. Geñ.41.Et oīe frumētum ſub pharaonis poteſtate condatur.i.congregetur vel colligatur.& in eodē. Tantaq; fuit abūdātia tritici vt arene maris coeq̄retur. p quo he.le. Cōgregauit ioſeph frumētū q̄ſi arenā maris pre multitudine. Exo.8.Cōgregauerūt eas ī īmēſos aggeres. Iob.27.Si cōportauerit q̄ſi terrā argētū. Abach.1. Et cōportabit aggere:& capiet eā.& inde צְבוֹר Sibur.i.cōgregatio ſeu collectio aut aceruus.& ſolum inuenitur in numero plurali.4.Reg. 10.Ponite ea ad duos aceruos.

aceruus.

צְבָתִים manipuli.

צֶבֶת Sebath. manipulus . & ſolum inuenitur in numero plurali.Ruth.2.Et de veſtris quoq; manipulis proiici te de industria.

צֶדֶד Latus

צַד Sadad.latus.& ſemp ſcribitur cū ſimplici daled & dr צַד Sad.Geñ.6.Oſtiū aūt arce pones in latere deorſū. Exo.25.Tres exvno latere:& tres exaltero latere.1.Reg.20 Ego autem tres ſagittas mittam iuxta eum.i.in latere eius. & in eodem.Et ſedit abner ex latere ſaul.ps.90.Cadent a latere tuo mille.Eſa.60.Et filie tue de latere ſuggent. & aliqñ ponitur pro contra.& tunc preponitur ei littera lamed & dicitur לְצַד Lcſad. Dañ.7. Et ſermones contra excelſum loq̄tur.Et in pluralי צְדִים Sidim.Exo.25. Sex calami egrediē tur de lateribus eius.& in eodem.26.Vtrūq; latus tabernaculi protegens.Ponitur etiā pro hoſtibus.Iudi.2.Vt habeatis eos hoſtes.De quo vide ſupra in dictione צוד Sud.

לְצַד Contra.

צְדִים Latera. Hoſtes

צָדָה Inſidiari

צָדָה Sada.inſidiari.deſolare.Exo.21.Qui autem nō eſt inſidiatus.1.Reg.24. Tu autem inſidiaris anime mee: vt auferas eam.Significat etiā deſolare vel deuaſtare:cuius verbum paſſiuū ponitur. Soph.3.Vbi dicitur deſolate ſunt ciuitates eorum. Et ide צְדִיָּה Sediia.i.inſidiatio.ſiue inſidie. Nu.35. Vel iecerit quippiam in eū per inſidias. vide etiam de hoc infra in dictione צוד Sud. Item צֶדָה Seda.in lingua chaldaica ſignificat vere ne.ſeu nunquid. Et ſcribitur cum he in principio. Dañ.3. Vere ne ſydrach Miſach & abdenago deos meos non colitis,

Deſolare צְדִיָּה Inſidie צֶדָה Vere ne.

צָדַק Juſtū eſſe. Juſtificare

צָדַק Sadac.iuſtificare.iuſtū eſſe.iuſte iudicare.vt Geñ.38. Iuſtior me eſt. & in eodē. 44. Quid loquemur aut iuſte poterimus obtinere. Pro quo he.le. Quid loquemur aut quo iuſtificabimur. Exo.23. Quia auerſor impiū. Pro quo hebrei legunt. Quia non iuſtificabo impiū. Deut.25. Quem iuſtum eſſe proſpexerint:illi iuſtitie palmā dabunt. Pro quo he.le.Et iuſtificabūt iuſtū.& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.2.Reg.15.vt ad me veniāt omnes qui habent negocium:& iuſte iudicem. Iob.4. Nunquid homo dei cōparatiōe iuſtificabitur.& in eodem.9.Si iuſtificare me voluero.& in eodem.33.Volo enim te apparere iuſtū.i.volo te iuſtificare.ps.18. Iuſtificata in ſemetipſa.ſ.ſunt.ps.50.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.ps.81.Humilem & pauperem iuſtificate.ps.142. Quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.Prouer.17.Et qui iuſtificat impiū.Eſa.43. Dent teſtes eorū:& iuſtificētur. Hiere.3.Iuſtificauit animā ſuā auerſatrix iſrael.Ezech.16.Et iuſtificaſti ſorores tuas.& in eo. Iuſtificate enī a ſūt te. Dañ.8. Et mūdabitur ſanctuariū.Pro quo hebrei legūt. Et iuſtificabitur ſanctuariū. & in eodem.12.Et qui ad iuſtitiam erudiūt multos. Pro quo he. le.& qui faciūt iuſtificari multos.& ē ſenſus ſicut ī littera noſtra.Et inde צַדִּיק Sadic.i.iuſtus.Geñ.6.Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit.& in eo.18. Nunquid perdes iuſtū cū impio. Exo.9. Dominus iuſtus. ps . 7 . Deus iudex iuſtus . Eſa.3. Dicite iuſto quoniam bene.& in eodem.49. Aut quod captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe poterit. Pro quo hebrei legunt. Aut quod captum fuerit a iuſto.i.ab illo qui iuſte accepit. Et in pluralי צַדִּיקִים Sadicim.ideſt iuſti. Deut.4.& vt habeat cerimonias iuſtaq; iudicia.& in eodem.16.Et mutant verba iuſtorum.3. Reg.2. Quia interfecit duos viros iuſtos melioreſq; ſe.ps.36.Oculi dñi ſup iuſtos.Ezech.25. Viri ergo iuſti ſunt ipſi iudicabūt eas. Et inde צֶדֶק ſedec.i. iuſtitia. Deut.16. Iuſte quod iuſtū eſt perſequeris. Pro quo hebrei legunt. Iuſtitiam iuſtitiam ſequeris. Iob.29. Iuſtitia indutus ſum.& in eodem.35.vt diceres iuſtior deo ſum. p quo hebrei legunt. Iuſtitia mea a deo:ſiue maior q̄ dei. & eſt ſenſus ſicutin littera noſtra. & ſcribitur cū he vel thau

Juſte iudicare.

צַדִּיק Juſtus.

צַדִּיקִים Juſta. Juſti

צֶדֶק Juſtitia

צְדָקָה Justitia. in fine & dicitur צְדָקָה Sedaca.siue צִדְקַת Sidcath.Geñ.15. Et reputatum est ei ad iustitiam.& in eodem.30.Responde bitq; mihi cras iustitia mea.Deut.23.Et fecit iustitiam dñi. Et in plurali צְדָקוֹת Sedacoth.ps.10. Quoniã iustus dominus & iustitias dilexit.Ponitur etiam pro elemosyna.Dañ. 4.Peccata tua elemosynis redime.

צְדָקוֹת Justitie elemosyna

צָהֹב Flauus. צָהֹב Sahab.flauus:seu color auri. Leuit.13. Et capillus flauus solitoq; subtilior.Scribitur etiam cum mẽ in principio & dicitur מְצָהָב Mushab.Esd.8.Et vasa eris fulgentis optimi duo:pulchra vt aurum.pro quo he.le.& vasa eris flaui.i.coloris aurei optima duo:preciosa vt aurum.

מְצָהָב Fulgens

צָהַל Exultare. Exhilarare. Hinnire. צָהַל Sahal.exultare. exhilarare. gaudere.iubilare.hinire. Ester.8.Omnisq; ciuitas exultauit.ps.103.Vt exhilaret faciem in oleo.Esa.12. Exulta & lauda. Significat etiam hinnire vel mugire.Esa.10.Hinni voce tua filia galin.Et in eodem.24.Hinnient de mari.Hiere.5.Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebant. & in eodem.50. Et mugistis sicut tauri.Et inde מְצַהֲלוֹת Mishaloth.i.hinnitus in numero plurali.Hiere.8.A voce hinnituum equorum eius cõmota est omnis terra.& in eodẽ.13.Adulteria tua & hinitus tui.

Mugire. מְצַהֲלוֹת Hinnitus.

צֹהַר Fenestra צֹהַר Sohar. fenestra. Geñ.6. Fenestram in arca facies . Et inde צָהֳרַיִם Sahoraim.idest meridies.s.cum sol est in medio celi vel in nostro meridiano. Geñ.43. Quoniã hodie mecum viri comesturi sunt in meridie.Iob.11. Et quasi meridianum fulgur cõsurget tibi ad vesperam.ps.36.Et iudicium tuum tãq; meridies.Canti.1.Vbi cubes in meridie. Et inde verbũ יָצְהֲרוּ Iashiru.pro quo beatus hieronymus transtulit:meridiati sunt.i.sederunt in meridie.Iob.24.Inter aceruos eorum meridiati sunt. Hebrei vero dicũt q; deriuatur a sequẽti dictione que significat oleum.vnde in predicto loco ipsi legunt. Inter aceruos eorum fecerũt oleum siue expresserunt oleum:aut oleificauerunt:si latine posset dici.Et inde יִצְהָר Ishar.i.oleũ:eo quod est lucidum & splẽdidum. Deut.7. Oleo & armentis gregibus ouiũ tuarum. & in eodem.10. Vt colligatis frumentum & vinum & oleũ. & in eodem.28.Vt non relinquatur tibi triticum & vinum & oleũ.2.Paralip.32. Apothecas quoq; frumẽti & vini & olei.Zach.4.Isti sunt duo filii olei splendoris .vbi ponitur pro vtroq;.s.pro oleo & pro splendore.

צָהָרַיִם Meridies.

יָצְהֲרוּ Meridiati sunt.

צָהָר Oleum

צָהָר Splendor

צוֹא Sordes צוֹאָה Soa.sordes.immunditia.& scribitur cum he in fine & dicitur צוֹאָה Soa.Prouer.30. Et tamen non est lota a sordibus suis.Esa.4.Si abluerit dñs sordes filiarum sion. & in eodem.7.Omnes enim mẽse replete sunt vomitu sordiumq;.& inde צוֹאִים Soim.idest sordidi . Zach.3.& iesus erat indutus vestibus sordidis.& in eodẽ. Auferte vestimenta sordida ab eo. Vide ẽt de hoc supra in dictione יְצֵא Iasa.

צוֹאִים Sordidi.

צוד Venatu aprehẽdere Venari. צוּד Sud .venari.venatione capere.insidiari.Geñ.27.cumq; venatu aliquid apprehenderis.& in eo.vt iussionẽ patris impleret.pro quo hebrei legunt. Ad venandum venationem vt afferret.sed beatus hieronymus trãstulit sẽsũ. & in eodem. Qui dudum capta venatione attulit mihi.Leuit.16 . Si venatione vel aucupio ceperit auem vel feram. Hiere.4.Mittam eis multos venatores & venabuntur eos Et in eo.13.Et faciunt ceruicalia sub capite vniuersę etatis ad capiendas animas.idest ad venandas animas . Et in eo. Et cũ ceperint aias populi mei.& in eo . Quibus vos capitis animas volantes.& in eo.& dimittã animas quas vos capitis.Threñ.3.Venatione ceperunt me inimici mei . & in eo.4.Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.pro quo he.le.Venati sunt siue insidiati sunt vestigia nostra:ne ambularent in plateis nostris.idest inimici nostri prohibuerunt nos ne ambularem? in plateis nostris Vide etiam de hoc supra in dictione.צָדָה Sada.inde צַיִד sa

Capere

צַיִד id.siue צֵיד Sed.idest venatio.Geñ.10.Et erat robustus venator coram domino.pro quo hebrei legunt.Ipse erat robustus venatione coram domino.& in eo.25.Eo quod venatione illius vesceretur.Et in eo.27.Affer mihi de venatione tua.& inde מְצוֹד Mesud.siue מְצָדָה Mesuda . idest rete: vel laqueus:aut hamus:siue sagena. Iob.19. Et flagellis suis me cinxerit.pro quo hebrei legunt.Et reti suo me cinxerit.Eccl's.9.Sed sicut pisces capiuntur hamo. Ezech. 12.Et capietur in sagena mea.Et in eo.Neq; erunt vltra in manibus vestris ad predandum . Pro quo hebrei legunt. Neq; erunt vltra in manibus vestris in rete siue in sagenã. Et in plu. מְצוֹדִים Mesudim.siue מְצָדוֹת Mesadoth.Eccls. 7.Que laqueus venatorum est & sagena cor eius . quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet laquei.Ezech.17.miserũt q; eũ in carcerẽ.Vbi ponitur pro carcere.Significat etiam arcem seu fortaliciũ.De quo vide supra in dictione מְצַד Mesad.Et inde צָדִים Sadim.idest venatores.Hiere.8.Mittam eis multos venatores.Significat etiam hostes vel insidiatores.Hiere.2.vt habeatis eos hostes.Item צֵיד Sed.siue צַיִד Saíd.aut צֵידָה Seda.idest viaticum seu cibaria.Ios.1.Preparate vobis cibaria.Et in eo.9.Panes quoq; quos portabãt ob viaticum.& in eodem. Susceperunt igitur de cibariis eorum Nec.13.vt in die qua vendere liceret venderẽt. p quo hebrei legunt.Venderent cibaria.ps.77. Cibaria misit eis in abundantiã.Ps.131.Viduam eius benedicens benedicã . Pro quo hebrei legunt. Cibaria seu viaticum eius benedicens benedicam.Et inde verbum הִצְטָיְדוּ histaiad. quod significat cibaria tollere vel cibaria preparare. Ios.9. Tulerunt sibi cibaria.& in eodem.En panes quando egressi sumus de domibus nostrisvt venirem? advos calidos sumpsimus.Pro quo hebrei legunt . En panis noster calidus erat quãdo pro viatico tulimus eum de domibus nostris: in die quo egressi sumus vt veniremus ad vos.

Venator venatio

מְצוֹד Rete Hamus. Sagena.

מְצוֹדִים Laquei.

Carcer

צָדִים venatores. Hostes

צֵיד

צֵידָה Cibaria. Viaticũ

הִצְטָיְדוּ Cibaria tollere.

צוָּה Precipere. צִוָּה Siua.precipere.mandare.iubere.imperare. Geñ.2.pcepitq; eis dicens.Et in eodem.44. Precepit autem ioseph dispensatori domus sue.Leuit.6. Precipe aaron & filiis eius.Et in eo.10.Sicut preceptum est mihi. Et in eodẽ. 25. Dabo benedictionem meam vobis. Pro quo hebrei legunt.Et mandabo benedictionem meam vobis. Deut.4. Sicut mandauit mihi dominus.Et in eodem.26. Feci omnia sicut precepisti mihi.Et in eodem.28. Emittet dominus benedictionẽ in cellaria tua. Pro quo hebrei legũt. Mandabit dominus benedictionem.& in eodem.33.legem precepit nobis Moyses.2. Reg.14. Ego iubebo pro te. Esa.5. Et nubibus mandabo ne pluant super eam . Et in eodem . 13.Ego mandaui sanctificatis meis.& in eodem.23. Dominus mandauit aduersus chanaan. Et in eodem.28. Mãda: remanda:specta:reexpecta.Esa.45.Super filios meos& super opus manuum mearum mandatis mihi. Et inde מִצְוָה Misua.idest preceptum:seu mandatum. Deut.5. Vt loquar tibi omnia mandata mea & cerimonias . Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet omne mandatum.& in eodem. 30.Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie:non supra te est. Nec.11. Preceptum quippe regis super eos erat. Ps.18.Preceptum domini lucidũ.& in plu. מִצְוֹת misuoth . Deut.4.Custodi precepta eius atq; mandata . Prouer . 7. Serua mandata mea & viues.

Precipere. Mandare Iubere

מִצְוָה mandatũ Preceptũ מִצְוֹת mandata

צָוַח Clamare צָוָחָה Clamor vlulatus צוּל Sauach .Clamare . vociferari . Esa. 44.De vertice montium clamabunt.Et inde צְוָחָה Seuacha. idest clamor.vociferatio.vlulatus.Esa.24. Clamor erit super vinũ in plateis . Hiere . 14. Et clamor ierusalem ascendit.& in eodem.46.Et vlulatus tuus repleuit terram. Sul. profundũ.s.aquarũ & scribitur cum he in fine ad

צוֹלָה profundū. denotandum genus femininum & dicitur צוֹלָה Sula.i.profundum.Esa.44.Qui dico profundo desolare.& cōmuniter scribitur cum mē in principio & dicitur מְצוֹלָה Mesula ps.68.Infixus sum in limo ꝑfundi.& in eodem.Ne absorbeat me profundum.Ione.2.Et proiecisti me in profundo in corde maris.Et in plurali מְצוֹלֹת Mesuloth.Exo.15.Descenderunt in profundum sicut lapis.Quod in hebreo legitur pluraliter.s.in profunda.ps.67.Conuertam in profundū maris.ps.87.In tenebrosis & in vmbra mortis.Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit.In tenebris & in profundis

מְצוֹלָה profundus

מְצוֹלֹת profunda

צוּם Sum.ieiunare.1.Reg.31.Et ieiunauerunt septem diebus.2.Reg.12.Et ieiunauit dauid ieiunio.Ester.4.Et orate pro me.pro quo hebrei legunt. Et ieiunate pro me. & in eodem. Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Esa.58.Quare ieiunauimus & non aspexisti. & in eodem. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis.Zach.7. Nunquid ieiunium ieiunastis mihi.Et inde צוֹם Som.i.ieiunium.3. Reg.21. Predicauerunt ieiunium.Ps.34. Humiliaui in ieiunio animā meam. Esa.58. In die ieiunii vestri inuenitur volūtas vestra.Et in plurali צוֹמוֹת Somoth.Ester.9.Susceperunt a se & a semine suo ieiunia atq; clamores

צוּם Jeiunare

צוֹם Jeiunij.

צוֹמוֹת Jeiunia

צֹאן Son.ouis.pecus.grex.s.pecorum.& declinatur tantum singulariter:& caret numero plurali :& ponitur aliquādo singulare ꝑ plurali. ps.8. Oues & boues.& scribitur ibi sine vau & cum he in fine & dicitur צֹנָה Sone.in aliis vero locis scribitur cum aleph in medio loco vau & dicitur צֹאן Son.Gen.4.Fuit autem abel pastor ouiū.& in eodem.29. Date ante potum ouibus.& in eodem.30. Qui pascebat reliquos greges ei?.i.reliquas oues.& in eodem. Oues intuerentur virgas.& in eodem.31. Et vide vniuersos masculos ascendētes sup femīas.i.sup oues.Exo.21.& quattuor oues ꝑ vna oue. Leuit.1. De bobus & de ouib? offerēs victimas Et in eodē.Quod si de pecoribus oblatio est.1. Reg.8.Greges quoq; vestros addecimabit.2.Reg.12. Diues habebat oues & boues. Prouer.27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui.Canti.1. Abi post vestigia gregis. Esa.7. Nutriet homo vaccam boum & duas oues. Pōitur etiam pro arietibus.3.Reg.4.Et centum arietes.

צֹנָה צֹאן Oues

Greges

Pecus

Arietes

צוּף Suph.natare.enatare.inundare. Deut.11.Quomodo operuerint eos aque maris rubri.ꝑ quo hebrei legūt. Quomodo natare siue inundare fecit dñs aquas maris rubri super faciem eorum.4.Reg.6.Natauitq; ferrū. Threñ. 3.Inundauerunt aque super caput meum.Et inde צָפַת Saphath.i.inūdatio.Ezech.32. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui.pro quo hebrei legunt.Inundatione sanguinis tui. Itē צוף Suph.i.fauus.s.mellis.Prouer.16. Fauus mellis verba composita.Et in plurali צוּפִים Supim.ps.18.Et dulciora super mel & fauum.Pro quo hebrei legunt.Et dulciora super mel & fauum fauorum.i.fauum dulcissimum.Pro quo beatus biero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Fauum redundantem.

צוּף Natare

Inundare.

צָפַת Inundatio.

צוּף Fauus.

צוּפִים Faui

צוק Suc.Angustiare.coartare.tribulare.fundere.Deut.28 In angustia &vastitate:qua opprimet te hostis tuus.ꝑ quo hebrei legunt. In obsidione & angustia qua angustiabit te hostis tuus. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.Iob.32.Coarctat me spiritus vteri mei.& supra in eodē.28. Et lapis solutus calore in es vertitur.i.angustiat? vel coarctatus in fornace. Esa.29.Et circundabo ariel. Pro quo hebrei legunt. Et angustiabo ariel. Et in eodem.51.A facie furoris eius qui te tribulat. & in eodem. Vbi nunc est furor tribulantis.Et inde צוֹק Soc.i.angustia.Dañ.9.Et rursum edificabitur platea & murus in angustia tēporū. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur צוֹקָה Suca.Esa.30. In terra tribulationis & angustie. Et aliquando scribitur cum vau & nū in secunda syllaba & dicitur צָקוֹן Sacun. Esa.26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Et aliquando scribitur cum mē in principio & dicitur מָצוֹק Masoc.Deut. 28.In angustia & vastitate.1. Reg.22. Et cōuenerunt ad eū omnes qui erant in angustia constituti. & quandoq; scribitur cum vau in prima syllaba & dicitur מוֹצָק Musac.Esa. 8.Et nō poterit auolare de angustia sua.Ponitur etiam pro fundamento.Iob.36. Et non habente fundamētum subter se.Ponitur etiam pro prominenti.1. Reg.14. Vnus scopulus ꝑminens ab aquilone.Et in plurali מְצוּקִים Mesuchim. Pro quo beat? hieronymus trāstulit cardines.1.Reg.2.Domini enim sunt cardines terre.Significat etiam predicta dictio fundere vel effundere.Ios.7.Proieceruntq; ea ante dominū.i.fuderūt ea.Iob.29.& petra fūdebat mihi riuos olei

צוֹקָה angustia.

צָקוֹן tribulatio.

מָצוֹק angustia.

מוֹצָק angustia. Fūdamētū

מְצוּקִים Cardines.

Fundere

צור Sur.obsidere. oppugnare. angustiare. tribulare.ligare. vel includere. munire seu munitionem facere.formare seu figurare.aut fingere. Deut.2.Non pugnes contra moabitas. Pro quo hebrei legunt. Non obsideas vel non angusties moabitas.& in eodem.Caue ne pugnes contra eos. Et in eodem.20.Sin autem fedus inire noluerit:& ceperit cōtra te bellum:oppugnabis eam.i.obsidebis eam.Et in eodem. Quando obsederis ciuitatē multo tempore. & in eo. 28. Et obsideris intra portas tuas. Iudi. 9.Et oppugnāt aduersum te ciuitatem.1.Reg.23. Et obsideret Dauid & viros eius.Esa.1. Sicut ciuitas que vastatur.Pro quo hebrei legūt. Sicut ciuitas obsessa.Et in eodem.21.Ascende clam obside mede.& in eodem.29.Et facīā contra te aggerem.Pro quo hebrei legūt.Et obsidebo sup te statiōe seu aggere.Ezech. 7.Qui relictus fuerit & obsessus fame morietur. Dañ.1.Et obsedit eam.significat etiam angustiare vel tribulare.Gen. 32.Timuit iacob valde: & perterritus diuisit populum.pro quo hebrei legunt. Et timuit iacob valde:& angustiatus est siue tribulatus est. Exo.23. Et affligam affligentes te.i.tribulabo tribulantes te.Iudi.2.& vehementer afflicti sunt.i. tribulati sunt.2.Paralipo.28.Qui afflixit eum:& nullo resistente vastauit. Pro quo hebrei legunt. Qui angustiauit siue tribulauit eum.& in eodem.33.Qui postq; coangustiat? est orauit dominū deum suum.Nee.9.Et dedisti eos in manu hostiū suorum:& afflixerūt eos.i.tribulauerunt eos.ps. 12.Qui tribulant me exultabunt si motus fuero.ps.30.Miserere mei domine quoniam tribulor.ps.118.Multi sūt qui persecuntur me & tribulant me. Esa.28. Et pallium breue vtrumq; operire non potest.i.angustum est. & in eodem. 63.In omni tribulatione eorum non est tribulatus. Hiere. 10.Et tribulabo eos:ita vt inueniantur.& in eodem.48.Sicut cor mulieris parturientis.Pro quo hebrei legunt.Sicut cor mulieris angustiate vel tribulate.Soph.1. Et tribulabo homines.& inde צַר Sar.i.angustia vel tribulatio:aut angustians vel tribulans.1.Reg.28. Coarctor nimis. Pro quo hebrei legunt. Angustia mihi valde.3. Reg.22. Et sustentate eum pane tribulationis.ps.4. In tribulatione dilatasti mihi.ps.118. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Esa.5.Et ecce tenebre tribulationis & lux obtenebrata est in caligine eius.& in eodem.26. In angustia requisierunt te. Ponitur etiam pro angusto.4. Reg.6. Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis.Esa.49.Angustus est mihi locus. Ponitur etiam pro hoste vel inimico aut emulo.1. Reg.2.Et videbis emulum in templo. Ester.7. Nūc autem hostis noster est. & in eodem. Hostis & inimicus noster est amā.Iob.16.Hostis meus terribilib? oculis intuitus est me. Esa.59. Cum venerit quasi fluuius violentus. Threñ.2.

צוּר Pugnare. Obsidere

צַר angustia. tribulatio.

צָרַר Angustiare afflīgere.

צָרַר angustus

צָרַר Emulus. hostis.

צָרַר violentus

צָרִים Tribulantes. Hostes. Tetendit arcum suum quasi inimicus. Et in plurali צָרִים Sarim. ps. 26. Ne tradideris me in aias tribulātiū me. Esa. 9. Eleuabit dñs hostes rasin sup eum. & in eo. 26. Et ignis hostes tuos deuoret. scribitur etiā cū duplici res & dī צָרֵר Sorer. Ester. 9. Extra decē filiorū Amā agagites hostis iu-

צָרֵר Hostis. deorū. & ī plurali צָרְרִים Sorerim. Nu. 25. Quia ipsi hosti-

צָרְרִים Hostes. liter egerunt cōtra vos. Pro quo he. le. Quia ipsi hostes fue-

צָרָה Angustia. tribulatio. runt vobis. Esa. 11. Et hostes iuda peribūt. Vide etiā de hoc infra in dictiōe צָרַר Sarar. Et inde צָרָה Sara. i. angustia: vel tribulatio. Iob. 27. Cū venerit super eū angustia. ps. 9. De-

Angustiū spicis in opportunitatib⁹ in tribulatione. Hiere. 4. Vocem enim quasi parturiētis audiui: angustiā vt puerpere. Zach. 8. Neq; exeunti erat pax pre tribulatione. & in eo. 10. Et trā sibunt in maris freto. Pro quo he. le. Et transibit in mari an-

Emula. gustia vel tribulatione. Pōt etiā legi sic. Et transibit in mari angusto. Quod est idē sensus cū littera nra. Hiere. 6. Tribu-

צָרוֹת Tribulationes. angustie. latio apprehendit me. Ponitur etiā pro emula vel inimica 1. Reg. 1. Affligebat quoq; eā emula eius. Et in plurali צָרוֹת Saroth. Iob. 6. In sex tribulationibus liberabit te. Esa. 65. Qm̄ obliuioni tradite sunt angustie priores. Et inde

קָלַס Calas.deridere.irridere.illudere.triūphare.4. Reg. 2. Et illudebant ei dicentes:aſcende calue. Ezech.16. Nec facta es quaſi meretrix:faſtidio augēs preciū. Pro quo hebrei legūt. Nec facta es ſicut meretrix: vt irrideres preciū ſeu donum.i.vilipēderes illud precium quod antea tibi dabatur & augeres illud:vel ſic vt irrideres preciū.i.datorem precii vel muneris.& in eodē.22. Triūphabūt de te. Poteſt etiam legi.illudent te:ſiue irridebunt te. Abach.1. Et ipe de regibus triumphabit. Sed etiam in predicto loco aliqui hebrei legunt. Et ipe in reges illudet ſiue irridebit. & ſic eſt in traſlatioue chaldaica.ſ.illudet.vnde ſequitur. Et tyrāni ridiculi eius erūt. Et inde קְלֵס Céles.i.deriſus : ſiue illuſio.ps. 44. Subſānationem & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro. Hiere.20. Et factus eſt mihi ſermo dñi in opprobrium & deriſum tota die. Et aliquando ſcribitur cum he in fine & dicitur קַלָּסָה Calaſa. Ezech.22. Propterea dedit te opprobrium gentibus & irriſionem vniuerſis terris.

Irridere. vilipēdere

Triūphar.

קְלֵס Deriſus

קַלָּסָה Irriſio.

קָלַע Fūda lapides iacere.

קָלַע Calaa.fundibulare.i.funda lapides iacere: ſeu fūdam rotare. Iudi.20. Et ſic fundis lapides ad certū iacientes.1.Reg.17. Tulitq; lapidem & funda iecit. Et in eodem. 25. Porro inimicorū tuorū anima rotabitur quaſi impetu & circulo funde. Hiere.10. Ecce ego lōge proiiciam habitatores terre. Pro quo hebrei legūt. Ecce ego fundibulabo habitatores terre.i.proiiciam eos ſicut lapis funda proiicitur. Et inde קַלַּע Calaa.i.funda.1.Reg.17. Et fundam manu tulit. Et in plurali קַלָּעִים Calaim.& ponitur p fundibulariis.4. Reg.3. Et circundata eſt ciuitas a fundibulariis. Ponitur etiam pro cortinis vel tentoriis.Exo.27. In cuius auſtrali plaga contra meridiē erunt tentoria de byſſo retorta. & in eodem. Et in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum. Significat etiam tornaturas & ſculpturas vel picturas factas in ſimilitudinem funde.vt.3.Reg. 6. Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit variis celaturis & torno.& in eodem. Et ſculpſit in eis picturam cherubin. Et in eo. & cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur habens tornaturas.

Rotare fūda.

Proiicere

Fūdibular

קַלַּע Funda.

קַלָּעִים fūdibulariī

Tentoria

Celature

Tornature

קִלְקַל Cilcal.diſſipare. ſeu cōturbare. De quo vide ſupra in dictione קָלַל Calal.

קִלְקַל

קִלְשׁוֹן Tridens.

קִלְשׁוֹן Cilſon.tridens.ideſt inſtrumentum ferreum tres dētes ferreos habens.1.Regum.13. Acies vomerum & ligonum & tridentū . Et iūgitur cum dictione שָׁלֹשׁ Salos que ſignificat tres: vt in predicto loco.

קֶמַח Farina.

קֶמַח Cémach.farina. Nu.5. Decimā ptē ſati farine hordeacee.1.Reg.28. Tollenſq; farinam miſcuit. Eſa.47. & mole farinam.i.mole triticum vt fiat farina. Oſee.8. Non faciet farinam.

קָמַט Rugare

קָמַט Camat.Rugare.ideſt rugam facere:ſeu rugam habere. Iob.16. Ruge mee teſtimonium dicunt contra me Pro quo hebrei legunt. Et rugaſti me:in teſtimoniū fuit.i. ruge quas mihi intuliſti ſunt in teſtimonium afflictionis & doloris mei. Et in eodem. 22. Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum. Pro quo hebrei legunt. Qui rugati ſunt ante tēpus . Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. Qui ſucciſi ſunt ante tempus.ſcilicet ſuum.

Succidere

קָמַל Marceſcere

obſurdeſcē Succidere

קָמַל Camal.ſuccindere. excidere,marceſcere.obſurdeſcere. Eſa.19. Calamus & iuncus marceſcent. Pro quo hebrei legunt. Succiſi ſiue exciſi ſunt. Et in eodem.30. Confuſus eſt libanus & obſurduit. Et etiā in predicto loco hebrei legunt. ſucciſus ſiue exciſus eſt.

קֶמֶץ Pugillus tollere.

קֶמֶץ Camas.pugillū implere. aut plenū pugillum tollere. ſeu pugillo menſurare. & ſi latine poſſet dici pugillare. Leuit.2. Quorū vn? tollet pugillum plenum ſimile. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. ac ſi diceret. & pugillabit inde plenū pugillum ſuum. Nu.5. Vt prius pugillum ſacrificii tollat.

קִמּשׂ Ortica.

קִמּשׂ Cimos.vrtica. Eſa.34. Orientur in domibus eiꝰ ſpine & vrtice. Quod in hebreo legitur ſinguläriter . ſ. ſpina & vrtica. Et in plurali קִמְשֹׂנִים Cimeſonim. Prouer. 24. Et ecce totum repleuerant vrtice.

קִמְשֹׂנִים vrtice.

קָנַן Nidificare

קָנַן Canan.nidificare. nidum facere. ps.103. Quoniā ibi paſſeres nidificabūt. Eſa.34. Ibi habuit foueā hericius Pro quo hebrei legūt. Ibi nidificauit hericius . Hiere.48. Quaſi colūba nidificans in ſummo ore foraminis. Ezech. 22. Nidificans in cedris:& in eodē.31. Et in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia celi.& inde קֵן Can ſiue קֶן Cen. i.nidus. Deut. 22. Si ambulans per viam in arbore vel in terra nidum auis inueneris. Et in eodem.32. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos ſuos. Pro quo hebrei legunt Sicut aquila expergefacit ſiue prouocat nidum ſuum. ſ. ad volādum. Iob.29. In nidulo meo moriar. ps.85. Et turtur nidum. Et in abdia. Et ſi inter ſidera poſueris nidum tuum Et in plurali קִנִּים Cinim.& ponitur pro māſiunculis factis ad ſimilitudinem nidorum . Geñ.6. Manſiunculas in arca facies.

Nidū facer

קֵן Nidus.

קִנִּים māſiūcule.

קָנָא Inuidere.

קָנָא Cana.inuidere.emulari. zelare.prouocare. Geñ.26. Ob hoc inuidentes ei paleſtini. & in eodem.30. Inuidit ſorori ſue. & in eodem.37. Inuidebant igitur ei fratres ſui. Nu.5. Si ſpiritus zelotypie concitauerit virum contra vxorem ſuam. pro quo hebrei legunt. Et tranſiuit ſuper eū ſpiritus zelotypie vel emulationis: & zelauerit vxorē ſuā. & in eodem. Quid emularis pro me. & in eodem.25. Quia zelatus eſt pro deo ſuo.2.Regum.11. Et voluit ſaul percutere eos:zelo quaſi pro filiis iſrael. Significat etiam prouocare.i.emulari vel inuidere facere. Deut.32. Prouocauerunt eum in diis alienis. & in eo. Ipſi prouocauerunt me in eo q nō erat deus : & ego ꝓuocabo eos in eo qui nō eſt populus. Et inde קַנָּא Cana.ideſt zelator ſiue zelotes vel emulator. Exo.34. Dominus zelotes nomē eius. Deut.4. Deus emulator. Et inde קִנְאָה Cinaa.ideſt zelus ſeu emulatio. 4. Reg. 19. Zelus domini exercituū faciet hoc. ps.68. Zelus domus tue comedit me. Ezech.8 . Idolum zeli ad prouocandam emulationem. Et i plurali קִנְאוֹת Cenaoth. Nu.5. Quia ſacrificium zelotypie eſt. Quod in hebreo legitur in plurali. ſcilicet zelotypiarum vel emulationum.

ꝓuocare

קַנָּא Zelotes. Emulator

קִנְאָה Zelus.

קִנְאוֹת Zelotypie

קָנָה Emere.

קָנָה Cana.emere.poſſidere.acqrere.creare. Geñ.33. Emit ꝑ partem agri. & in eodem.49. Quem emit abrahā ab Ephron etheo. Exo.21. Si emeris ſeruū hebreū . Hiere. 32. Agri ementur pecunia. Significat etiam poſſidere. vel acquirere. Geñ.4. Poſſedi hominem per deum . Deut.32. Nunquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te. ps.73. Quā poſſediſti ab initio . ps.138 . Quoniam tu poſſediſti renes meos. Prouer.4. In omni poſſeſſione tua acquire prudentiam. Hiere.32. Et poſſidebuntur agri. Zach.13. Quoniam adam exemplum meū fuit ab adoleſcētia mea. Pro quo hebrei legunt . Quoniam adam . ideſt homo acquirere ſiue poſſidere me fecit ab adoleſcentia mea. vel ſic. Quoniā adā alere me fecit pecora. ideſt docuit me poſſidere vel acquirere terram & pecora & alia. Significat etiam creare. Geñ.14 benedictus Abraam deo excelſo qui creauit celum & terrā Et inde מִקְנֶה Micne.i.emptio ſiue poſſeſſio vel acquiſitio tam rerum mobilium quam immobilium . Geñ. 13 , Erat autem diues valde in poſſeſſione auri & argenti. & in eodē. 17. Tam vernaculus ꝑ emptitius. pro quo hebrei legunt. Natus domi & emptio argenti.i.emptus pecunia. Et in eodem. Et vniuerſos quos emerat. pro quo hebrei legunt. Et omnem emptionem argenti ſui.i.omnes quos emerat ar-

Emere.

Poſſidere

Acquire

Creare.

מִקְנֶה Poſſeſſio.

gento. Et in eodem. 23. Abrae in possessionem videntibus filiis heth. Et in eodem. 26. Habuitq; possessionem ouiū & armentorum. & in eodem. 49. Ibi & lia condita iacet. & sequitur in hebreo. possessio seu emptio agri & spelunce que in eo est a filiis heth. Leuit. 25. Tāto minoris & emptio cō stabit. Esa. 30. Pascetur in die illa in possessione tua agnus spacioſe. Ponitur etiam pro possessione pecorum & armētorū. Geñ. 46. Adducite pecora vestra. Exo. 17. Vt occidere & liberos nostros ac iumēta siti. Nu. 20. Et si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra. Et in eodem. 25. Filii autē Ruben & gad habebant pecora multa. Eccls. 2. Armenta quoq; & magnos ouium greges. Et inde קִנְיָן Cinian. idest emptio. possessio. vel substantia. Geñ. 34. Substātia eorum & pecora & cuncta que possident nostra erunt. Leuit. 22. Quem autem sacerdos: emerit. pro quo hebrei legunt. Et sacerdos si emerit animā: emptionem vel possessionē argēti sui. Ezech. 38. Qui possidere cepit: & esse habitator vmbilici terre. Pro quo hebrei legunt. Faciens. i. acquirens possessionem vel substantiam in vmbilico terre. Et in eodem. Vt auferas supellectilem atq; substantiam. Item קָנֶה Cane. idest arūdo vel calamus. 3. Reg. 14. Sicut moueri solet arūdo. ps. 67. Increpa ferā arundinis. Esa. 19. Calamus & iuncus marcescent. Ezech. 40. Calamus mensure in manu ei⁹ Accipitur etiam pro calamo aureo. Exo. 25. Hastile eius & calamus. & in plurali קָנִים Canim: siue קָנוֹת Canoth. Exo. 25. Sex calami egredientur de lateribus. & in eodem. Hoc erit opus sex calamorum. Accipitur etiam pro osse brachii: eo quod est ad similitudinem calami. Iob. 31. Et brachium meum cum suis ossibus confringatur. Accipitur etiam pro calamo aromatico. Exo. 3. Calami similiter ducētos quinquaginta siclos. Canti. 4. Fistula & cinamomum. vbi ponitur pro fistula. i. pro calamo aromatico. Esa. 43. Non emisti mihi calamum argento. Hiere. 6. Et calamum suaue olentē de terra loginqua. Ponitur etiam pro statera. eo quod habet duo brachia hinc & hinc. Esa 46. Et argentum statera ponderatis.

Emptio

Pecora. Jumēta

Armenta. קִנְיָן Substātia.

Possessio. קָנֶה Arundo. Calam⁹

קָנִים

Calami os brachij.

Fistula.

Calamus. aromatic⁹

Statera

קִנָּמֹן Cinamon. Cinamomum. Exo. 30. Et cinamomi medium eius. Canti. 4. Fistula & cinamomum.

קִנָּמוֹן cinamomū

קָנַן Canas. finis. Iob. 18. Vsq; ad quē finē verba iactabis. De quo vide infra in dictione קָצַץ Casas.

קָנַן Finis

קָסַס Casas. Distringere: fructus vel ramos ex arbore decerpere. Ezech. 17. Et fructus eius distringet & siccabit.

קָסַס distringere

קָסַם Casam. diuinare. hariolari. seu hariolos scisciari. Deut. 18. aut qui hariolos scisscitetur. 1. Reg. 28. Diuīa mihi in phytone. Ezech. 13. Qui vident vana & diuinant mendacium. Mich. 3. Et confundētur diuini. i. diuinātes. Et inde קֶסֶם Cecem. idest diuinatio vel hariolatio. 1. Reg. 15. Quoniā peccatū hariolandi est. Prouer. 16. Diuinatio in labiis regis. Hiere. 14. Diuinationem fraudulentam & seductionem cordis sui prophetant. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מִקְסָם Micsam siue מִקְסֹם Micsom: Ezech. 12. Nec diuinatio ambigua in medio filiorum israel Et in eodem. 13. Et diuinationem mendacem locuti estis. Mich. 3. E tenebre vobis pro diuinatione. Et in plu. קְסָמִים Cesamim. Nume. 22. Habentes diuinationum precium in manibus. 4. Reg. 17. Et diuinationi inseruiebant. Pro quo hebrei legunt. Et diuinati sunt diuinationes. Ybi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

קָסַם Casam. Diuinare. Hariolos. sciscitari. Diuinare.

קֶסֶם hariolatio Diuinatio

מִקְסָם diuinatio.

קְסָמִים diuinatões

קֶסֶת Céseth. atramentarium. Ezech. 9. Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

קֶסֶת atramētarium

קָעַע Caa. Ammouere. dimouere. dissoluere. recedere. Et scribitur cum simplici aim. Geñ. 32. Tetigit neruum femoris iacob. Pro quo hebrei legunt. Et āmouit seu dislocauit coxā femoris Iacob. Ezech. 23. Et recessit anima mea ab ea: sicut recesserat anima mea a sorore eius. Vide etiā de hoc supra in dictione יָקַע Iacaa. & inde קוֹעַ Coa. pro quo beatus hieronymus transtulit principē. Vt in eo. & nobiles & tyrannos & principes. & aliqui hebrei dicunt quod ē nomen proprium nationis vel regionis.

amouere. Recedere

קוֹעַ Princeps

קָעַקַע Caacaa. Stigma. siue stigmatizatio. Leuit. 19. nec figuras aliquas aut stigmata facietis vobis.

קָעַקַע Stigma.

קְעָרָה Ceara: scutela. Beatus hieronymus transtulit acepta bulū. & scribitur cum he vel thau in fine. Nu. 7. Aceptabulum argēteum appendens centum triginta siclos. Et in plurali קְעָרוֹת Cearoth. Exo. 25. Aceptabula & phialas & scyphos.

קְעָרָה aceptabl⁹.

קְעָרוֹת aceptabl⁹.

קָפָא Capa. coagulare vel congelare. congregare. defigere Iob. 10. & sicut caseū me coagulasti. Ponitur etiā pro congregare vel defigere: Exo. 15. Congregati sunt abyssi in medio maris. 1. Congelati. Soph. 1. Viros defixos in feci bus suis. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Viros coagulatos vel congelatos in fecibus suis. Et inde קִפָּאוֹן Cipaon. Pro quo beatus Hieronymus transtulit niuem: que est aqua congelata. Zach. 14. Nō erit lux sed frigus & nix.

קָפָא Coagulare Cōgregaſ. Defigere

קִפָּאוֹן Nix.

קָפַד Capad. scindere. precidere. Esa. 38. Precisa est velut a texente vita mea. & inde קְפָדָה Cephada. i. scissio vel precisio. Pro quo beatus hieronymus transtulit angustiā. Ezech. 7. Augustia superueniente requirent pacem. Item קִפּוֹד Cipod. idest hericiꝰ. Esa. 14. Et ponam eam in possessionem hericii. Et in eo. 34. Onocrotalus hericius & ibis Soph. 2. Onocrotalus & hericius.

קָפַד Precidere

קְפָדָה angustia

קִפּוֹד Hericius

קִפּוֹז Cipoz. hericius: sicut dictio precedens. Esa. 34. Ibi. bauit foueam hericius.

קִפּוֹז Hericius

קָפַץ Capas. cōtinere. claudere. contrahere. trāsilire. Deut. 15. Non cōtrahas manum tuam: sed aperias eam pauperi. Iob. 5. Iniquitas autē contrahet os suum. ps. 76. Aut continebit in ira sua misericordias suas. Esa. 52. Super ipm continebunt reges os suum. Significat etiā transilire. Cāti. 2. Transiliens colles. Item ponitur pro auferre. Iob. 24. Et humiliabuntur sicut omnia & auferentur.

קָפַץ Cōtrahere Cōtinere

קֵץ Ces. finis. terminus. extremum. De quo vide in dictione sequenti.

קֵץ Finis.

קָצַץ Casas. scindere. abscindere. secare. amputare. Exo. 29. Et extenuauit in fila. Pro quo hebrei legunt. Et scidit vel secauit fila. Deut. 25. Abscides manum illius. Iudi. 1. scisis summitatibus manuū eius ac pedum. Et in eodem. Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum sūmitatibus. z. Reg. 4. Precidentes manus ac pedes eorum. ps. 128 Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Ponitur etiam pro tondere vel attondere. Hiere. 9. Et super omnes qui attonsi sunt in coma. & inde קֵץ Ces. idest finis. terminus: aut extremū. Geñ. 6. Finis vniuerse carnis venit corā me. Et in eodem. 40. Post duos annos vidit pharao somnium. i. in fine duorum annorum. Deut. 15. In septimo anno facies remissionem. pro quo hebrei legūt. In fine vel a termino septem annorum facies remissionem. i. in anno finali vel extremo septem annorum facies remissionē. Hiere. 44. Cum completi fuerint septem āni dimittat vnusquisq; fratrem suum. idest in fine septem annorum. Ezech. 7. Venit finis. Vide etiam de hoc infra in dictione קָצָה casa.

קָצַץ Scindere. amputare.

קֵץ Finis.

קָצַב Casab. Prescindere. abscindere. 4. Reg. 6. Prescidit ergo lignū & misit illuc. Et inde קְצֶב Céseb. i. prescissio seu sculptura. 3. Reg. 6. In mensura pari & opus vnum erat duobus cherubim. pro quo hebrei legunt. Mensura vna & prescissio vna erat duobus cherubim. idest sculptura una. &

קָצַב Prescindeſ.

קְצֶב Precisio

sculptura קְצָבִים Extrema. קְצָבוֹת Tonse

in eo.7.& mensura sculpturaq̄ cōsimili. & in plu. קְצָבִים Cesabim.& pōitur pro extremis.Ione.2.Ad extrema mō= tium descendi. & in plurali femínino קְצָבוֹת Cesuboth. ꝑ quo beatus hieronymus transtulit tonsas. ídest prescissas Canti.4.Sicut grex tonsarum.

קָצָה Concidere מְקַצֶּה־אֵן Claudus קָצֶה

קָצָה Casa.abscindere.concidere.radere.tedere.seu nause= am habere.Abach.z.Cōcidisti populos multos.& in de מְקַצֶּה Mecase.i.abscissus vel truncatus.s. pedes.pro quo beatus hiero.transtulit claudū.Prouer.26.Claudus pedíb? & iniquitatem bibens.& inde קָצֶה cese siue קָצֶה case. i.fi= nis aut summitas:siue terminus:vel extremitas.Exo.25. Cherub vnus sit in latere vno:& alter in altero.pro quo he brei legunt·Et facies cherub vnum ab extremitate hinc:& cherub vnū ab extremitate inde.& in eo.26.Qui mitten= tur per medias tabulas a summo vsq̄ ad summū.i.ab extre mitate in extremitatem. Et in eo.ansulas hyacinthinas in lateribus & sūmitatibus facies.pro quo he.le.& facies ansu las hyacinthinas in ora cortine vnius.ídest in extremitate Nu.20.Que est in extremis finibus tuis posita.ps.18.a sū mo celo egressio eius.Esa.2.& non est finis thesaurorum eius.Et in eo.& innumerabiles quadrige eius.pro quo he. le.Et non est finis quadrigarum eius. Scribitur ēt cū mem in principio.Gen.45. Extremos quoq̄ fratrum suorum quinq̄ viros constituit coram rege. Dan.1. & postea starēt in conspectu regis.i.in fine trium annorū.& in plu. קְצָוֹת Cesauoth·siue קְצוֹת cesoth.Exo.27.Per quattuor angulos erunt quattuor annuli.i.per quattuor extremitates eius Et ī eo.28.In vtroq̄ latere sūmitatum.& in eo.Iunges annulis que sunt in marginibus eius.ídest in extremitatibus eius. Et in eo.Et ipsarum cathenarum extremitates duobus copula bis vncinis.3.Reg.6.A sūmitate ale vsq̄ ad ale alterius sū= mitatem.Ps.74.Et timebunt qui habitant terminos a si= gnis tuis.reperitur ēt קְצִים cisim siue קִנְצִים cinsim:secun dum terminationem pluralem masculinorū.vt in eo. psal= mo.vbi dī spes oīm finiū terre.Ezech.33.Et tulerit popul? terre virū vnū de nouissimis suis.Et aliqñ scribitur cū lra nun in medio.vt Iob.18.Vsq̄ ad quē finē verba iactabis.vi de ēt de hoc supra in dictione קֵץ cos:& in dictione קָצַץ ca sas.Signat ēt predicta dictio קָצָה casa:radere: vel decorti= care.Leuit.14.Et spargi puluerem rasure extra vrbem.& in eo.Postq̄ eruti sunt lapides & puluis elatus.i. rasus vel deorticatus.Item significat tedere vel nauseam habere.Nu me.21.& anima nra nauseat super cibo isto leuissimo.4. Reg.10.In diebus illis cepit dominus tedere super israel.

Extremitas Summū Summitas Extremū. Finis. קְצָוֹת Sūmitates margines. Extrema. Termini. קְצִים Fines nouissimi קָצָה Radere Nauseare. Tedere קֵצָה Bit

קֵצָה Cesach.genus frumenti vel leguminis. pro quo bea= tus hieronymus transtulit.git.Esa.28.Seret git: & cy minum sparget.Et in eo. Non enim in serris triturabitur git. & in eo.Sed in virga excutietur git.

קָצִין Princeps קְצִינִים principes

קָצִין Casin.Princeps.seu dux. Iudi.11. Veni & esto prīceps nostri.Esa.3.Princeps esto nri.& in eo. Nolite consti= tuere me principē populi.& in plu.קְצִינִים cesinim.Esa.1. Audite verbum domini principes sodomorum.& in eodē zz.Cuncti principes tui fugerunt.

קָצַע Abradere מְקֻצָּע Angulus. מְקֻצָּעוֹת anguli

קָצַע Casaa.radere.abradere.vel decorticare.Leuit.14.do mū aūt ipsam abradet intrinsecus per circuitū. & īde מְקֻצָּע misóa.i.angul?.z.Paralip.z6.Sup portā anguli. Hie re.3.ab angulo vsq̄ ad portā domus. Ezech.46.Et ecce at riolum erat in angulo atrii.& in plu.מְקֻצָּעוֹת micseoth.siue מְקֻצָּעִים micsaim.aut קְצָעוֹת cesaoth.Exo.z6. Et rursus ali as duas que in angulis erigantur.Et in eo. Duabus quoq̄ tabulis que in angulis ponende sunt.Ezech.41. Et anguli eius & longitudo eius.Et in eo.46. Per quatuor angulos atrii.Et in eo.In quattuor angulis atriola dispositi Et ī eo.

Mensure vnius q̄ttuor erant. i. quattuor anguli.Itē קְצִיעָה Cesia.i.casia. & reperitur tm̄ in plu.i.קְצִיעוֹת cesioth. Ps. 44.Myrrha & gutta & casia a vestimētis tuis.est ēt קְצִיעָה cesia nomen proprium femine.Iob.42. Et vocauit nomē vnius diem:& nomen secunde casia.

קְצִיעָה קְצִיעוֹת Casia

קָצַף Irasci. Indignari decorticare. קָצֶף

קָצַף casaph.Irasci.indignari.decorticare.Nu.16. Nū vno peccāte cōtra oēs ira tua deseuiet.pro quo he.le.Nun vno viro peccāte cōtra oēm cetū irasceris.Deut.9.Nam & in oreb prouocastis eum.ídest fecistis eū irasci. Esa.8.& cū esurierit irascetur & maledicet regi suo.& in eo.57.Pro= pter iniquitatem auaritie sue iratus sum.Et in eo.Absco= di & indignatus sū.Zach.1.Iratus est dns sup patres vros iracundia.Ioel.1.Et ficū meā decorticauit. & inde קֶצֶף cé= seph.siue קֶצֶף caseph.ídest ira:siue iracundia:aut indigna= tio:vel furor.Nu.16.Iā enim egressa est ira a dño. ps.37. Dñe ne in furore tuo arguas me.Esa.60.In indignatione enim mea percussi te.Hiere.10.ab indignatione eius com mouebitur terra.Zach.1.Iratus est dns sup patres vros ira cūdia. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.Ponitur ēt pro spuma.Osee.9.quasi spuma sup faciē aque.

Irasci Indignari decorticari. קֶצֶף Ira. Furor īdignatio. Iracūdia Spuma.

קָצַר abbreuiare. minorare

קָצַר Casar.Abbreuiare.coangustare.decurtare.metere.te dere.Nu.11.Nūquid manꝰ dñi inualida est.pro quo he.le.Nūquid manus dñi abbreuiata siue coangustata est. Ps.88.Minorasti dies tpis eius.i.abbreuiasti.ps.101. respō dit ei in via virtutis sue paucitatē dierū meorū. ꝑ quo btūs hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit.Afflixit in via fortitudi= nē meā: abbreuiauit dies meos.Prouer.10.Anni impiorū breuiabūtur.Esa.28.coangustatū est enī stratū.& in eo.50 Nūquid abbreuiata & paruula facta est manus mea.& ī eo. 59.Ecce nō est abbreuiata manus dñi.Mich.z.Nūq̄ abbre uiatus est spūs dñi.& inde קָצַר cesar.i.breuis siue angust?. Iob.14.Breui viuēs tpe.& iungitur cū dictiōe אֲפַיִם Apá= im:que signāt irā:& tūc ambe dictiões signant iracūdū vel impatiētē.i. breuē ad irā.s.qui facile irascitur. Prouer.14. Impatiēs opabitur stultitiā.& in plu.קְצָרִים cesarim siue קִצְרֵי cisre.Esa.37.Habitatores earū breuiata manu cōtre= muerūt.ꝑ quo he.le.breues manu.& in plu.fe. קְצָרוֹת ce= suroth.Ezech.42.Vbi erāt gazophylacia in supiorib? hu miliora.pro quo he.le.breuiora vel angustiora. & ide קֹצֶר cóser.i.abbreuiatio vel coangustatio:aut angustia.Exo.6. Propter angustiam spūs.Ponitur etiam pro tedere.Nu.21. & tedere cepit populū.Sed ēt in p̄dicto loco hebrei legūt. & coāgustata est anima populi. Signāt etiā metere.Leuit. 23.& mesueris segetē.Deut.24.qñ mesueris segetē ī agro tuo.Ruth.2.& dixit mesoribus dñsvobiscū.ps.128.De quo nō ipleuit manū suā qui metet.& inde קֶצֶר casir.i.messis Gen.8.Sementis & messis frigus & estas.& in eo.30.Egres sus aūt ruben tpe messis triticee.Exo.34.Die septimo cessa bis arare & metere.pro quo he.le.& die septimo cessabis:in messe & aratiōe cessabis vel requiesces.Deut.24.Qñ me sueris segetē.pro quo he.le.qñ mesueris messem.vbi ponī= tur verbum & nomen ab eo deriuatū.Ruth.1.Qñ primū hordea metebātur.pro qꝰ he.le. In principio messis hordea cee.Esa.17.& erit sicut cōgregās in messe. & in eo. Ablata est messis in die hereditatis.& in eo.18.ante messem enī to tus effloruit.Ponitur ēt pro palmite vel ramo. Iob.14.& faciet comam quasi cum prius planctatum est. ídest faciet palmitem vel ramum.& in eodem.29. & ros morabatur in messione mea.pro quo hebrei legunt. In ramo vel pal= mite meo.ps.79.extēdēs palmites suos vsq̄ ad mare.

Breuis קְצַר Breuiora. קְצָר Angustia. Tedere. Metere קָצִיר messis Seges. Loma Ramus Palmes קֹר קָרַר Frigidā fa cere

קֹר Cor.frigus.De quo vide in dictione sequenti.

קָרַר carar.frigescere.Hiere.6. Sicut frigidam facit cister= na aquam suam:sic frigidam fecerunt malitiam suā.

קוֹר Frigus

Et inde קוֹר Cor. idest frigus. Gen̄. 8. Frigus & estus. Et aliquando scribitur cum he vel thau in fine & dicitur קָרָה Cara. seu קָרָת Carath. Iob. 24. Quibus non est operimentū in frigore. Ps. 148. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Prouer. 25. Et qui ammittit palliū in die frigoris. Et inde קָר car. idest frigidus vel frigidum. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet קָרִים carim. Prouer. 25. Aque frigide anime sitienti. & inde מְקֵרָה Mecera. idest locus refrigerii vbi habitant in estate. Iudi. 3. Forsitan purgat aluū in estiuo cenaculo. Et inde קָרְקֹר Carcor. idest refrigerium Iudi. 8. Zebee aūt & salmana requiescebant. idest erant in refrigerio. hebrei tamen dicunt ꝙ est nomen proprium loci. Vnde in predicto loco ipsi legñt. Zebee autem & salmana erant in carcor.

קָרָא Appellare Vocare

קָרָא Cara. vocare. inuocare. appellare. nominare. clamare vel predicare. legere. occurrere. euenire. accidere.

Gen̄. 1. Appellauitq; lucem diem & tenebras noctem. Et ī eodem. Vocauitq; deus firmamentum celum. Et in eodē. Et vocauit deus aridam terram. Et in eodem. 2. Vt videret quid vocaret ea. Et in eodē. Appellauitq; adam nominib? suis cuncta animantia. Et in eodem. 4. Iste cepit inuocare nomen domini. 1. Regum. 9. Deinceps comedent qui vocati sunt. 3. Regum. 1. Salomonem fratrem suum non vocauit Iob. 12. Inuocauit deum: & exaudiet eum. Et in eo. 27. Et inuocare deum omni tempore. Ester. 4. Siue vir siue mulier non vocatus. Et in eodem. Que triginta iam diebus nō sum vocata ad eum. ps. 98. Inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos. Prouer. 27. Et oleum dextere sue euacuat. Pro quo hebrei legunt. Et oleum dextere sue euocat. Esa. 41. Vocans generationes ab exordio. Et in eodem. 48. & transgressorem ex vtero vocaui te. Et in eodem. Et israel quem ego voco. Et in eodem. 55. Ego dominus qui voco nomen tuum. Et in eo. 58. Et vocaberis edificator sepium. Et in eodem. 65. Ad gentem que non inuocabat nomē meum. Hiere. 23. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus nr̄. Ezech. 10. Rotas vocauit volubiles. Osee. 7. Egyptum inuocabāt. Signāt. etiam clamare. Ps. 33. Iste pauper clamauit. Ps. 90. Clamabit ad me & ego exaudiam cū. ps. 118. Clamaui in toto corde exaudi me domine. Et in eo. Clamaui ad te saluū me fac. Esa. 6. Et clamabāt alter ad alterum. Et in eodem. 40. Vox clamantis in deserto. Et in eod. 48. Clama ne cesses. Significat ēt legere. Nec. 8. Et legit in eo aperte in platea. Et in eodem. Et legerūt in libro legis dei distincte. Ester. 6. Que cū illo presente legerētur. Esa. 29. Et dabitur liber nescienti litteras: dicenturq; ei lege istum. Abach. 2. vt percurrat qui legerit in eo. Ponitur ēt ꝓ predicare vel preconizare. quod est idem quod clamare. vt Esa. 61. vt predicarem captiuis indulgentiā. Hiere. 7. & predica ibi verbū istud. Ione. 1. Et predica in ea predicationē.

Inuocare. Clamare Legere. Predicare.

קְרִיאָה Predicatio.

& inde קְרִיאָה Ceria. i. vocatio vel lectio: aut predicatio. vt in predicto loco: vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū

מִקְרָא Vocatio.

Scribitur etiā cum mem in principio & dicitur מִקְרָא Micra. i. vocatio vel appellatio. aut lectio. Leuit. 23. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusq; . pro quo hebrei legunt. In die prima erit vobis vocatio sancta siue inuocatio sancta. Et in eodem. Dies expiationis erit: & vocabitur sanctus. pro quo hebrei legunt. Vocatio vel inuocatio sancta erit vobis. & in plu. מִקְרָאִים Micraim siue מִקְרָאֵי micrae. Leuit. 23. He sunt ferie domini quas vocabitis sanctas. pro quo hebrei legunt. vocationes sancte. Esa. 4. Et creabit dominus super omnem locum montis sion & vbi inuocatū est nomen eius. Pro quo hebrei legunt. Et super omnes vocationes vel inuocationes eius. & inde קְרוֹאִים Ceruim. i. homines nominati vel vocati seu principales: vel nobilissimi populi. Nu. 1. Hi nobilissimi principes multitudinis. & in eodem. 16. Et qui tempore concilii per nomina vocabātur. Et ī eodem. 26. Isti sunt dathan & abiram principes populi. Ezech. 23. Et nominatos ascensores equorum. Ponitur etiam pro inuitatis. idest vocatis. 1. Regum. 9. Deiceps comedent qui inuitati sunt. Significat etiam predicta dictio קָרָא cara. accidere. aut occurrere. Gen̄. 42. Ne forte in itinere quicq; patiatur mali. pro quo hebrei legunt. Ne forte accidat ei periculum siue mors. Et in eo. Si quid ei aduersitatis acciderit in via. Et in eo. 49. Vt annunciem que vēnitura sunt vobis. idest que euenient vobis. Exo. 1. Et si īgruerit contra nos bellum. idest si acciderit. Deut. 30. Et occurrent vobis mala in extremo tempore. 2. Reg. 1. Casu veni in mōte gelboe. Et in eodem. 18. Accidit autem vt occurreret Absalon seruis dauid. Et in eodem. 2. Accidit autem ꝙ ibi esset vir belial. Esa. 60. Et occupauit salus muros tuos. Pro quo hebrei legunt. Et occurret siue eueniet salus. Hiere. 13. Quare venerunt mihi hec. idest acciderunt. Et in eodem. 23. Et euenerunt eis omnia mala hec. Dañ. 10. vt docerem te que ventura sunt populo tuo. idest que euenient vel accident populo tuo. vide etiam de hoc infra in dictione קָרָה Cara cum he in fine. & inde קְרוֹת Coroth. idest accidētia. vel occurrentia. Esa. 51. Duo sunt que occurrerunt tibi. & inde לִקְרַת Licrath. idest in occursum seu obuiam. Exo. 4. Ecce ipse egredietur in occursum tuum. Et in eo. 19. Cūq; eduxisset eos moyses in occursum dei de loco castrorum

Occurrere casu ventre Euenire. קְרוֹת Accidētia. לִקְרַת i occursuz.

Item קֹרֵא Core. idest perdix. 1. Reg. 26. Sicut persequitur perdix in montibus. Hiere. 17. Perdix fouit & non pepit.

קֹרֵא Perdix

קָרַב Carab. appropinquare. accedere. appropiare. applicare. offerre. bellare. Gen̄. 12. Cūq; prope esset vt ingrederetur egyptum. Et in eodem. 47. Cumq; appropinquare cerneret diem mortis eius. Exo. 3. Non appropinques inquit huc. Et in eodem. 12. Et tunc recte celebrabit. pro qđ hebrei legunt. Et tunc accedat siue appropinquet vt faciat eum. idest vt celebret eū. Et in eo. 14. Cūq; appropinquasset pharao. Et in eodem. Ita vt ad se inuicē toto noctis tpe accedere nōvalerent. Et in eo. 22. Dñs domus applicabitur ad deos. Et in eo. 29. Filios quoq; illius applicabis. i. appropinquare facies. & in eo. 32. Cumq; appropinquasset ad castra. Et in eo. 36. Et qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus. Pro quo hebrei legunt. Omnis quem eleuauit i. incitauit cor suū vt accederet ad opus ad faciendum illud Et in eodem. 40. Accedentes ad altare. Deut. 5. Tu magis accede & audi. Et in eo. 15. Appropinquat septim? annus. Ios. 5. Accedetisq; mane singuli per tribus vestras. 2. Reg. 15. Et cum accederet ad eū homo & salutaret illū. 4. Regū. 16. Vidit altare & veneratus est illud. Pro quo hebrei legūt. Et vidit rex altare: & accessit rex ad altare. ps. 26. Dum appropriant super me nocentes. Ps. 68. Intende anime mee: & libera eam. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Accede ad animam meam & redime eam. Esa. 8. Accessi ad prophetissam. Et in eodem. 41. Prope facite iudicium vestrum dicit dominus. Ezech. 36. Prope est vt veniant. Et in eo. 37. Et adiunge vnum ad alterum. idest applica. Et in eo. 42. Et sic procedent ad populum. idest accedēt. Soph. 2. Et ad deum suū nō appropinquabūt. Signāt ēt aliqñ offerre. s. qñ est verbū tertie cōiugationis transitiuū. i. appropinquare vel accedere facere. Leuit. 1. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam. Et in eo. 3. Et offerrent de hostia pacificorū oblationē dño & in eodē. 21. & panes deo suo offerunt. Nu. 18. Sed fratres tuos de tribu leui sceptro patris tui sume tecū. i. appropin-

Appropinquare Accedere applicare. Offerre a diungere

Universidad de Deusto Biblioteca

quare factecum. Ezech. 43. Et offeres vitulum de armẽto.

קָרְבָּן Et in eo. Et offeres eũ in conſpectu dñi. & inde קָרְבָּן corbã ſiue קָרְבָּן curban. i. oblatio ſeu munus quod offertur dño.

Oblatio. Leuit. 1. Si holocauſtũ fuerit eius oblatio. Et in eo. 2. Anima cum obtulerit oblationẽ dño. Nee. 10. Sortes ergo miſimus ſup oblationem lignorum. & Mathei. 15. corban. i. munus quodcũq; ex me tibi proderit. Et in eo. 27. Non licet eos mittere in corbanã. i. in oblationẽ dñi. & inde

קָרוֹב Proxim⁹ ꝓpinquus carob. i. propinquus vel proximus. Exo. 32. Et amicũ & ꝓximũ ſuũ. Leuit. 21. Niſi tm̃ in cõſanguineis & propiquis. Quod in hebreo legitur ſingl̃r. Ruth. 2. Propiquus noſter eſt homo. Ps. 14. Et opprobriũ non accepit aduerſus ꝓximos ſuos. pro quo btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trãſtulit. & opprobriũ nõ ſuſtinuit ſup propinquo ſuo. Ponitur ẽt aduerbialiter. i. prope. p̃s. 144. prope eſt dñs inuocãtibus eũ

Prope Eſa. 55. Inuocate eũ dũ ꝓpe eſt. & in plu. קְרוֹבִים cerobim. i. proximi vel propinqui. Leuit. 10. Sanctificabor in his q

קְרוֹבִים appropinquãt mihi. Eſter. 9. Tã in vicino poſitis q̃ ꝓcul. pro quo he. le. Propinquis & longinquis. & inde קָרֵב Careb. i. accedẽs vel appropinquãs. 1. Reg. 17. Ibat autem phi

Propiqui קָרֵב liſte⁹ accedẽs & appropinquãs. 3. Reg. 4. & neceſſaria mẽ ſe regis ſalomonis cũ ingenti cura p̃bebãt in tpe ſuo. ꝓquo he. le. & oẽm accedẽtẽ ad menſam regis ſalomonis nutriebant ſiue alebant vnuſquiſq; in mẽſe ſuo: in nullo deficiebant. & inde קְרָבָה ceriba ſiue קִרְבַת cirbath. i. appropinquatio: vel adheſio. p̃s. 72. Mihi autem adherere deo bonũ eſt. pro quo he. le. mihi autem appropinquatio vel adheſio dei bona eſt. & inde קֶרֶב cereb. i. ĩtra: aut mediũ alicui⁹ rei. Geñ. 18. & riſit occulte. pro quo he. le. & riſit intra ſe. Exo. 23. Et auferã infirmitatem de medio tui. Nu. 15. Peribit de populo ſuo. pro quo he. le. Peribit de medio populi ſui. Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetes. & in eo. 17. de numero fratrũ tuorũ. pro quo he. le. De medio fratrũ tuorũ. Et in eo. 21. Et nõ reputes ſanguinẽ innocẽtẽ in medio populi tui iſrael. Ponitur ẽt pro vitalibus ſeu viſceribus vl interioribus aut inteſtinis. Leuit. 1. inteſtinis & pedibus lotis aqua. Et in eo. Inteſtina vero & pedes lauabunt aqua. Ps. 48. Sepulchra eorũ domus eorũ in eternũ. ꝓ quo btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trãſtulit. Interiora ſua domus eorũ in ſeculũ. p̃s. 102. Et oĩa que ĩtra me ſunt nomini ſancto eius. Ponitur ẽt predicta dictio. קָרַב Carab pro calefieri. Oſee. 7. Oẽs calefacti ſunt quaſi clibanus. Significat etiam bellare. vel pugnare. p̃s. 54. Appropinquat cor illius. Pro quo btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. Pugnat autem cor illius. Et in eodem. Ab his qui appropinquant mihi. Pro quo hebrei legunt. Ab his qui pugnant aduerſus me. Et inde קְרָב cerab. i. bellũ ſeu prelium aut pugna vel certamen. 2. Reg. 17. Et tu eris in medio eorum. pro quo hebrei legunt. Et facies tue ibunt in prelio vel in pugna. Ps. 144 Qui docet manus meas ad prelium. Zach. 14. Sicut preliatus eſt in die certaminis. & in plurali קְרָבוֹת ceraboth. Ps. 67. Diſſipa gentes que bella volunt.

Intra Medium

Inteſtina.

Interioza.

Calefieri

Pugnare.

קְרָב Prelium Certamẽ

קְרָבוֹת Bella.

קַרְדֹּם Cardum. ſecuris. 1. Reg. 14. Vt acuerent vnuſquiſq; vomerem ſuum & ligonem & ſecurim. & in plurali קַרְדֻמִּים cardumim ſiue קַרְדֻמוֹת cardumoth. Iudi. 9. Et arrepta ſecuri proſcidit arboris ramũ. pro quo hebrei legunt. & accepit abimelech ſecures & proſcidit ramũ. 1. Regum. 13. Retuſe itaq; erant acies vomerum & ligonũ & tridentium & ſecurium. p̃s. 73. Securibus exciderunt.

קַרְדֹּם Securis

קַרְדֻמִּים ſecures

קָרָה Cara. accidere. contingere. euenire. occurrere. contignare. ſeu tegere. ideſt contignationem domorũ conſtruere. Geñ. 44. Et aliquid ei in via contigerit. Nume. 11. Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere complea-

Cõtingere.

tur. Pro quo hebrei legunt. Nunc videbis vtrum contingat vel eueniat tibi ſermo meus. ideſt opere compleatur. Ruth. 2. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine booz. 1. Regum. 28. Viuit dominus quia non eueniet tibi quicquam mali. 2. Regum. 1. Caſu veni in monte gelboe. ideſt accidit mihi vt venirem in monte gelboe. Eccl's. 2. Et didici q̃ vnus vtriuſq; eſſet interitus. pro quo hebrei legunt. Et didici q̃ vnus accidens accidit omnibus his. Et in eodem. Si vnus & ſtulti & occaſus meus erit. Pro quo hebrei legunt. Sicut accidit ſtulto etiam mihi accidet. Eſa. 41. Et nuncient nobis quecunq; ventura ſint. Vide etiam de hoc ſupra in dictione קָרָא Cara. Significat etiam occurrere. Geñ. 24. Occurre obſecro mihi hodie. Et in eodem. 27. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi quod volebã. Nume. 23. Si forte occurrat mihi dominus. Et in eodem. Occurrit illi deus. Et in eodem. Donec ego obuius pergã. ideſt occurram. Deut. 25. Quomodo occurrerit tibi invia Et inde קֶרִי ceri. ſiue מִקְרֶה micre. ideſt accidens. euentus. caſus. Deut. 23. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomno. pro quo hebrei legunt. Qui fuerit pollutus caſu vel accidenti nocturno. 1. Regum. 20. Cogitabat enim q̃ forte euenilſet ei quod non eſſet mundus. Eccl's. 3. Idcirco vnus interitus eſt hominum & iumẽtorum. Pro quo hebrei legunt. Quoniam accidens vel euentus filiorum hominum: & accidens vel euentus iumẽtorum: vnũ accidẽs eſt eis. Et in eodem. 9. Quia eadem cunctis eueniunt. Pro quo hebrei legunt. Quia idem accidens vel euentus ſit omnibus. Et inde קֶרִי Ceri. ideſt occurſus: vel exaduerſo: aut e contrario. Leuit. 26. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoq; contra vos aduerſus incedam. Et in eodem. Et ego incedam aduerſum vos in furore contrario. Item קָרָה Cara. ideſt contignare aut contignationem domus facere: ſeu domum tegere. 2. Paralip. 34. Ad contignationem domorum. Nec. 2. vt det mihi ligna: vt tegere poſſem porticũ templi. Et in eodem. 3. Ipſi texuerunt eam: & ſtatuerũt valuas eius. p̃s. 103. Qui tegis aqs ſupiora ei⁹. ꝓ quo btũs hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Qui tegit aquis cenacula eius. & inde קוֹרָה Cora. ideſt tignũ ſeu trabes: aut lignum ſiue materia ad contignationem domorum. Geñ. 19. Quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. Pro quo hebrei legunt. Quia ingreſſi ſunt ſub vmbra trabis vel contignationis mee. ſ. domus. 4. Regum. 6. Tollamus ſinguli de ſilua materias ſingulas. Et in eodem. Accidit autem cum vnus materiam ſuccidiſſet. Et in plurali קֹרוֹת Coroth. Canti. 1. Tigna domorum noſtrarum cedrina. & inde מְקָרֶה Mecare. ideſt contignatio domus. Eccl's. 10. In pigritiis humiliabitur contignatio. Et inde קִרְיָה Ciria. ideſt ciuitas. Nume. 35. Decernite que vrbes eſſe debeant in preſidia fugitiuorum. Prouer. 11. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas. Eſa. 1. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. Et in eodem. 29. Ve ariel ariel ciuitas quã expugnauit dauid. dicitur ẽt קָרֶת Careth. Iob. 29. Quando procedebam ad portas ciuitatis. Prouer. 8. Iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur. Et in eodem. 9. Vt vocarent ad arcem & ad menia ciuitatis. Et in lingua chaldaica dicitur קִרְיָא Ciria. ſiue קִרְתָא Cartha. aut קִרְיָתָא Ciriatha. Eſdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitate ſamarie. Et in eodem. Venerunt in ieruſalem ciuitatem rebellem & peſſimam. Et in plurali קִרְיָתַיִם Ciriathaim. ſiue קִרְיוֹת Cerioth. & ponitur ꝓ nomine proprio cuiuſdam ciuitatis. Hiere. 48. Et ſup domum deblataim & ſuper cariathaim. Et in eodem. Et ſuper bethramon & ſuper carioth.

Euenire Accidere

Occurrere

קֶרִי Caſus

accidens

Euentus קֶרִי ex aduerſo

Cõtrarius קָרָה

cõtignatio Tegere

Culmen. Trabes materia

קֹרוֹת Tigna

מְקָרֶה cõtignatio

קִרְיָה Ciuitas

קִרְיָא קִרְתָא ciuitas.

קִרְיָתַיִם cariathai.

קָרַח Radere Caluitium facere Decaluare — Carach.Decaluare.depilare.radere.scilicet caput. seu caluitium facere.Leuit.21.Nec radent caput nec barbam.Hiere.16.Neq caluitium fiet pro eis.Ezech.27.Et radent super te caluitium.pro quo he.le. decaluabunt super te caluitium.vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatum. Et in eo.29.Omne caput decaluatū.Mich.5.Decaluare & tondere super filios delitiarū tuarū.& inde קֵרֵחַ cerdach.i.caluus.4.Reg.2.Ascende calue:ascende calue. & inde קָרְחָה Corcha.i.caluitiū.Leuit.13.Sin aūt in caluitio vel in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus. Hiere.47 venit caluitiū sup gaza.Amos.8.Et sup omne caput caluitiū & aliqñ scribitur cū aleph in fine.Ezech.27.& radēt super te caluitium.Mich.1.Dilata caluitium tuum sicut aquila.Signat ēt superficiē pāni vel vestimēti in qua pili lano sunt tonsi vel pre vetustate defluxerunt.Leuit.13. Eo q infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Item קֶרַח Cerach.idest gelu:aut glacies. Geñ.21.Die noctuq estu vrgebar & gelu.Ponitur etiam pro crystallo: quia crystallus in greco idem est quod gelu latine. Ps.147. Mittit crystallum suā sicut buccellas. Ezech.1.Et similitudo super capita animalium firmamēti quasi aspectus crystalli horribilis

קָרַח Caluus — קֵרֵחַ Caluus — קָרְחָה Caluitium — Radere Caluitium facere Decaluare — Supficies panni. — קֶרַח Gelu — Crystallus

קָרַם Extendere — קָרַם Caram.extendere.scilicet cutem.cōtegere.vel corio obducere.Ezech.37.Et extendam super vos cutem. Et in eodē.Et extenta est in eis cutis desuper.i.obducta. vel contecta.

קֶרֶן Cornu — קֶרֶן Ceren.cornu.vnde hoc nomen cornu ab hebreo traxit originem.& est in hebreo vtriusq sexus. Dañ.8. Fractum est cornu magnū.Pro quo in hebreo legitur.fracta est cornu magna.& in eo.De vno aūt ex eis egressum ē cornu vnū modicū.Mich.4.Cornu tuū ponā ferreum.Ponitur etiam pro fortitudine vel imperio.1.Reg.2.& exaltatum ē cornu meū in deo meo.Et ī eo.Et sublimauit cornu christi sui.Iob.16.Et operui cinere carnē meam.debet legi cornu meū.ps.17.Et cornu salutis mee. Ezech.29. In die illa pullulabit cornu domus israel.Threñ.2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel.& in lingua chaldaica dicitur קַרְנָא Carna.Dañ.3.In hora qua audieritis vocē tube.pro quo hebrei legunt.vocē cornu.i.tube cornee. Et in plu.קַרְנַיִם Caraim. siue קַרְנֹת Carnoth.Geñ.22. Herentem cornibus.Ps.74.Et omnia cornua peccatorū confringam:exaltabuntur cornua iusti.Dañ.8. Et ecce aries vnus habens cornua. Et in eo.Et venit vsq ad arietem illū cornutum.idest habentem cornua.Amos.6.In fortitudie nostra assumpsimus nobis cornua.Abach.3.Et cornua in manibus eius.Zach.1.Et ecce quattuor cornua. Ponitur etiā pro angulo tā in singli q in pli.Exo.24. Cornua aūt per quattuor angulos ex ipso erunt.ps.117. Vsq ad cornu altaris.i.vsq ad angulū altaris.Esa.5.In cornu filii olei. idest in angulo terre pinguissimo apto oliuis. & inde verbum

קָרַן Cornu — קַרְנַיִם Cornua — קָרַן cornutū ē — מְקֻרְיָן Cornua p ducens — קָרַס Conteri Incuruari — קֶרֶס Circuli Fibule.

קָרַן Caran.idest cornutum esse.Exo.34. Et ignorabat q cornuta esset facies sua.Et in eo.Videntes autem Aaron & filii israel cornutam moysi faciem. Hebrei tamen in predicto loco dicunt q significat splendescere. eo quod de facie eius exibant radii splendoris ad modū cornuum. Et inde verbū vel participiū tertie coniugationis.scilicet מְקֻרְיָן macrin. idest cornua producens. ps.68.Placebit dño sup vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.

קָרַס Caras.ruere.īcuruari.cōteri.Esa.46.Cōfractꝰ ē bel: cōtritꝰ ē nebo.& in eo.cōtabuerūt & cōtrita sūt simul pro quo he.le.ruerūt īcuruati sūt.& ide קֶרֶס ceras.i.circulꝰ vel vncinꝰ.seu fibula cuiꝰ caput ē curuū:& solū inuenitur in nu.plu.Exo.26.faciesq quīquagīta circulos aureos.& ī eo. facies & quīquagīta fibulas eneas:quibus iungantur anse.

קֶרֶס Carsul.talus.s.pedis.& solum inuenitur in nu.plu. z.Reg.zz.Et non deficient tali mei.

קָרַע Caraa.Scindere.rumpere.dirumpere.aperire. Geñ. 37.Scissisq vestibus indutus est cilicio.p quo he.le.& scidit iacob vestimēta sua.Exo.28. Ne facile rumpatur.Leuit.13.rumpet eum & a solido diuidet.Nu.14.Scideruntve stimenta sua.Iudi.11.Scidit vestimenta sua.1. Reg.15.Scidit dñs regnum israel a te hodie.2.Reg.15.Ecce occurrit ei chusai arachites scissa veste.3. Reg.13. Altare quoq scissū est.ps.34. Dissipati sunt nec cōpuncti.Pro quo btūs hiero. in ps.iuxta he.ve.trāstulit.scidētes:& nō tacētes Esa.64 vtinā dirūperes celos.Hiere.36. Scidit illud scalpello scribe. Signat ēt apire.Hiere.zz.qui aperit sibi fenestras. Signat ēt depīgere oculos stibio:ac si palpebre oculi rūpātur ex cōtinuatiōe stibii.Hiere.4.Et pīgeres oculos tuos stibio. & ī de קֶרַע ceraa.i.scissura:vel ruptura.Prouer.23.& vestietur pānis dormitatio.pro quo he.le.& vestietur scissuris vel rupturis dormitatio.i.vestietur pānis ruptis vel scissis.

קָרַס Talus. — קָרַע Scindere. Rūpere — Dirūpere. Aperire — Pingere — קֶרַע scissura.

קָרַץ Caras.conniuere.vel annuere.s.oculis vel labiis.excidere.formare.ps.34.Annuunt oculis.Prouer.6.annuit oculis:terit pede.& in eo.10.Qui ānuit oculo dabit tristitiā.& in eo.16.Mordēs labia sua perficiet malū.pro q he.le.annuēs vel cōniuēs labiis suis perficiet malū. Signat ēt formare vel excidere.Iob.33.& de eodē luto ego quoq formatus sum.pro quo he.le.excisus sū.& inde קֶרֶץ ceres.i.excisio vel cōcisio:aut excisor.Pro quo btūs hiero.trāstulit stimulatorē.Hiere.46. stimulator ab aqlone veniet.Itē קָרַץ Caras.in līgua chaldaica signat accusare seu crimīari. Dañ. 3.Accedētes viri chaldei accusauerūt iudeos.& in eo.6.Ad ducti sunt viri illi qui accusauerūt danielē.& preponitur ei dictio אֲכַל Achal que signat comedere:quia forte in illis accusatiōibus vel cōiurationibus faciebāt aliqua conuiuia.

קָרַץ Annuere — Formare Excidere — קֶרֶץ stimulator — קָרַץ Accusare

קַרְקַע Carcaa.pauimentum.fundus .solum.Nu.5.& paxillum terre de pauimento tabernaculi.Amos.9.si celauerint se in fundo maris.

קָרַר Circar.vastare.diruere.dissipare.Nu.24. vastabitq omnes filios seth Esa.22.Scrutans murum. Pro quo he.le.dissipans vel diruens murum. De quo vide supra in dictione קִיר cir.& in dictione קָרַר carar.

קַרְקַע pauimētū. Fundus — קָרַר Vastare scrutari Dissipare.

קֶרֶשׁ Ceres.tabula.Exo.26.In lateribus tabule due īcastrature fient.& in plurali. קְרָשִׁים cerasim.vt in eo. facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim.significat ēt trāstra seu tabulata nauis. Ezech.27.Et transtra tua fecerunt tibi de ebore in dico.i.tabulata tua.

קֶרֶשׁ tabula. — קְרָשִׁים Tabule transtra

קַשׁ Cas.stipula.de quo vide in dictione sequenti.

קָשַׁשׁ Casas.colligere.vel congregare.Exo.5. Ipsi vadāt & colligāt stipulas.& in eo.Dispersusq est populus in omnem terram egypti ad colligendas paleas. Nu.5.In uenerunt hominem colligentem ligna Soph.2.Cōuenite congregamini.& aliquando scribitur cum simplici sin.De quo vide supra in dictione קוּשׁ cus.& inde קַשׁ cas.idest stipula seu palee minutissime:aut ligna minutissima.Exo.5. Et colligāt stipulas.& in eodem. Ad colligendas paleas. Iob.13.Et stipulam siccam persequeris.ps.82.Et sicut stipula ante faciem venti.

קָשַׁשׁ Colligere — Cōgregaſ.

קַשׁ Stipula Palee.

קִשּׁוּא Casu. Cucumer. & solum inuenitur in numero plurali.scilicet קִשּׁוּאִים Cisuim.Nume.11.In mēte nobis veniunt cucumeres & pepones. & inde מִקְשָׁה Micsa.idest cucumerarium. Esa.1. Sicut tugurium in cucumerario.

קִשּׁוּא cucumeres — מִקְשָׁה Cucumerarium.

קָשַׁב Casab.Attendere.intendere.audire.auscultare.1. Regum.15. Et auscultare magis q offerre adipem arietum Nee.1.Sit auris tua attendens ad orationem serui tui

קָשַׁב auſcultaſ Attendere

Audire
Intẽdere

Aspicere

auscultatio

Intuitus

Indurare.

Durũ esse.

Resistere

Durus

Duritia.

Ductile

Crinis.

Cucumerarium.

thuribula.

Crater

Durari.
Indurare.

Veritas

Firmitas

Vere

Ps. 9. Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ps. 16. Intende deprecationem meam. Ps. 65. Et attendit vocem deprecatiõis mee. Ps. 129. Fiant aures tue ĩtẽdẽtes ĩ vocem deprecationis mee. Prouer. 1. Extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. idest qui attenderet. Esa. 42. Attẽdat & auscultet procul. Hiere. 6. Quia verba mea non audierunt. Et in eodem. 8. Attendi & auscultaui. Et in eo. 18. Et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Et in eo: Attende domine ad me. Dañ. 9. placare domine: attẽde domine. Osee. 9. Et attende domus israel. & inde קָשַׁב caseb siue קֶשֶׁב ceseb. idest attentio vel intuitus aut auscultatio. 4. Reg. 4. Et non erat vox neq; sensus. pro quo he.le. & non erat vox neq; auscultatio vel attentio. idest non erat qui attenderet vel auscultaret. Esa. 21. Et contemplatus est diligẽter multo intuitu.

קָשָׁה Casa. indurare. aggrauare. seu durum vel graue esse. resistere. Geñ. 35. Difficultate part9 periclitari cepit Pro quo hebrei legũt. Et indurata siue aggrauata est in partu suo. Exo. 7. Sed ego indurabo cor eius. & in eo. 15. Nam cum induratus esset pharao & nollet nos dimittere. Deut. 2 Quia indurauerat dominus deus tuus spiritum eius. Et in eo. 15. Non auertes ab eis oculos tuos. pro quo hebrei legũt Nõ durũ sit vel non sit graue in oculis tuis cum dimiseris illum. 1. Reg. 5. Quoniam dura est manus eius super nos. 2. Regum. 29. Durius autem responderunt viri iuda. 2. Paralip. 36. Et indurauit ceruicem suam. ponitur etiam pro resistere. Iob. 9. Quis restitit ei: & pacem habuit. & inde קָשֶׁה Case: siue נְקָשֶׁה Nicse. i. durus vel induratus. Exo. 33. Populus dure ceruicis es tu. Deut. 31. Ego enim scio contẽtionem tuam: & ceruicem tuam durissimam. Esa. 8. Et transibit per eã & corruet & esuriet. pro quo he.le. Transibit per eam induratus: & corruet. potest etiam deriuari a dictione יָקַשׁ Iacas. que signãt offendere vel corruere sicut est in littera nostra. & inde קְשִׁי cósi. siue קִשְׁי cesi. i. durities. Deut. 9. Ne aspicias durities populi huius. & inde מִקְשֶׁה Micsa. i. ductile. s. metallũ percussum malleo & induratũ vel cõplanatum. Exo. 25. Facies candelabrũ ductile de auro mundissimo. Et in eodem. Aureos & perductiles. & dicunt aliqui hebrei q9 in predicto loco significat equalem vel planũ. i. opere plano & equali. Hiere. 10. In similitudine palme fabricate sunt. Pro quo he.le. Sicut palma: ductiles vel equales sunt. Ponitur etiam pro crine vel cesarie mulieris equaliter diuisa. Esa. 3. Et pro crispante crine caluiciũ. Itẽ מִקְשֶׁה micsa. idest cucumerarium. De quo vide supra in dictione קִשּׁא cisu.

קֶשֶׁת Casa. Thuribulũ. seu crater: secundum translationẽ nostram. & solum inuenitur in numero plurali: scilicet קְשׂוֹת ceseth. Exo. 25 Acceptabla & phialas: thuribula & ciathos. & in eodẽ. 37. Acceptabula & thuribula de auro purissimo. Nu. 4. Et crateras ad liba fundenda.

קָשַׁח Casach. Indurari. durari. seu durum esse. Iob. 39. duratur ad filios suos: quasi non sint sui. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te.

קֹשֶׁט Coset. siue קוֹשְׁטָא custa. veritas. seu firmitas. Ps. 59 Vt fugerent a facie arcus. Pro quo he.le. A facie veritatis vel firmitatis: siue propter veritatẽ vel firmitatem: tamẽ si scriberetur cum tau in fine loco teth. tunc significat arcum: vt infra dicetur. Sed in codicibus hebreorum inuenitur scriptum cum teth. quod significat veritatem vel firmitatem. vt prouer. 22. Vt ostenderent tibi firmitatem & eloquia veritatis. & in lingua chaldaica communiter significat veritatem. Dañ. 2. Vere deus vester deus deorum est. Item קְשׁוֹטָה Cesita. idest agna seu ouis. Geñ. 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernaculum a filiis hemor centũ agnis. Iob. 42. Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam. Et aliqui hebrei dicũt q9 significat genus quoddã monete: seu nũmum: aut obolum. Sed in translatiõe chaldaica est sicut in littera nostra.

Agna. Ouis.

uenire:sed habita apud godoliam.Pro quo he.le.Et adhuc ille non reuertebatur:& reuertere ad godoliā.Ezech.16.Reuertentur ad antiquitatē suā. & in eo.46. Et reuertetur ad principem.& i eo.47.Cūq; me cōuertissem. Osee.12.Et tu ad dñm deū tuū cōuerteris.& in eodē.14. Conuertere israel ad dñm deū tuū.& in eo.Cōuertentur sedentes in vmbra ei9. Naū.2.quia sicut reddidit dñs superbiā iacob:sic superbiā israel.p quo he.le. Sicut cōuertit dñs superbiā vīcelsitudinem israel. Et inde verbum tertie cōiugationis quod significat reuerti facere.siue reducere:aut retribuere:vel respondere.Geñ.14.Reduxit omnē substātiā.& in eodē.24. Filiū tamen meū ne reducas illuc.& in eo.43.Et illā quā inuenistis in sacculis vīs reportate.i.reducite.& i eodē.44. Reportauimus ad te de terra chanaā.i.reduximus.Exo.10. Reuocauerunt moysen & aaron ad pharaonē. i. reuerti fecerūt.1.Reg.6.Et recludite vitulos earū domi.Pro quo he.le. Reuerti facite siue reducite vitulos earū in domū. Et in eodem.Sed quod debetis ei reddere pro peccato.& in eodē Quid est quod pro delicto reddere debemus. & in eodem. Et vasa aurea que soluistis ei p delicto.i.reddidistis seu retribuistis.ps.50.Redde mihi letitiā salutaris tui.ps.71.Reges tharsis & insule munera offerent.i.reducent vel retribuent. ps.87.Auertisti ab ira indignationis tue. pro quo he.le.Auertere feciſti ab ira indignationem tuā:siue indignationis tue.ps.115.Quid retribuā dño. Esa.38.Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū. & in eodē.42. Nec est qui dicat :redde. Hiere.29. Et reducam vos ad locum istum . & in eodem. 33.Et cōuertā cōuersionē iuda.p quo he.le. Et cōuertere faciam siue reducā conuersionem iuda.& in eo.2. Reducā cōuersionē eorū.Ponitur etiā pro soluere.4.Reg.3.Et soluebat regi cētū millia agnorū.Significat etiā respōdere.Iob. 6.Respondete obsecro absq; contentione.& in eo.20.Idcirco cogitationes mee varie succedūt sibi.p quo he.le.Idcirco cogitationes mee respondent mihi.& in eodē.33.Respō de si habes quid loquaris.Prouer.18. Qui pri9 respōdit q̄ audiat.Pōitur etiā pro habitare.ps.22.Et inhabitem in domo dñi in longitudine dierū.Ezech.35. Ciuitates tue non habitabuntur. Vide etiā de hoc supra in dictione יָשַׁב Iasab & aliqñ scribitur cum duplici beth.ps.22. Aiam meā cōuertet.Esa.49.vt reducā Iacob ad eum.& in eo.58.Auertens semitas in quietem.Hiere.3.Cōuertimini filii reuertētes.i. auertētes seipos a via recta.& in eodē.8. Et qui auersus est nō reuertetur:quare ergo auersus est populus iste in ierusalem auersione cōtentiosa.Ezech.38. Que reuersa est a gladio.& in eodē.39.Et reduxero eos de populis.Mich.2.Cū reuertatur qui regiones nras diuidat.Significat etiā decipere.Esa.47. Sapiētia tua & scientia tua decepit te. Vide etiā de hoc supra in dictione שָׁבַב Sabab. & inde שׁוּבָה Suba.siue מְשׁוּבָה Mesuba.i.cōuersio siue redit9 vel auersio.Esa.30. Si reuertamini & quiescatis:salui eritis.p quo he.le. In conuersione & quiete salui eritis.Osee.11.Et populus meus pēdet ad reditū meū. Significat etiā auersionē vel auersatrícem.Prouer.1. Auersio paruulorū interficit eos. Hiere.2. Et auersio tua increpabit te.& in eo.3. Que fecerit auersatrix israel.& in eo. Iustificauit animā suā aduersatrix israel. & in eodem.8. Quare auersus est populus iste In ierusalem auersione contentiosa.& inde תְּשׁוּבָה Thesuba siue שְׁבַת Sebath aut שְׁבוּת Sebuth.i.reditus:siue cōuersio.2. Reg.11.Factū est autē vertēte anno.i.in reditu anni.ps.125.In cōuertendo dñs captiuitatem sion.Pro quo hebrei legunt. In cōuertendo dñs cōuersionem sion.Potest etiam deriuari a supradicta dictiōe שָׁבָה Saba.que significat captiuare sicut est in littera nra.Hiere.3.Et cōuertā cōuersionē ppli mei. & in eodem. Ecce ego cōuertam cōuersionem tabernaculorum iacob.& in eodem.33. Reducam enim cōuersionem terre.

שׁוּב Sub.canescere.i.canum seu decrepitū esse.senescere. 1.Reg.1.Ego autē senui & incanui.& inde שֵׂיבָה Seba idest canicies.senectus siue seniū.Leuit.19. Coram cano capite consurges.3. Reg.14. Quia caligauerāt oculi eius prę senectute.Prouer.20.Et dignitas senum canicies. Osee.7. Sed & cani effusi sunt i eo.p quo hebrei le.Canicies effusa est in eo.& inde שָׂב Sab.i.canus seu senex.Iob.11. Et senes & antiqui sunt in nobis.

שׁוּד Sud.linire . leuigare.s.calce. Deut.21. Et calce leuigabis eos.& in eodē. Et leuigabis eos calce. Et inde שִׂיד Sid.i.calx.vt in predictis locis. Ponitur etiam p cinere.Esa. 33.Et erunt populi q̄si de incendio cineris. Amos.2.Quia incenderit ossa regis idumee vsq; ad cinerem.

שָׁוָה Saua.equare.adequare.equiperare.equalem esse.ponere.prodesse. Prouer.3.Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.i.adequari.& in eo.25.Ne effi-ciaris ei similis.Pro quo he.le. Ne sis ei equalis. & in eodē. 27. Et litigiosa mulier comparatur.i.adequatur. Ester.7. Nunc aūt hostis noster est:cuius crudelitas redūdat in regē Pro quo hebrei legunt. Quia non equat siue equiperat hostis in dānum regis. Potest etiam legi.quia non p̄dest. Esa. 28.Nōne cum adequauerit faciē eius.& in eo.40.Cui assimilastis me & adequastis.Threñ.2. Cui exequabo te & cōsolabor te. Osee.10.Fruct9 adequabitur ei.Significat etiam ponere vel preponere. ps.15. Prouidebā dñm in conspectu meo semper. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trā stulit.Prepositi dñm in conspectu meo semper.ps.17.Qui posuit pedes meos tanq̄ ceruorū. ps.20. Gloriā & magnū decorē impones sup eum. ps.88 . Posui adiutoriū sup potentē.ps.118. Iudicia tua non sum oblitus. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Iudicia tua p̄ponebā. ps.130. Si nō humiliter sentiebam:sed exaltaui animā meā. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Si non posui & silere feci animā meā. Significat etiā p̄desse vel expedire.Ester.3. Et optime nosti quod non expediat regno tuo.& in eodem.5.& cum hec omnia habeam: nihil me habere puto.Pro quo he.le.Et omnia hec non prosunt mihi. Iob.33.Et vt eram dignus non recepi.pro quo he.le.& non profuit mihi.Potest etiā legi.& non adequauit mihi.i.non recepi equalia meis delictis. & tūc erit sensus sicut in littera nra. Et dicūt aliqui hebrei q̄ a predicta dictione deriuatur שָׁוְא Sau quod significat vanū siue frustra. De quo vide supra in dictione שׁוֹא So.

שׂוּחַ Súach.incuruari.inclinari.Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. De quo vide infra in dictione שָׂחַח Sachach.& in dictione שָׂחָה Sacha.& inde שׂוּחָה Sucha siue שִׂיחָה Sicha.i.fouea.ps.56.Foderūt ante faciem meam foueam.Prouer.22.Fouea profunda os aliene.Et aliquando scribitur cum thau in fine.ps 95. Donec fodiatur peccatori fouea. Ezech.19. Non absq; vulneribus suis ceperunt eum.Pro quo hebrei legunt.In foueis suis captus est.Et sequitur metaphorā capture leonis qui capitur in foueis. Potest etiam legi sic.in interitu suo siue in internitione sua captus est.& tūc erit sensus sicut in littera nostra. Ponitur etiā שָׂחַת Sachath pro interitu vel internitione. ps. 54. Deduces eos in puteum interitus. Esa. 51. Et non interficiet vsq; ad internitionem.Ezech.28. Interficiēt & detrahēt te.pro quo hebrei legunt. In interitum siue internitionem detrahent te.Potest etiam legi in foueam detrahent te. Vide etiā de hoc infra in dictione שָׂחַת Sachath.& in plurali שְׂחוֹת Sichoth.ps.118.Narrauerūt mihi iniqui fabulationes.Pro

Reducere
Reportare
Reuocare
Reddere
Soluere
Offerre
Retribuere
Reuerti facere.
soluere
Respōdere
Habitare.
Cōuersio . Reditus Auersio.
auersatrix
Reditus Cōuersio.

שׁוּבָה מְשׁוּבָה

שְׁבַת שְׁבוּת

שׁוּב
Senescere
שֵׂיבָה
Canus. senectus Canicies
שָׂב
Canus.
שׁוּד
Leuigare
שִׂיד
Calx. Cinis
שָׁוָה
Cōparare Eq̄lem cē.
adequare.
Exequare
Ponere Imponere.
proponere.
Prodesse.
Expedire
שָׁוְא
Vanum.
שׂוּחַ
Inclinari
שׂוּחָה
שִׂיחָה
Fouea.
שָׂחַת
Interitus Internitio
שְׂחוֹת

Universidad de Deusto Biblioteca

Fouee. שׂרח Meditari Loqui

quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Foderunt mihi iniqui foueas.

שׂוח Soach.meditari.loqui.Gen.24. & egressus fuerat ad meditandum in agro. Iudi.5. Et ambulatis invia: loquimini. Iob.12. Loquere terre & respondebit tibi. ps.68. Adversum me loquebantur qui sedebant in porta. ps.118. In mandatis tuis meditabor. ps.142. In factis manuū tuarum meditabar. Prouer.6. Euigilans eloquere cum eis. Esa.53. Generationē eius quis enarrabit. i. quis loquetur. Et inde שׂיח Siach. i. meditatio: vel eloquiū. 3. Reg.18. Forsitā loquitur. pro quo hebrei legunt. Forsitā est ei eloquiū. 4. Reg.9. Nostis hominē & quid locutus sit. pro quo he.le. Nostis hominē & eloquiū eius. Iob.7. Et reuelabor loquens mecum in strato meo. Pro quo he.le. Et eleuabor eloquio meo: siue in meditatione mea. ps.54. Cōtristatus sum in exercitatione mea. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit humiliatus sum in meditatione mea. & in titulo psalmi. 101. vbi dicitur. Et coram dño effudit precem suā. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Et coram dño fuderit eloquiū suum. ps.141. Effundo in conspectu eius orationem meam. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Effundā in conspectu eius eloquiū meum. Amos.4. Et annuncias homini eloquiū suum. Potest etiā legi meditationē suam. i. cogitationem cordis sui. quod soli deo pertinet. Ponitur etiā pro dolore vel querimonia. 1. Reg.1. Quia ex multitudine doloris & meroris mei.

Meditari Loqui Eloqui Enarrare. שׂיח Eloquium exercitatio

Dolor. שׂוח Circuire perābulare

שׂוט Sut. circuire. discurrere. dispergi. s. huc et illuc. remigare. Nu.11. Circuibat populus: & colligens illud frangebat mola. 1. Reg.24. Perābula omnes tribus israel. i. discurre vel circue omnes trib9 israel. & in eodem. Et lustrata vniuersa terra affuerunt. pro quo hebrei legunt. Circuierunt siue discurrerunt per vniuersam terrā. 2. Paralipo.16. Oculi enim dñi contemplātur vniuersam terram. Pro quo hebrei legunt. Oculi enim dñi discurrunt. i. circunspiciunt per vniuersam terrā. Iob.1. Circuiui terrā & perābulaui eā. Hiere.5. Circuite vias ierusalem. & in eodē. 49. Plāgite & circuite per sepes. Zach.4. Oculi dñi qui discurrunt in vniuersam terrā. significat etiā remigare. Ezech.28. Habitatores sidonii & aruadii fuerunt remiges tui. & in eodem. In aquis multis adduxerunt te remiges tui. & inde מַשּׁוֹט maſot i. remus. vt in eodē. Quercus de basan dolauerūt i remos tuos. & in eo. Omnes qui tenebant remū. & inde שַׁיִט Sait. i. remiges. Esa.33. Non transibit per eum nauis remigum. Item שׂוט Sot. i. flagellum. Iob.5. A flagello lingue absconderis. Prouer.25. Flagellum equo & chamus asino. Esa.28. Flagellum inundans cū trāsierit. & in plu. שׂוֹטִים Sotim. 3. Reg.12. Pater me9 cecidit vos flagellis. & aliqñ scribitur cū duplici teth & dicitur שׂוֹטֵט Sotet. pro quo beatus hieronymus trāstulit offendiculū. Ios.23. Sed erūt vobis in laqueū & in offendiculū in latere vestro. Item שִׂטִּים Sitim. genus est arboris. Exo.25. Et ligna setim. & in eodem. Arcam de lignis setim compingite.

Discurrere Remigare מַשּׁוֹט Remus שַׁיִט Remiges. שׂוט Flagellum שׂוֹטִים Flagella. שׂוֹטֵט offendiculū שִׂטִּים Setim.

שׂוט Sut. errare. diuertere. s. a via recta. Nume.5. Vir cuius vxor errauerit. De quo vide īfra in dictiōe שָׂטָה Sata.

Errare שׂוך Vallare. Sepire מְשׂוּכָה Sepes.

שׂוך Such. vallare. sepire. cooperire. protegere. Iob.1. Nōne tu vallasti eum ac domū eius. Osee.2. Ego sepiam viam tuā spinis. & inde מְשׂוּכָה Mesucha. i. sepis: seu cooptoriū. Prouer.15. Iter pigrorū quasi sepes spinarū. Esa.5. Auferā sepem ei9. & aliqñ scribitur cū sāmach loco sin. Mich.7. Et qui rectus est quasi spina de sepe. Significat etiā operimentū. Ezech.28. Ois lapis pcios9 opimentū tuū. & inde שׂוכה sucha. i. ramus. Iudi.9. & arrepta securi precidit arboris ramū. & in eo. Igitur certatim ramos de arborib9 precidentes sequebātur ducē. Pro quo he.le. Preciderunt ois populus vnusquisq3 ramū suū. & in plurali שְׂכִים Sichim. i. sudes. Pro quo beatus hiero. transtulit clauos. Nu.25. Erunt vobis quasi claui in oculis vr̄is. & dicunt aliqui hebrei q9 significat spinas seu ramos spinarū. & inde שֶׂכִּין sachin. i. culter seu gladi9. Prouer.23. Et statue cultrū in gutture tuo. & inde שְׂכוֹת Suchoth. Pro quo btūs hiero. transtulit sagenas. Iob.40. Nunquid implebis sagenas pelle eius. hebrei vero dicunt q9 significat cultros sicut dictio pcedēs. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Nūquid cōcides cultris pellē eius. De quo vide supra in dictione מְלֵא Male.

שׂכים Sichim. i. sudes

Clauus. שֶׂכִּין Culter. שְׂכוֹת sagene.

Cultri. שׂורל ora īferior

שׂורל Sul. sinus. seu ora inferior vestimenti. s. illa pars vestimēti q̄ est deorsum secus pedes. & solū inuenitur i numero plurali. Exo.28. Deorsum vero ad pedes eiusdē tunice per circuitū. Pro quo he.le. Sup oras vestimēti per circuitum. Esa.6. Et ea que sub ipso erāt replebant tēplum. i. ore vel fimbrie inferiores vestimenti. Ponitur etiā pro locis verendis seu pudendis. Naū.3. Et reuelabo pudenda tua in facie tua. Potest etiā legi sic. & reuoluā fimbrias vel oras tuas s. inferiores sup faciē tuā. s. vt reuelētur pudenda tua.

Fimbrie pudenda.

שׂום Sum. alliū. & solū inuenitur in numero plu. s. שׂוּמִים Sumim. i. allia. Nu.11. Porriq3 & cepe & allia

שׂום Sum. ponere. reponere. imponere. componere. constituere: facere: seu fabricare. Gen.6. Ostiū vero arce pones in latere deorsum. & in eodē. 30. Ponebat iacob virgas in canalibus. & in eodē. 4. Et hic innocens in lacū missus sum. pro quo he.le. Et etiā hic nihil feci: vt ponerent me in lacum. & in eodē. 15. & repositus est in loculo in egypto. Nu.11. Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me. Deut.11. Ponite verba mea hec in cordibus vestris. Ios. 8. Pone insidias vrbi. 1. Reg.9. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti: ne solicitus sis. Pro quo hebrei legūt. Ne apponas cor tuum eis. & in eo. 28. Et posui animā meam in manu mea. 2. Reg.12. Et circūegit super eos ferrata carpenta. i. posuit super eos. 3. Reg.20. Et ait seruis suis circundate ciuitatē: & circundederunt. pro quo hebrei legunt. Et ait seruis suis ponite. s. obsidionē seu machinas. 4. Reg.9. Depingit oculos stibio. pro quo hebrei legūt. Et posuit stibiū in oculis suis. Iob.4. Et quia nullus intelligit in eternū peribunt. pro quo he.le. Et quia nullus apponit. s. cor: in eternum peribūt. & in eodē. 17. Libera me dñe & pone me iuxta te. & in eo. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Pro quo he.le. Ponent siue apponent irā. s. dei. ps.47. Ponite corda vestra in virtute eius. ps.55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ps.106. Et posuit sicut oues familias Canti.8. Pone mevt signaculū super cor tuū. Esa.28. Et ponam iudicium in pondere. & in eodem. 41. Et recogitēt & intelligant pariter. pro quo he.le. Et apponāt. s. cor: & intelligāt pariter. & in eodē. Et ponemus cor nostrū & sciemus nouissima. Hiere.17. & ponit carnē brachium suū. Aggei. 2. Anteq3 ponatur lapis super lapidē in templo dñi. Significat etiā facere: seu fabricare. Exo.4. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus es mutū & surdum. Significat etiam constituere vel ordinare. Exo.2. Quis constituit te iudicem & principē super nos. ps.49. Et illic iter: quo ostendā illi salutare dei. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. trāstulit. Et qui ordinat viam: ostendam illi salutare dei. Ponitur etiam pro resistere. 1. Reg.15. Quomodo resistit ei in via. i. posuit insidias in via. Ponitur etiam pro parere. Esd.10. & fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios. i. apposuerant filios. Et inde שׂוּמָה Suma. idest propositum seu positio. 2. Reg.13. Quoniā in odio absalō erat positus. p quo hebrei legunt. Quoniā in ore absalō erat positio seu ppo

Allium שׂוּמִים Allia. שׂום Ponere. Reponere. Imponere. apponere Facere Fabricare Cōstituere Ordinare Resistere. שׂוּמָה Positio

תְּשׁוּמֶת
תְּשׂוּמֶת
Depositus

sitū. Et inde תְּשׁוּמָה Thesuma siue תְּשׂוּמֶת Thesúmeth. i. depositū. Leuit. 6. & negauit proximo suo depositum.

שׁוּעַ
Clamare.

שׁוּעָה
שַׁוְעָה
שַׁוְעַת
שׁוּעַ
Ululatus.
Clamor.

שׁוּעַ Súaa. clamare. claudere. s. oculos. linire. admirari: siue obstupescere. Iob. 30. Consurgens in turba clamabā. ps. 17. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret. ps. 118. Preueni in maturitate & clamaui. Et ide שַׁוְעָה Saaua siue שַׁוְעַת Saauath. aut שׁוּעַ Súa. i. clamor siue vlulatus. 1. Reg. 5. Et ascendebat vlulatus in celū. ps. 17. Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Hiere. 8. Ecce vox clamoris filie populi mei. Iob. 30. Et si corruerint: ipse saluabit. Pro quo hebrei legunt. Si in interitu suo eis clamor. i. si clamauerint. Potest etiā deriuari a dictione יָשַׁע Iasaa. que significat saluare sicut est in littera nostra. Et inde dicunt aliqui hebrei q deriuatur תְּשׁוּעָה Thesua: q significat salutem. ps. 143. Qui das salutem regibus. De quo vide supra in dictione יָשַׁע Iasaa. significat etiā predicta dictio שׁוּעַ Súaa clamare. s. oculos. Esa. 6. Et oculos eius claude. & aliqui hebrei legunt. & oculos eius linire siue oblinire. s. luto ne videant. De quo vide infra in dictiōe שָׁעָה Saa. & inde dicunt aliqui q deriuatur מְשִׁעִי Misii. i. linitio vel lenitas. Ezech. 16. Et a quis non est lota in salutē. Pro quo ipsi legunt. Et aquis nō est lota ad leuitatē. Potest etiam deriuari a dictione יָשַׁע Iasaa que significat salutem. vt supra dictū est. Significat etiā p̄dicta dictio obstupescere siue admirari. Esa. 29. ostupescite & admiramini. Potest etiā legi secūdum primā significationē sic. s. clamate & exclamate. Itē שׁוּעַ Súaa. i. magnificus seu magnitudo: aut potēs: vel tyrānus. Iob. 34. Nec cognouit tyrānum: cū disceptaret contra pauperem. & in eo. 36. Depone magnitudinē tuā absq; tribulatione. Esa. 22. Scrutans murū: & magnificus super mōtem. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. & clamor siue vlulatus ad montem: secundum primā significationem. & in eodem. 32. Nec fraudulentus vocabitur maior. i. potēs vel magnificus. Ezech. 23. Nobiles tyrāniq; & principes.

תְּשׁוּעָה
Salus.

שׁוּעַ
Claudere.

מְשִׁעִי
salus.
Lenitas.

Obstupescere.

שׁוּעַ
Tyrann⁹.
Magnitudo.
magnific⁹

Maior

שׁוּף
Conterere

שׁוּף Suph. conterere. conquassare. conculcare. percutere. Geñ. 3. Ipsa. conteret caput tuū. & in eo. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Pro quo hebrei legūt. Et tu conteres: siue conquassabis calcaneū eius. nam eadē dictio ponitur in predicto loco pro cōterere & pro insidiari. Iob. 9. In turbine enim cōteret me. ps. 138. Et dixi forsitan tenebre cōculcabūt me. & aliqui hebrei dicūt q in p̄dicto loco significat obscurare siue contenebrare. vnde ipsi legunt. Forsitā tenebre obscurabunt me. Et btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Operient me. idest cōtenebrabunt me: de quo vide supra in dictione נָשַׁף Nasaph.

Cōculcaſ. cōtenebrare.

Operire.

שׁוֹק
Vacuū ee.
Desideraſ
Inebriare

שׁוֹק Suc. desiderare. appetere. redūdare. Esa. 29. Et anima eius vacua. Pro quo he. le. Et aīa eius desiderans siue appetens. s. cibū & potum. ps. 64. Visitasti terrā & inebriasti eam. pro quo he. le. Et desiderare siue appetere eā fecisti. Potest etiā deriuari a dictione שָׂבַע Saca. que signāt irrigare seu inebriare: sicut est in littera nra. Et inde תְּשׁוּקָה Thesuca. i. desideriū seu appetitus. Geñ. 3. Et sub viri potestate eris. Pro quo hebrei legunt. Et ad virum tuū desideriū tuū siue appetitus tuus. & in eodē. 4. Sub te erit appetitus eius Canti. 7. Et ad me cōuersio eius. Pro quo hebrei legunt. & ad me desideriū siue appetitus eius. Significat etiā predicta dictio redundare. Ioel. 2. Et redundabūt torcularia vino & oleo. Item שׁוֹק Soc. i. callis seu platea aut vicus. Eccls. 12. & claudēt ostia in platea. & in eo. Et circūdabūt in platea. & in plu. שְׁוָקִים Seuachim. Canti. 3. Per vicos & plateas. Item שׁוֹק Soc. idest. crus. seu armus: vel sura. Exo. 29. Armūq; dexterum. Iudi. 14. Vt stupentes suram femori imponerēt Et in plurali שׁוֹקַיִם Socáim. Deut. 28. Percutiet te domin⁹ vlcere pessimo in genibus & in suris.

תְּשׁוּקָה
Desideriū
Appetit⁹.
Cōuersio.

Redūdaſ.

שׁוֹק
Platea

שְׁוָקִים
Vici.

שׁוֹק
Armus.
sura

שׁוֹקַיִם

sure.

שׁוּר
Canere
Cantare.

שׁוּר Sur. canere. cantare. psallere. aspicere. intueri. insidiari. ornare. Exo. 15. Tunc cecinit Moyses carmen hoc domino. & in eodē. Cantemus domino. Iudi. 5. Cecinitq; debbora & barach. & in titulo psalmi. 7. Vbi dicitur in finē psalmus dauid quem cantauit dño. Esa. 5. Cantabo dilecto meo. Soph. 2. Vox cātantis in fenestra. Et inde מְשׁוֹרֵר Mesorer. i. cantor: siue cātans. 1. Paralipo. 6. Hemā cantor filio ioelis. Et in plu. מְשׁוֹרְרִים Mesorerim siue שָׁרִים Sarim. vt in eodē. 15. Vt constituerent de fratribus suis cantores. Nee. 10. Ianitores & cātores & nathinei. ps. 86. Sicut letantium omniū nostrum habitatio est in te. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et cantores quasi in choris: omnes fontes mei in te. & in genere femininо שָׁרוֹת Saroth. siue מְשׁוֹרְרוֹת Mesoreroth. 2. Reg. 19. vl audire possum vltra vocem cantorum. z. Paralipo. 35. Omnes cantores atq; cātatrices vsq; in presentem diem lamētationes super iosiam replicant. Esd. 2. Et in ipsis cantores atq; cantatrices. Eccls 1. Feci mihi cantores & cantatrices. Et inde שִׁיר Sir. i. canticum seu carmen. Iudi. 5. Surge loquere cāticum. ps. 39. Immisit in os meū canticum nouū. ps. 41. Et nocte canticum eius apud me. Scribitur etiā cum he in fine & dicitur שִׁירָה Sira. Exo. 15. Tunc cecinit moyses & filii israel carmen hoc dño. Deut. 31. Scripsit quoq; moyses canticum. Et in plurali שִׁירִים Sirim. Canti. 1. Cāticum canticorū salomonis. vbi ponitur tam in singulari q̄ in plurali. Reperitur etiā in plurali שִׁירוֹת Siroth. secundū terminationē pluralem feminiнorum. Amos. 8. Et stridebūt cardines templi. Pro quo hebrei legūt. Et vlulabunt carmina tēpli. i. loco carminū erit vlulatio. Significat etiā predicta dictio שׁוּר Sur. aspicere siue intueri. Nu. 24. Et de collibus considerabo eum. i. intuebor eum. & in eodem. 24. Intuebor illū. Iob. 33. Respiciet homines & dicet. & in eodē. 36. Memento q ignores opus eius: de quo cecinerunt viri. Pro quo hebrei legunt. Quod intuiti sūt siue aspexerūt vel cōtēplati sunt viri. s. sancti. Potest etiā legi sicut est in littera nra: secūdum primā significationē. Canti. 4. Coronaberis de capite amana. Pro quo hele. Aspicies siue itueberis de capite amana. Pōt etiā legi ornaberis: quod est idē quod coronaberis: vt infra dicetur. Significat etiā insidiari: eo quod insidiatores aspiciunt de latibulis suis. ps. 5. Dñe deduc me in iustitiā tuā ꝓpter inimicos meos. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Propter insidiatores meos. ps. 58. Deus ostēdet mihi super inimicos meos. Pro quo beatus hiero. transtulit. Deus ostēdet mihi in insidiatoribus meis. ps. 91. Et despexit oculus meus super inimicos meos. Pro quo beatus hieronymus trāstulit. Et respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi. Hiere. 5. Insidiantes quasi aucupes. Ponitur etiā predicta dictio pro ornare. Esa. 57. Et ornasti te vnguento regio. Hebrei tamē dicunt q in predicto loco significat offerre. s. munus siue donare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Obtulisti siue donasti regi oleum siue vnguentum. Et inde תְּשׁוּרָה Thesura. idest oblatio: siue munus vel donū. 1. Reg. 9. Et sportulā nō habemus: vt demus homini dei. Pro quo hebrei legunt. Et oblatio seu munus non est nobis ad offerendum viro dei. Item שׁוּר Sur. siue שׁוֹר Sor. idest murus. Geñ. 49. Et in furore suo suffoderunt murum. & in eodē. filie discurrentes super murum. ps. 17. Et in deo meo transgrediar murum. Et in plurali שָׁרוֹת Saroth. Hiere. 5. ascendite muros eius. Ezech. 27. Naues maris principes tui. Pro quo hebrei legunt. Muri tui. idest sunt in circuitu tui quasi muri. Quod si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat principes in genere femininо:

שִׁיר
Canticus.

שִׁירָה
Carmen.

שִׁירִים
Cantica

שִׁירוֹת
Carmina.

שׁוּר
Cōsideraſ.
Intueri.
Respicer.

coronari
Aspicere.

Insidiari

Ornare.

Donare.
תְּשׁוּרָה
sportula.
Munus.

שׁוּר
שׁוֹר
Murus.

שָׁרוֹת
Muri.

שׁוּרָא אוּשׁוּרָא Muri.

vt in sequēti dictiōe dicetur. & in lingua chaldaica dr שׁוּרָא Suraia. siue אוּשׁוּרָא Vsurna. i. muri. Esd. 4. Et muros eius & parietes componentes. Et in eodem. Quia si ciuitas illa edificata fuerit & muros eius instauraverint. & in eodem. 5 Et muros eius instauraretis. & inde שׁוּרוֹת Suroth. Pro quo beatus hieronymus transtulit aceruos. Iob. 24. Inter aceruos eorum meridiati sunt. Item שׁוֹר Sor. i. bos. Exo. 22. Si bos cornu percusserit. Leuit. 22. Bos ouis & capra. Iob. 6. Aut mugiet bos: cum ante presepe plenū steterit. Et in plurali שְׁוָרִים Seuarim. Osee. 12. Ergo frustra erant in galgal boues immolantes: & secundum hoc significatum. Geñ. 49. Vbi nos habemus & in furore suo suffoderunt murū: aliqui hebrei legunt subneruauerūt bouē. & exponūt illud de ioseph qui dictus est bos vel taurus. Deut. 33. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.

שׁוּרוֹת Acerui

שׁוֹר Bos

שְׁוָרִים Boues

שׁוֹר Sur. dominari. imperare. principari. i. principatum exercere. siue principē esse. preualere. Iudi. 9. Regnauitq; abimelech super israel: trib9 annis. Pro quo hebrei legūt. Et dñatus est: siue princeps fuit abimelech super israel. Prouer. 8. Per me principes imperāt. Osee. 8. Principes steterunt: & non cognoui. & in eodem. Et in fortitudine sua directus est cum angelo. Pro quo hebrei legunt. Dominatus est: siue preualuit. & in eodem. Et ināluit ad angelum: & cōfortatus est. Vide etiam de hoc infra in dictione שָׂרָה Sara. & aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. i. Paralipo. 15. Conenias aūt princeps leuitarum prophetie prerat. Et inde שָׂר Sar. i. princeps. Exo. 2. Quis te constituit principem & iudicem. Ios. 5. Sum princeps exercitus domini. & in plurali שָׂרִים Sarim. Iob. 29. Prīcipes cessabāt loqui. ps. 118. Etenim sederunt principes: aduersum me loquebantur. & in eodem. Principes persecuti sunt me gratis Et aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. Hiere. 6. Omnes isti principes declinantes. & in genere femínino שָׂרוֹת Saroth. Iudi. 5. Vna sapientior ceteris vxoribus ei9 hec verba socrui respondebat. Pro quo he.le. Sapientiores domine seu principes eius respondebant ei. 3. Reg. 11. Fueruntq; ei vxores quasi regine septingente. Pro quo hebrei legunt. Fueruntq; ei vxores principes septingente. Ezech. 27. Naues maris principes tue. Sed in aliquibus libris hebraicis reperitur שָׂרוֹת Saroth cū puncto sebóleth. quod significat muros. vt dictū est supra in dictione precedēti. Itē מְשׂוּרָה Mesura. i. mensura. Leuit. 19. In pondere & in mensura. 1. Paralipo. 23. Et super omne pondus atq; mēsurā. & aliqñ scribitur sine mē. Esa. 28. Et ponat triticū per ordinē Pro quo he.le. Et ponat triticum in mensura. Sed in lingua chaldaica significat ordinē. sicut est in littera nostra. s. quando scribitur cum puncto sebóleth.

שׁוּרוֹת Acerui

שׁוֹר Bos

שְׁוָרִים Boues

שׁוֹר Dñari.

Imperare pricipē cē.

Preualeſ

שָׂר Princeps

שָׂרִים Pricipes

שָׂרוֹת domine

Pricipes.

מְשׂוּרָה Mensura.

Ordo

שׂוּשׂ Sos. letari. gaudere. exultare. Deut. 28. Et sicut antea letatus est dñs super vos bene vobis faciens: sic letabitur disperdēs vos. & in eodē. 30. Et gaudeat super te in omnibus bonis: sicut gauisus est in patrib9 tuis. ps. 69. Exultēt & letentur in te. ps. 118. Letabor ego super eloquia tua. Esa. 35. Letabitur deserta & inuia. & in eodē. 61. Gaudens gaudebo in dño. & in eodē. 64. Occurristi letanti & facienti iustitiam. & in eodē. 66. Gaudete cū ea gaudio. Et inde מָשׂוֹשׂ Masos. i. gaudiū siue letitia: & vt in p̄dicto loco. Iob. 8. Hec est enim letitia vie eius. Threñ. 2. Gaudiū vniuerse terre. & inde שָׂשׂוֹן Sason. i. gaudium seu letitia. ps. 44. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. ps. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui.

שׂוּשׂ Letari

Exultare.

Gaudere

מָשׂוֹשׂ Letitia

Gaudium.

שָׂשׂוֹן Letitia.

שׂוּת Soth. ponere. imponere. statuere. Geñ. 4. Posuit mihi dñs semē alind. Exo. 7. Neq; apposuit cor etiā hac vice. & in eodem. 10. Vt faciā signa mea hec in eo. Pro quo hebrei legunt. Vt ponā signa mea hec in eo. & in eodē. 23. Ponāq; termios tuos a mari rubro vsq; ad mare philistinorum. 1. Reg. 4. Que non respondit eis: neq; animaduertit. p quo hebrei legunt. Neq; apposuit cor suū. Iob. 7. Quid apponis erga eum cor tuū. & in eodem. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Pro quo he.le. Et hic pones. i. depones superbiam fluctuū tuorū. & est sensus sicut in littera nostra. ps. 3. Non timebo millia populi circūdantis me. pro quo hebrei legūt. Non timebo millia populi: qui in circuitu posuerunt super me. s. obsidionem. ps. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terra. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Oculos suos posuerūt. ps. 48. Sicut oues in infernū positi sunt. Prouer. 22. Appone autem cor tuū ad doctrinā meam. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbrā tuam. & in eodē. 22. Et equites ponent sedes suas in portis. Hiere. 13. Et ponet eam in vmbrā mortis: & in caliginem. Pro quo he.le. & ponet eā in vmbra mortis: & ponet in caligínem. Ponitur etiam pro dimittere. Iob. 10. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meū. Et inde שְׂאֵת Sith. idest ornamentū quod mulieres ponūt super se. Prouer. 7. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio. Ponitur ēt pro iniquitate. ps. 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. Et inde שֵׁת Sath. i. fundamentū. & solum inuenitur in numero plurali. s. שְׁתוֹת Sathoth. ps. 10. Quoniā quem perfecisti destruxerūt. Pro quo hebrei legunt. Quoniā fundamenta dissipata sunt. beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit leges: que sunt quasi fundamenta. alii vero dicunt q̄ significat retia: sicut Esa. 19. Vbi nos habemus. & erunt irrigua eius flectentia. Pro quo ipsi legūt. Et erūt retia eius attrita vel dissipata. Potest etiā deriuari a dictione שָׁתָה satha que significat irrigua sicut est in littera nr̄a. Itē שֵׁת Seth. i. locus natiū: seu verēda. Esa. 20. Discooptis natibus ad ignominiā egypti. Et in plurali שְׁתוֹת Sathoth. 2. Reg. 10. Et precidit vestes eorum medias vsq; ad nates.

dimittere. שְׂאֵת

Ornatus Iniquitas

שֵׁת שְׁתוֹת Fūdamēta

Reges.

שׁוֹת Nates. שְׁתוֹת Nates.

שׁזב Sazab. in lingua chaldaica signāt liberare: seu eripere. Dañ. 3. Quis est de9 qui eripiet vos de manu mea. & in eodem. Potest eripere nos de camino ignis ardētis: & de manu tua o rex liberare.

שׁזף Sazaph. aspicere. intueri. Iob. 28. Nec intuitus est eū oculus vulturis. Cāti. 1. Decolorauit me sol. Pro quo he.le. Aspexit me vel intuitus est me sol.

שׁזר Sazar. retortū. s. filū duplicatū & retortū. & scribitur cū mē in principio & dicitur מָשְׁזָר Moszar. Exo. 27 De byſſo retorta.

שׁחח Sachach. curuare. humiliare. inclinare. Iob. 9. Sub quo curuātur qui portāt orbē. & in eo. zz. Et qui īcli nauerit oculos suos saluabitur. & in eo. 38. Qñ cubāt in antris. i. qñ curuātur vel humiliātur in antris. ps. 9. Inclinauit se & cadet. ps. 37. Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finē. ps. 41. Quare tristis es aīa mea. Pro quo btūs hiero. in psal. iuxta. he.ve. trāstulit. Quare īcuruaris aīa mea. ps. 106. Et pauci facti sunt: & vexati. p quo he.le. Et pauci facti sūt: & humiliati vel incuruati sunt. Prouer. 14. iacebūt mali aī bonos. i. humiliātur vel incuruātur. Eccl's. 1. Et obsurdescēt oēs filie carminis. p quo he.le. & humiliabūtur oēs filie carminis. i. submissa voce canēt: nō valētes vocē eleuare. Esa. z Et incuruabit se hō. & in eo. Et incuruabitur oīs sublimitas hoīm. & in eo. 25. Et humiliabūtur & detrahētur vsq; ī terrā. & in eo. 60. Et venient ad te curui: filii eorū qui humiliauerunt te. Threñ. 3. Et tabescet in me aīa mea. p quo he.le. Et curuatur siue humiliatur ī me aīa mea. Mich. 6. Et humiliatio tua in medio tui. Abach. 3. Incuruati sunt colles seculi. Vide etiā de hoc infra in dictione שָׂחָה Sacha.

שׁזב Eripere Liberare.

שׁזף Intuerī decolorar. Aspicere

שׁזר כְּשׁזָר Retortum

שׁחח curuare. Inclinare

Humiliar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

שָׂחַח Natare

שָׂחָה Sachach. natare. ps.5. Lauabo p singulas noctes lectulū meū. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. trāstulit. Natare faciā tota nocte lectū meū. Esa.25. Sicut extē dit natans ad natādū. Ezech.47. Qm̄ intumuerāt aq̄ pfunde torrētis. p q̄ he.le. qm̄ intumuerūt aq̄ natatorie torrētis i. aque erāt tā pfunde: q nō poterāt trāsuadari nisi natādo.

שׁוֹחַד Munus

שֹׁחַד Sochad. munus seu donum. aut repetunde. Exo.23. Nec accipies munera: que etiam excecant prudentes. Deut.16. Nō accipies psonā neq munera: quia munera excecant oculos sapientum. 1. Reg.8. Acceperunt munera & peruerterūt iudicium. 4. Reg.16. Misit regi assyriorū munera. ps.14. Et munera super innocentem nō accepit. Esa. 45. Nō in precio neq in muneribus. & in hebreo declinatur tantum singulariter & caret numero plurali. & inde verbum שָׁחַד Sichad: quod significat donare siue munera dare vel accipere. Iob.6. De substantia vestra donate mihi. Pro quo hebrei legunt. Donate pro me. Ezech.16. Et dona donabas eis: vt intrarent ad te.

שׁוּחַר Donare.

שָׁחָה Sacha. curuare. incuruare. humiliare. inclinare. adorare. Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. & in eodem.12. Meror in corde viri humiliabit illum. Esa. 51. Qui dixerūt anime tue incuruare: vt transeamus. Et in de שְׁחוּת Sachuth. i. curuatio: siue interit?. Prouer.28. In interitu suo corruet. vide etiam de hoc supra in dictione שָׁחַח Sachach. & quando est verbum quarte cōiugationis tunc significat adorare. eo quod adorantes inclināt se proni in terra. vt Geñ.18. Et adorauit in terra. & ī eodem.33. Adorauit pnus in terra septies. Exo.24. Et adorabitis procul. 2. Reg 15. Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum. p quo hebrei legunt. Vt adoraret vel inclinaretur illi. & in eodem. Cūq ascenderet dauid sūmitatē montis in quo adoraturus erat. & in eodē.16. Oro vt inueniam gratiā coram te dñe mi rex. Pro quo hebrei legunt. Adoro. i. grās ago. inueni gratiā coram te. Ezech.8. Et adorabāt ortum solis. & in eo 46. Adorabunt super limen porte. Et inde הִשְׁתַּחֲוָיָה histhachauaia. i. adoratio. 4. Reg.5. adorāte eo ī eodē loco: & ignoscat mihi deus seruo tuo. Pro quo he.le. In adoratione mea in domo remon ignoscat dñs seruo tuo.

Inclinare Humiliaf. Interitus Adorare Adoratio.

שָׁחַט Immolaf Occidere. Mactare. Jugulare.

שְׁחִיטָה Occisio. Vulneraf. puriſſimū

שָׁחוּט Sachat. iugulare. decollare. immolare. occidere. mactare. Geñ.22. Et arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et in eodem.37. Et in sanguine hedi quē occiderant tinxerunt. Leuit.1. Immolabitq vitulum corā dño Nu.11. Nunquid ouiū vel boum multitudo cedetur. i. occidetur vel iugulabitur. 1. Reg.14. Tulit oues & boues & vitulos & mactauerūt in terra. & in eodē. Et occidite super istud 4. Reg.25. Filios autē sedechie occidit corā eo. z. Paralipo. 30. Immolauerunt autē phase. Esa.22. Et iugulare arietes. & in eodem.57. Immolātes paruulos in torrentibus. Et in eodē.66. Qui immolat bouē quasi interficiat virum. Osee. 5. Et victimas declinastis in pfundū. Pro quo hebrei legūt. Et immolare siue iugulare declinatores ī profundum. idest declinantes a via recta: profunde immolabant idolis. Et in de שְׁחִיטָה Sechita. i. iugulatio vel occisio. z. Paralip. 30. Immolauerunt leuite phase: his qui non occurrerant sanctificari domino. Pro quo hebrei legunt. Et leuite super occisionem vel immolationem pascharum: idest agnorū qui immolabātur in pascha. Ponitur etiam pro vulnerare. Hiere. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum. Vbi pro vulnerans ponitur שָׁחוּט Sachut. & aliqui hebrei dicunt q in predicto loco significat limatam vel politam aut tersam a rubigine. Et inde dicitur זָהָב שָׁחוּט Zahab Sachut. i. aurum puriſſimū. scilicet a rubigine. 3. Reg.10. Fecitq rex salomon ducenta scuta de auro puriſſimo. & aliqui he.le. de auro ductili.

שָׂחַט Exprimere

שָׂחַט Sachat. exprimere. Geñ.40. Et expressi in calicem quē tenebam. & solum inuenitur in predicto loco.

שָׂחַל Leena. aspis.

שָׂחַל Sachal. leena. aspis. Iob.4. Rugitus leonis & vox leene. Et in eodem.28. Nec pertransiuit per eam leena Osee.13. Et ero eis quasi leena. Ponitur etiam pro aspide. ps.90. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Itē שַׂחֶלֶת Sacheleth. genus est gūmi. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit onycham. idest coloris vnguinis. Exo.30. Sume tibi aromata stactem & onycham & galbanum.

שְׂחִין Ulcer

שְׂחִין Sechin. scabies. vlcer. Exo.9. Erunt enim in hominibus & in iumentis vlcera. Deut.28. Percutiat te deus vlcere pessimo.

שְׁחִס Poma Que spōte nascūtur

שְׁחִס Sachis. illud quod gignit terra ex granis semētis in messe cadentib?: vel quod sponte nascitur. Pro quo beatus hieronymus transtulit poma. Esa.37. In anno secūdo pomis vescere. Pro quo hebrei legunt. Et anno secundo que sponte nascuntur. Et aliquando scribitur cum sámach in principio & sin in fine. 4. Reg.19. In quarto autem anno que sponte nascuntur

שְׂחִפָּה Egestas.

שָׂחַף Sacheph. egestas. & scribitur cum thau in fine & dicitur שַׂחֶפֶת sachépheth. Deut.28. Percutiat te domin? egestate. Et solū inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei q significat calorem excessiuum. Alii vero dicūt q significat tu morē corporis: sicut fit in hydropicis. Itē שָׂחַף Sachaph. nomen est auis. Pro quo beatus hiero. trāstulit larum. Leuit.11. Et larum & accipitrem.

שָׂחַף Larus

שְׂחִיף Stratum.

שְׂחִיף Sachiph. tabulatum. siue stratum ligneū. Ezech.41. Stratūq ligno per gyrum.

שְׂחִין Supbia.

שָׂחַץ Sachas. superbia. Iob.41. Ipse est rex super omnes filios superbie. In alio vero loco beat? hieronymus transtulit institorē. Vt supra in eodem.28. Non calcauerūt eam filii institorum. potest etiam legi filii superbie.

Institores

שָׂחַק Cōtūdere. Excauare Cōminuer

שָׂחַק Sachac. contundere. cōminuere. Exo.30. Cūq in tenuissimū puluerem vniuersa contuderis. Iob.14. Lapides excauāt aq̄. i. cōminuūt. ps.17. Et cōminuā eos vt puluerem ante faciem venti. Et inde שְׂחַק Sachac. i. puluis tenuissimus qui adheret statere. Btūs hieronymus transtulit momentum. Esa.40. Et quasi momentū statere reputate sunt. Item שְׂחָק Sachac. i. celum seu ether aut nubes. ps. 88. Et testis in celo fidelis. & in eodē. Quis in nubib? equabitur dño. Pro quo he.le. Quis in celo equabitur dño. Pōt etiā legi sicut est in littera nra. Et in plu. שְׂחָקִים Sechacim. Iob.38. Quis enarrabit celorū rationē. ps.17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Tenebrosa aqua in nubib? etheris. Ponitur etiā pro nubibus. Deut.33. Magnificētia eius discurrūt nubes. Iob.36. Que de nubibus fluunt. ps.35. Et veritas tua vsq ad nubes. Potest etiam legi vsq ad celos.

Womētuz Celum. Nubes. Celi. Ether. Nubes

שָׂחַק Ridere.

שָׂחַק Sachac. ridere. irridere. ludere. illudere. Abach.1. Ipse super omnē munitionē ridebit. Et cōmuniter scribitur cum littera sádic. De quo vide supra in dictione צָחַק Sachac cū sádic in prima. signāt etiā irridere. 2. Paralipo. 39. Illis aūt irridētibus & subsanātibus eos. Threñ.1. Et deriserūt sabbata ei?. Itē signāt ludere. Iudi.16. Vt vocarēt sāsō: & añ eos luderet. 2. Reg.6. Dauid aūt & oīs israel ludebāt corā dño. & inde מִשְׂחָק Misshac. i. ridiculū. Abach.1. Et tyrānі ridiculū ei? erunt. Et inde שְׂחוֹק Sechoc. i. derisus: ludus. Iudi.16. Expectantes ludētē sāson. p quo he.le. Expectātes ludū samson. Eccls.2. Risū putaui errorē. & ī eo.10. In risu faciūt panē· & inde nomē ppriū יִשְׂחָק Isaac. qđ interptatur risus. Geñ.12. Vocauit abraam nomē filii sui quē genuit ei sarra isaac. Et licet ibi scribatur cū lra sádic: tamen aliqñ scribitur cū sin. ps.104. Et iuramenti sui cū isaac. Ponitur etiā

Irridere Deridere. Ludere Ridiculū. Ludus Risus Isaac.

יְשָׁחַק Idolum

Isaac pro idolo: eo quod idolū est opus dignū risu seu ridiculū. Amos.7. Et demolientur excelsa idoli. Et in eo. Et nō stillabis super domum idoli.

שָׁחַר Denigrari שְׁחוֹר Niger. שְׁחוֹרָה Nigra. Fusca שְׁחוֹר Carbo. שִׁיחוֹר Turbidus שָׁחַר Mane. aurora Diluculū.

שָׁחַר Sachar. nigrescere. denigrari. nigrū esse. Iob.30. Cutis mea denigrata est sup me. & inde שְׁחוֹר Sechor .i. niger. Leuit.13. Et capillū nigrū. & in ge.fe. שְׁחוֹרָה sechora siue שְׁחַרְחֹרֶת Secharchóreth. Canti.1. Nigra sum sed formosa. & in eo. Nolite me cōsiderare q̄ fusca sim .i. nigra. & inde שְׁחוֹר Sachor .i. carbo: eo quod est niger. Threñ. 4. de nigrata est sup carbones facies eorū. & inde fluuius egypti dr̄ שִׁיחוֹר Sichor. Eo qđ habet aquā turbidam. Ios.13. a fluuio turbido qui irrigat egyptū. Hiere.2. Vt bibas aquā turbidam. Item שָׁחַר Sachar .i. mane seu diluculū aut aurora. Geñ.19. Cumq̄ esset mane cogebāt eū angeli. & in eo. 32. Iam enim ascēdit aurora. Iob.38. Nunquid post ortū tuū precepisti diluculo. Esa. 14. Lucifer qui mane oriebaris. Osee.6. quasi diluculū preparatus egressus eius. Et in eo. 11. Sicut mane transiit. Ioel.2. Quasi mane expansū super montes. Et aliqñ scribitur cū mē in principio & dr̄ מִשְׁחַר Mischar. p̄s.109 Ex vtero ante luciferum genui te. pro quo btūs hiero. in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. De vulua orietur tibi ros adolescētie tue .i. mane orietur. & inde verbū שָׁחַר Sacher qđ signāt manicare siue mane surgere vel mane quere. Iob.7. & si mane me quesieris non subsistam. & in eo. 8. Et si diluculo consurrexeris ad deū. & in eo.24. Vigilātesq̄ ad predā .i. mane surgētes. Ps.62. Ad te de luce vigilo p̄s.77. & diluculo veniebāt ad deum. Prouer.1. Mane cōsurgent & nō inuenient me. & in eo.8. & qui mane vigilāt ad me inuenient me. & in eodem.11. Bene consurgit diluculo qui querit bona. & in eo.13. Qui aūt diligit illū: instanter erudit. pro quo he.le. Qui aūt diligit illum: euigilat illū ad eruditionē. Esa.26. De mane vigilabo ad te. Osee.6. In tribulatiōe sua mane cōsurgēt ad me. Ponitur ēt pro desiderare. Prouer.7. Desiderans te videre. Sed ētī predicto loco he.le. Vt mane cōsurgerē ante faciē tuā. & inde שַׁחֲרוּת sachruth .i. pueritia scd̄m hebreos: que est quasi mane ī homine. btūs hiero. trāstulit voluptatē. Eccl's.12. adolescentia & voluptas vana sunt. ponitur ēt שָׁחַר Sachar p̄ luce matutina. Esa.8. Nō erit eis lux matutina. ponitur ēt pro ortu. Esa.47. Veniet super te malum: & nescies ortum eius.

מְשָׁחַר Oriri māe oriri. שַׁחַר māe q̄rere Diluculo cōsurgere Vigilare Mane surgere

Desiderare שַׁחֲרוּת Pueritia

Voluptas שָׁחַר Lux matutina. Ortus

שָׁחַת Corrūpere Cōputre. scere putrescere

שָׁחַת Sachath. corrūpere. putrescere. delere. dissīpare. perdere. disperdere. peccare. Geñ.6. Corrupta est aūt terra corā deo. Et in eo. Cūq̄ vidisset deus terrā esse corruptā: omis quippe caro corrupat viā suā. Hiere.13. Et ecce computruerat lūbare .i. corruptū fuerat. Et in eo. Sic putrescere faciā supbiā iuda. & in eo.51. qui corrūpis vniuersā terrā. Naum.2. Et propagines eius corruperunt. Malach.3. & non corrūpet fructus terre. Signāt ēt violare seu irritū facere. Amos.1. Et violauerit mām eius. Malach.2. Irritū fecistis pactū leui. Signāt ēt delere vel dissīpare. aut p̄dere siue dispdere. Geñ.6. Et ego disperdā eos cū terra. & in eo.18. Nō delebo .i. nō dispdā si inuenero ibi quadraginta quinq̄. Et in eo.19. Delebimus locū istū. & in eo. Quia delebit dñs ciuitatē hanc. Nu.22. Et vos causa eritis necis oīum. pro quo he.le. Et disperdetis vel perdetis omnem populum istum. Deut.9. Ne disperdas populū tuū. 2. Reg. 20. Moliebātur destruere murū. pro quo he.le. Dissīpabāt ad diruendū murum. Prouer.23. Et perdes pulchros sermones tuos. Hiere. 5. Ascēdite muros eius & dissīpate. Ezech.25. Interficientes & implētes inimicitias veteres. pro quo he.le. Ad dispdendum & dissīpandum inimicitia seculi .i. propter inimicitiam veterem. Ponitur etiam pro peccare. Exo.32. Peccauit populus tuus. Deut.31. Noui ego q̄ post mortem meā iniquē agetis. idest peccabitis. & in eo.32. Peccauerunt ei. Osee.9. Profunde peccauerunt sicut in diebus gabaa. & in de מָשְׁחַת Moschath .i. corruptū: seu debile vl' defforme. Leuit.22. Quia corrupta & maculata sunt omnia Malach. 1. Et votū faciens: immolat debile dño. Ponitur ēt pro inglorio. Esa.52. Sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Et inde מַשְׁחִית maschith .i. dissīpans vel disperdens aut corrūpens. Prouer.18. Frater est opa dissīpantis. & in eo.28. Particeps homicide est. Pro quo he.le. Particeps est viro dissīpanti vel corrūpēti. Hiere.51. Ecce ego ad te mons pestifer pro quo hebrei legunt. Dissīpans aut disperdēs vel corrūpens. vnde sequitur qui corrumpis vniuersam terram. Ponitur etiam pro interfectione vel internitione. Ezech.9. & vnusquisq̄ vas interfectiōis habens in manu sua. Et in eo. 21. Fabricantium interitū. Ponitur ēt pro laqueo vel pedica qua aues capiuntur. Hiere.5. Laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. ponitur etiam pro macie vel deformitate. Dañ.10. Sed species mea mutata est in me: & emarcui. pro quo he.le. Et species mea mutata est in me in maciem vel deformitatē. est ēt nomē mōtis p̄pe ierusalem. Pro quo btūs hiero. transtulit offensionē. 4. Regū.23. Excelsa quoq̄ que erāt in ierusalē ad dexterā partē montis offēsionis. & inde שַׁחַת Sachath .i. corruptio siue interitus. Ps.15. Nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Ponitur ēt p̄ fouea vel sepulchro. Quod est locus corruptiōis. p̄s.93. Donec fodiatur peccatori fouea: De quo vide supra in dictiōe שׁוּחַ Súach. & in plu. שְׁחִיתוֹת Sechithoth. p̄s.105. & eripuit eos de internitiōibus eorū. Ponitur ēt p̄ peccatis. Threñ. 4. Captus in peccatis nr̄is. & inde שְׁחִיתָא Sechitha. quod ī lingua chaldaica signāt deceptionē. Dañ.2. Quod iterpta tionē quoq̄ fallacē & deceptione plenam composueritis.

מְשָׁחַת Corruptus Debile. Inglorius. מַשְׁחִית Dissipās

Pestifer. corrūpēs.

interfectio. Interitus

Pedica

Macies.

Offensio שַׁחַת corruptio

Fouea שְׁחִיתוֹת Internitiōes Peccata. שְׁחִיתָא Deceptio. שָׁבוֹת Errare

שָׁטָה Errare declinare. abstrahere.

שָׁטָה Sata. errare. Preuaricari. auertere. diuertere. declinare. s.a via recta Nu.5. Vir cuius vxor errauerit. & in eo. Et si nō polluta est deserto mariti thoro. pro quo he.le. Et si non declinasti siue diuertisti pollutione sub viro tuo. idest a viro tuo. & in eo. Sin aūt declīasti a viro tuo atq̄ polluta es. Prouer.4. Declina & defer eam. & in eo.7. Ne abstrahatur in viis suis mens tua. pro quo he.le. ne diuertat siue declinet in viis eius cor tuum. Osee.5. & victimas declinastis in profundū. & inde שָׂטִים Satim. siue שָׂטֵי sate .i. preuaricationes siue auersiones. p̄s.39. & nō respexit in vanitates & insanias falsas. pro quo he.le. nō respexit ad supbias & p̄uaricatiōes mēdacii. & aliqñ scribitur cū sámach loco sin. Ps.100. Facientes preuaricationes odiui.

שָׂטִים Insanie Preuaricationes

שָׁטַח Expādere.

שָׁטַח Satach. expandere. extendere. Nu.11. Et siccauerunt eas per gyrum castrorum. Pro quo he.le. Expanderunt siue extenderunt eas per gyrum castrorū. s. ad exsiccādum eas. 2. Regum.17. Et expandit velamen super os putei. Iob.12. Et subuersas in integrum restituet. Pro quo hebrei legunt. Expandens gētes & deducit eas: siue requiescere facit eas. Ps.87. Expandi ad te manus meas. Hiere.8. & expandent ea ad solem & lunam. Et inde מִשְׁטַח Mistach. idest locus vbi aliquid extenditur ad exsiccandum. Ezech. 26. Siccatio sagenarum erit in medio maris. p̄ quo hebrei legunt. Extensio sagenarum erit in medio maris. idest locus vbi sagene extendantur ad exsiccandum eas.

מִשְׁטַח Siccatio Extensio.

שָׂטַם Odire

שָׂטַם Satham. Odire. odium habere. cōminari. Geñ.27. Oderat autem esau Iacob. Et in eodem.49. Inuiderunt q̄ illi habentes iacula. Pro quo hebrei legunt. Oderūt siue comminati sunt illi. Et in eodem.50. Ne forte memor sit iniurie quam passus est. Pro quo hebrei legunt. Ne forte comminatus sit nobis ioseph. Iob.16. & comminās mihi infremuit contra me. & inde מַשְׂטֵמָה Mastema. idest cō-

Cōminari מַשְׂטֵמָה

mínatio síue odium. Beatus hieronymus tranſtulit amentiam vel inſaniam. Oſee. 9. Propter multitudinem iniquitatis tue & multitudinem amentie. & in eodem. Inſania in domo dei eius.

Amentia. Inſania

שָׂטָן Satan. aduerſari. contrarium eſſe. ps. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. Pro quo beatꝰ hieronymus in ps. iuxta he. ve. tranſtulit. Aduerſabantur mihi. Et in eodem. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Qui aduerſabantur mihi. Zach. 3. Et ſathan ſtabat aduerſus eum vt aduerſaretur ei. & inde שָׂטָן Sathan. ideſt aduerſarius ſeu contrarius. vt ī predicto loco. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps. 108. & diabolus ſtet a dextris eius. vbi ponitur pro diabolo. & inde שִׂטְנָה Sitna. ideſt aduerſatio ſiue inimicitia. Geñ. 26. Appellauitq; eum inimicitiam.

Aduerſari

שָׂטָן aduerſarꝰ diabolus.

שִׂטְנָה inimicitia

שָׂטַף Sataph. Lauare inundare. obruere. Leuit. 6. Defricabitur & lauabitur aqua. & in eo. Non lotis ante manibus. Pro quo hebrei legunt. Et manus ſuas non lauit aqua. & in eodem. Vas autē ligneum lauabitur aqua. 3. Reg. 22. Et lauerunt currus eius in piſcina ſamarie. Significat ēt inundare vel obruere. Iob. 14. Paulatim terra conſumitur. ideſt inundatur. Ps. 77. Et torrentes inundauerunt Canti. 8. Et flumina non obruent illam. ideſt non inundabunt. Eſa. 8. Inundans & tranſiens. & in eodem. 10. Inundabit iuſtitiam. Et in eodem. 28. Flagellum inundans cū tranſierit. Eſa. 30. Spiritus eius velut torrens inundans. Hiere. 47 & erit quaſi torrens inundans: & cooperiet terram. Ezech. 13. Erit enim imber inundans. Dañ. 11. & veniet properans & inundans. Significat etiam ire cū impetu. Hiere. 8. Quaſi equus impetu vadens in prelio. Pōitur etiam pro expugnare cum impetu & inundatione bellantium. Dañ. 11. & brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius. Et in eodem. Et exercitus eius opprimetur. p quo hele. Et exercitus eius inundabit. ideſt expugnabit. poteſt etiam legi expugnabitur ſiue inundabitur. & inde שֶׂטֶף Seteph. ideſt inundatio ſiue diluuium. Ps. 31. Veruntamē in diluuio aquarum multarum.

Lauare.

Inſudat. Obruere

Ire cū ſpetu.

Expugnaꝝ

שֶׂטֶף Diluuium

Noratha.pro.naarátha.

O

OBed.2.Paralip.15.&.28.pro oded.
Obediel.pro.obed.
Obeth.pro.oded.
Ophal.pro.ophlal.
Ophir.Hiere.10.pro.ophaz
Olympiadē.ad Ro.16.p.olympā.
Orodí.pro.ororí.
Oſía.pro.ozía.
Oſíau.pro.oziáu.
Othim.pro.othni.
Oza.1.Paralip.16.pro.oſa.
Ozam.pro.oza.
Ozazín.pro.ozaziu.
Ozenzara.pro.ozenſara.
Ozías.1.Paralip.3.pro.ochozías.
Ozías.Hiere.42.&.43.pro.oſías
Oziel.1.Paralip.27.pro.ozriel.

P

PEdno.pro.apedno.
PPríſca.ad Ro.16.a.& .pria ad Corinth.16.d.&.2.ad Thimothe.4.d.pro.príſcilla.

R

RAbſaces.pro.rabſares.
RRaphaim.1.Paralip.20.in fine.pro rapha
Rama.1.Reg.30.pro.horma.
Ramoth.Eſd.10.pro.ieramoth.
Rapſaces.pro.rabſaces.
Rapſaces.Hiere.39.pro.rabſares.
Rapſarís.pro.rabſaris.
Rechia.pro.rehia.
Regma.1.Paralip.7.pro.regina.
Rehem.pro.récem.
Remoth.pro.meremoth.
Reſemophim.pro.mophim.
Rímma.pro.rina.
Rimoth.pro.ierimoth.
Roma.1.Reg.30.pro.arama.
Romethiezer.pro.romemthiézer
Roth.pro.atharoth.

S

SAba.3.Reg.11.d.pro.ſoba.
SSabad pro elzabad

Saban.pro.ſabam.
Sabe.pro.ſaue.
Saber.Geñ.46.pro.ſaher.
Sabías.pro.aſabías.
Sabud.pro.zabud.
Sacha.pro.ſachacha.
Sachur.pro.zachur.
Saphan.1.Paralíp.5.pro.ſapham.
Saphata.pro.ſaphatía.
Saíe.pro.ſage.
Salmana.Oſce.10.pro.ſalman.
Salum.pro.ſalu.
Samma.1.Paralíp.3.pro.hoſama.
Samathías.pro.ſamachías.
Sameron.pro.ſameronmeron.
Samroth.pro.ſamoth.
Sanamím.pro.ſananím.
Sanír.Deut.4.pro.ſeon.
Sanír.Iudi.10.pro.ſamir.
Sara.1.Paralíp.1.pro.zara.
Sarahím.pro.ſaharim.
Saraía.1.Paralíp.9.pro ſaaria.
Sareth.pro.ſared.
Saríth.pro.ſarid.
Sarma.pro.harma.
Sarona.pro.ſaron.
Sarſathín.pro.ſarſachím.
Saruch.pro.ſarug.
Saul.1.Reg.13.d.vbí dícitur ad terram ſaul.pro.ſual.
Scharíoth.pro.íſcaríoth.
Scena.pro.ſceua.
Sebechaí.pro.ſebethaí.
Sebenía.Nee.11.pro.ſemeía.
Sebna.pro.ſebnía.
Sechamonítes.pro. ſelechāmōítes
Sechar.pro.ſeza.
Sechenía.Nee.10.pro.ſebenía.
Sechrí.pro.ſethrí.
Seddo.pro.ſedoch.
Sephan.pro.ſepham.
Sephiphíma.pro.ſephím.
Sephua.pro.ſephu.
Sephupham.pro.ſephuphan.
Seyr.4.Reg.11.pro.ſur.
Seyra.1.Paralíp.7.pro.ſyra.
Sellaía.pro.ſellaí.
Selebím.pro.ſelebín.
Selemau.pro.ſelemíau.
Selmaí.pro.ſemlaí.
Selmon.Nee.7.pro.ſelmaí.
Selo.pro.ſeleph.
Sellum . Nee.3.d. vbí dícitur ſellū filíus colozaí.pro.ſellun.
Sellum.Nee.11.&.12.pro.ſellu.
Semei.Hiere.26.pro.ſemeía.
Semeías.1.Paralíp.25.&.27.pro. ſemeí.
Semerō.2.Paralíp.13.p.ſemerím.
Semramíte.pro.ſemraníte.
Sennaar.Geñ.14.a.vbí dícitur.Et contra ſennaar regem adame.p ſenaab.
Senía.pro.ſema.
Sennim.pro.ſenanim.
Senon.pro.ſeon.
Seor.1.Reg.9.pro.ſeror.
Serím.pro.herím.
Seruch.pro.ſerug.
Seſban.pro.ſeſbaz.
Seſenna.pro.ſeſema.
Sethaí.pro.ſebthaí.
Sethía.pro.ſechía.
Síba.2.Reg.20.in fine. pro.ſíua.
Síban.pro.ſíuan.
Sichar.pro.ſíchem.
Sícelech.pro.ſíceleg.
Sína.Deut.33.& Eccl'í.48.p.ſínaí
Soba.Geñ.14.pro.hoba.
Sobal. p̄s.59.& Iudí.3. pro. ſoba.
Sochoth.Ioſ.15.&.1.Reg.17.&.19 pro.ſocho.
Sophat.pro.ſophach.
Soreth.pro.ſorech.
Staburzanaí.pro.ſtarbuzanaí.
Supham.pro.ſephupham.
Sunamítís.Cant.6.&.7 . pro.ſulamítís.
Surí.pro.vrí.

T

TAbítacumí.Marc.5.d.pro.talithacúmí.
Tachaſín.pro.ítachaſín.
Tebon.pro.chebon.
Tethron.pro.cethron.
Títíchus.pro.tychícus.
Tubal.Geñ.4.pro.íubal.

Th.

Thabítacumí.pro.talithacúmí.
Thacan.pro.thartach.
Thalaſſa.Act.27.pro.laſſea.
Thamnatſare . Iudí.2 . pro.thamnatáres.
Thana.pro.thanac.
Thanna.pro.thamna.
Thanam.pro.thanach.
Thannam.pro.thamna.
Thananí.pro.chananí.
Thane.pro.thanach.
Thanes.pro.hanes.
Thantannaí.pro.thathanaí.
Thapſam.pro.thapſa.
Theglatphalaſar.1.Paralíp.5.&.2. Paralíp.28. pro. thelgatphalnáſar.
Theman.Iob.6.& Hiere. 25.pro. thema.
Thenath.pro.tenach.
Thethel.pro.thechel.
Thoſan.pro.coſam.
Thubal.Geñ.4.pro.íubal.

V

VAíſatha.pro.vaizátha.
Vraí.pro.íraí.
Vſan.pro.vſim.

Z

ZAban.pro.zauan.
ZZabath.pro.zabad.
Zabdías.pro.zabdí.
Zabeth.pro.zabed.
Zachaí.Nee.3.pro.zabaí.
Zadab.pro.zabad.
Zamrí.1.Paralíp.11.pro.ſamrí.
Zamrí.Nee.3.pro.amrí.
Zaraías.1.Paralípo.6.pro .ſaraías.
Zarath.pro.zethar.
Zaree.pro.zaría.
Zaree.4.Reg.25.pro.carée.
Zareth.pro.zared.
Zarías.1.Paralíp.6.pro.ſarías.
Zathan.pro.zatham.
Zethan.pro.zetham.
Zethar.pro.ſethar.
Ziza.1.Paralíp.23.pro.zína.
Zocho.pro.ſocho.
Zomím.pro.zomzomím.

Finís.

Introductiones artis grāmatice hebraice. Et primo de modo legendi & pronūciādi



D habendam noticiam hebraice lingue: in qua ſcripturam ſacram veteris teſtamenti conſtat eſſe conſcriptā: neceſſaria eſt cognitio artis proprie & peculiaris illius lingue: quam greci grammaticam: latini rem litterariam appellant. Sed quia grammaticam precedit emendata lectio: que ex figuris litterarum cum ſuis vocibus conſtat: ideo imprimis eſt aduertendum viginti duas litteras ſiue prolationes eſſe apud hebreos: figuras vero ipſarum litterarum eſſe viginti ſeptem. Nam quinque illarum duplicantur. quia licet ſeruent eundem ſonū: diuerſis tamen characteribus figurantur. Et etiam quia per eas aliter ſcribuntur principia & media dictionū: aliter fines. Sunt preterea apud eos omnes he littere conſonantes. Et ad deſignandas quinque vocales noſtras vtuntur duodecim apicibus: ex quibus & illis viginti duabus litteris lingue hebraice lectio conſtat. Sed quia littere accidunt tria. Nomen. Figura. Poteſtas: alphabetum hebraicum diſpoſuimus in tribus columelis ſiue ordinibus: in quibus tria illa accidētia e regione verſuum explicauimus. Sed imprimis alphabetum ipſum recto ordine poſuimus.

táu sī res coph ſádic ſádic phe pe aáin ſámach nū nū mē mē lámed chaph caph íod teth heth záin váu he dálet gimal beth áleph

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ך ל מ ם נ ן ס ע פ ף צ ץ ק ר ש ת

Nomen.		Figura.		Poteſtas.
áleph.	אָלֶף	א		A
Beth	בֵּית	ב		b
Gimal.	גִּימֶל	ג		g
Dáleth.	דָּלֶת	ד		d
He.	הֵא	ה		h
Váu.	וַיו	ו		v
Záin.	זַיִן	ז		z
Heth.	חֵית	ח		ch
Teth.	טֵית	ט		t
Iod.	יוֹד	י		i
Caph:Chaph.	כַּף: כָּף	כ	ך	c ch
Lámed.	לָמֶד	ל		l
Mem:Mem.	מֵם מֵם	מ	ם	m m
Nun: Nun.	נוּן נון	נ	ן	n n
Sámach.	סָמֶךְ	ס		s
Aáin.	עַיִן	ע		a
Pe: Phe.	פֵּא פָּא	פ	ף	p ph
Sádic: Sádic.	צָדִיק צַדִיק	צ	ץ	s s
Coph.	קוֹף	ק		c
Res.	רֵישׁ	ר		r
Sin.	שִׁין	ש		ſ
Táu.	תָּיו	ת		th

Sequuntur duodecim ſigna ſiue apices quibus hebrei vtuntur ad deſignādū quīque vocales nr̄as ordine ſupra diſpoſito.

Nomina apicum.		Figura.		Poteſtas.
Pathach.	פַּתָח	ַ	אַ	A
Cames.	קָמֶץ	ָ	אָ	a
Hateph pathach	חָטֵף פַּתָח	ֲ	אֲ	a
Cere.	צֵירֵי	ֵ	אֵ	e
Segol.	סֶגוֹל	ֶ	אֶ	e
Seba.	שְׁבָא	ְ	אְ	e
Hateph ſegol.	חָטֵף סֶגוֹל	ֱ	אֱ	e
Hiric.	חִירִיק	ִ	אִ	i
Holem.	חוֹלָם	ֹ	אֹ	o
Hateph camez.	חָטֵף קָמֶץ	ֳ	אֳ	o
Surec.	שׁוּרֶק	ֻ	אֻ	v
Surec.	שׁוּרֶק	וּ	אוּ	v

De combinatione litterarum.

Et quoniam ex predictis litteris & apicibus qui ſunt ſigna quinq; vocalīū ſyllabe conſtant & fiunt. Ideo ſubditur modus combinādi ipſas litteras ponēdo exēplū in lra beth diſcurrendo per omnes apices & ſigna quinq; vocalium.

bu bu bo bo bi be be be be ba ba ba

בֻּ בּוּ בֹּ בּוֹ בִּ בֶּ בֵּ בֱ בֲ בַּ בָּ בֳ

Et per hunc modum debet fieri combinatio omnium aliarū litterarum cum predictis apicibus vt ſyllabe fiant: & vt ex ſyllabis fiant dictiones ex quibus omnis oratio conſtat: vt infra dicetur. Sed circa predictas litteras & apices aliqua ſunt notanda Et primo circa litteras eſt notandum q̄ ex predictis viginti & duabus litteris quīq; ſunt duplices ſcilicet. ך ם ן ף ץ Et ſic ſunt omnes littere viginti & ſeptem quantum ad figuram litterarū Et he quinque littere duplices ponuntur ſemper in fine dictionum: alie vero quinque que ſunt eis conſimiles. ſ. כ מ נ פ צ ponuntur in principio aut in medio dictionum & nunquam in fine. Item ex his quinque litteris que veniunt in fine dictionis: tres veniunt ſine aliquo apice & pertinent ad ſyllabam precedentem ſiue trahuntur a ſyllaba precedenti. ſ. ך ם ף Alie vero due que ſunt ן veniunt aliquando cum apicibus: quarū num. ן venit aliquando ſine aliquo apice: & tunc pertinet ad ſyllabā precedentem ſicut tres alie ſupradicte. Aliquando vero venit cū apice camez vel pathach & facit ־ן na. Sed littera. ך. chaph numq̄ venit ſine apice: & quādo venit cum camez vel pathach tunc facit ־ךָ cha: vt אֵלֶיךָ Elécha. & quando venit cum apice ſeba tunc trahitur a ſyllaba precedenti: vt לֶךְ lech. & ſola iſta littera caph licet ipſa proferatur in fine dictionis apex tamen illius non profertur: quod in omnibus aliis que veniūt in fine dictionis nunquā contingit quod apex non proferatur. Item notandū q̄ ex viginti & duabus litteris ſupradictis vndecim ſūt ſubſtantiales & nunquā poſſunt eſſe accidentales: que his quatuor dictionibus comprehenduntur טַח סֵפֶר גֵּזַע צָדָק Iſte enī vndecim littere vel quelibet earum in quacunque dictione venerint conſtituunt ſignificatum illius dictionis: & ſunt ex radice primitiua ciuſdem dictionis: ſiue ſcribantur ſine aliquo apice vel cum quolibet apice. Alie vero vndecim poſſunt eſſe accidentales: & comprehenduntur his tribus dictionibus. אֶתְכֶּנָה מְשַׁלִּי בּוֹ Iſte vndecim littere vel quelibet earum poſſunt eſſe ſubſtantiales ſicut & alie ſupradicte: & poſſunt eſſe accidentales ad denotandum genus vel perſonam aut caſum ſiue declinationem vel tempus aut cōiugationem: & de hoc plenius dicetur infra. Item notandū q̄ ex predictis vndecim litteris accidētalibus quattuor poſſunt eſſe nota ſiue ſigna vocaliū: & hoc qñ ſcribūtur ſine aliquo apice & nō pferūtur. & ſunt iſte א ה ו י Et tunc littera áleph ponitur communiter in medio vel in fine dictionis pro. a. vocali vt קָרָא Cara & quandoq; ponitur pro e. vel pro. o. vt רֵאשִׁית רֹאשׁ Reſith Ros. Et iſta littera. ה. communiter ponitur pro. a. in fine dictionis vt גָּלָה gala: & aliquādo ponitur pro. e. vel pro. o. vt שָׂרָה ſade פַּרְעֹה pharao. & iſta littera. ו. ponitur pro. o. vel pro. u. tam in medio quam in fine dictionis vt תֹּהוֹם thehom. תֹּהוּ thóhu. & iſta littera. י. ponitur pro. e. vel pro. i. tam in medio quam in fine: vt בְּנִי bene בְּנִי beni. & quando predicte littere ſcribuntur cū apicibus ſunt vere conſonātes. Si enim vau ſubſcribatur cū apice camez vel pathach hoc modo ־ָו. tunc ſonat va: & ſimiliter cum reliquis apicibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſonat.va.ve.vi.vo.vu.& eodē mō iod cū p̄dictis apicib⁹ ſonat ia.ie.ii.io.iu.& eodē mō iſta lr̄a.ה.cū p̄dictis apicibus ſonat.ha. he.hi.ho.hu. De lr̄a aleph dictū eſt ſupra. Itē notandū q̄ q̄ due lr̄e ex quattuor ſupradictis que poſſunt eſſe ſigna vocaliū poſite ſine apice veniunt in fine dictionis: prima earū nō ꝓfertur:ſecūda vero profertur ſicut cōſonās:& trahitur a ſyllaba precedēti.vt גּוֹי góí בָּנָיו banáu.& q̄ ſola iod vel vau ponitur poſt lr̄am ſubſcriptam cū camez vel patha tunc illa littera iod vel vau trahitur a ſyllaba p̄cedēti vt צָו ſáu בָּנַי banáí.& q̄ poſt vau vel iod ſeqtur vau cū apice ſurech :tūc illud vau vel iod primū eſt cōſonās & ſonat.vu.ſiue.iu.vt קִיו chíuu חַיִו haíu. Itē nota ꝙ aliq̄ veniunt iod & aleph ſiue vau & aleph. ſine apice in fine dictionis & ambe non proferuntur vt הִיא.hí.

De prolatione litterarum.

PRolationis ſeu ſonus lr̄arū poſſumus habere aliquā cognitionē ex lr̄is latinis e regiōe poſitis in prīcipio huius tractat⁹ :licet ad hñdā integrā cognitionē op⁹eſſet viua voce:quia ſunt alique lr̄e hebraice quarū ſonus nō pōt ex primi lr̄is latinis:quia nō hñt latini talē ꝓlationē:eo quod ꝓferūtur in gutture. Sunt enī que ſequūtur ע ח ה. ideo neceſſe ē vt predicte littere deſignētur p aliq̄s litteras latinas. Ponemus ita q̄ pro cheth.ח.ch.& pro aáin.ע.a.& pro he.ה.h. Preterea ſūt tres lr̄e hebraice q̄ exprimūtur per.ſ.latinū.& ſunt que ſequuntur ſámach.ס.ſádic.צ.ſin.שׂ.cū apice ſebóleth:& ſin .שׁ.cū apice cebóleth. Que cū apud hebreos ſint diuerſe tā figura quam ſono:oportet vt apud latinos aſſignetur aliqua diferētia. Profertur ita q̄ ס.ſámach dētibus ſicut apud latinos.c.cū vocali.e. vel.i.& littera. צ. ſádic ꝓfertur fortius extrictis dētibus . שׂ.ſin vero cū apice ſibólet ꝓfertur ſicut apud latinos ſimplex. ſ .ſed ſi p̄dicta littera. שׂ.ſcriberetur cū pūcto cebólet tūc profertur ſicut.ס.ſámach. Eſt enim ſebóleth pūctus ſeu apex quidā poſit⁹ ſupra lr̄a. ש. Sin in ꝑte dextera hoc mō. שׂ. cebólet vero eſt in ꝑte ſiniſtra hoc mō. שׁ.

De dagues.

HAbent p̄terea hebrei quēdā punctū ſiue apicē quē dagues vocāt quí ponitur in medio littere ſiue in ventre eius:& tūc illa lr̄a que habet p̄dictū apicē fortius ſonat ac ſi illa littera eſſet geminata. vt מִמֶּנּוּ mímménnu:& q̄ talis littera ſcribitur ſine dagues tūc ꝓfertur blāde & exiliter. ſunt preterea ſex lr̄e que poſſunt habere dagues ſiue raphe:eſt enim raphe apex quidā ſímilis apicí patha ſupra litterā poſit⁹ hoc mō בְּגַדְכְּפַת iſte enī lr̄e fortius ſonāt cū predicto puncto dagues quā cū raphe:& in quattuor earū mutat ſonū ipſarum.ſ.in his ב.כ.פ.ת. Nā beth cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut beth duplicatum:vt אַבָּא Abba.& cū raphevel ſine dagues tendit ad ſonū u.cōſonantis.& lr̄a כ ſonat ſicut.q.latinū:& ſine dagues ſonat ſicut chí grecū.& pe פ cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut. pe . latinū:& ſine illo ſonat ſicut.f.& thau.ת.cū dagues ſonat ſicut.t. & ſine illo ſonat ſicut thita grecū.& q̄ predicte littere veniunt ſine dagues ſonant blande & exiliter ac ſi eſſent ſcripte cū raphe. Ponitur etiā predictus punctus dagues propter alias cauſas de quibus infra dicetur. Sunt preterea quinq̄ littere q̄ non recipiunt predictum apicem dagues: & ſunt que ſequuntur. א ה ח ע ר Sed in littera.ה.aliquando ponitur predictus pūctus in medio hoc modo.ה. Et tunc fortius ſonat & vocatur p̄dictus punctus mapich & non dagues:& communiter ponitur ad denotandum genus femininum tertie perſone ſingularis numeri. De littera.ר.res.

De prolatione littere res.ר.eſt notādum ꝙ in prīcipio dictionis ſonat ſicut duplex.rr.vt רֹאשׁ rros רֵאשִׁית rreſith. Sed ī medio vel in fine dictionis ſonat ſicut ſimplex.r.vt בְּרֵאשִׁית bere ſit שָׁמַר Samar.

De locis in quibus littere formātur:ſecundū hebreos.

EX viginti & duabus litteris ſupradictis quattuor ſunt q̄ proferuntur labiis.ſ.בּ מ פ.& quinq̄ proferuntur dentibus ז ס צ ר ש.& quinq̄ proferuntur lingua.ſ.ד ט ל נ ת.& quattuor palato.ſ.ג י כ ק.& quattuor gutture.ſ.א ה ח ע. Ex p̄dictis vigīti duab⁹ lr̄is q̄ttuor ſūt ſimiles ī figura aliis q̄ttuor & iō cauendū eſt lectori ne in illis decipiatur.ſunt em̄ he בגדם q̄rū ſimiles ſunt כנרס Que cū multū diferant inter ſe nomine & prolatiōe:diferūt etiā in figura in hoc:quia quattuor prime declināt ad quadrangulū vel ſemiquadrangulū.alie vero declināt ad circulū vel ſemicirculū. De apicibus.

Dictum eſt ſupra de litteris:nunc vero circa apices & eorū officia aliqua ſunt notanda : & primo de apice patha.

DIctū eſt ꝙ patha ponitur pro.a.vocali . circa quod notandū ꝙ cū in fine dictionis ſubiicitur his duabus litteris.ח.ע.vocalis que ꝑ patha deſignatur preponitur: heth atq̄ aáin poſtponūtur:ꝙ eſt cōtra naturā aliarū litterarū & apicum:quia ſp in prolatione apices conſonantibus poſtponuntur:eſto exēpli cauſa verbū hoc יֵשׁוּעַ ieſúa hoc eſt ieſus: in quo prius profertur patha quā aáin: & in verbo רוּחַ rúach. í.ventus ſiue ſpiritus in quo patha prius profertur q̄ heth.habentq̄ huiuſmodi noīa ſemper accētum in penultima.q̄ ſi addatur his noībus he littera vt diſtinguatur maſculinū a femini no:aut referat ꝓnomē femininū:tūc ad regulā ſyllabicandi generalem recurrēdū eſt.vt ſi ad יֵשׁוּעַ ieſúa addatur littera he fit יְשׁוּעָה ieſuaa:quod eſt ſaluatio:proferturq̄ ieſuaa regulariter: eodem modo de רוּחַ rúach ſi addatur littera he fit רוּחָה rrucha quod eſt ſpiritus eius.ſ.rei generis femininí .& parī modo de ſimilibus. De camez.

SI in dictiōib⁹ diſſyllabis vel polyſyllabis ſeba ſeqtur aut p̄cedit apicē camez:tūc camez plerūq̄ ꝓfertur ſicut holē:vt in hac dictiōe חָכְמָה.í.ſapiētia:vbi ſeba poſtpōitur camez. ꝓferēdūq̄ eſt chochma.& ī verbo אֶשְׁמֹר.í.ſeruabo vbi ſeba p̄cedit camez:legēdūq̄ eſt eſmor. Eſt p̄terea dictio mono ſyllaba כֹּל.í.oīs:vtriuſq̄ gn̄is & numeri q̄ ſcribitur per camez & accentū quē hebrei vocāt macaph:& ꝓfertur quaſi ꝑ holem col. Preterq̄ duobus in locis ſacre ſcripture: vbi neq̄ ſcribitur per accētū macaph neq̄ legitur per holē ſed regulariter legitur cal.primus locus eſt.p̄s.34. כָּל־עַצְמֹתַי תֹּאמַרְנָה .i. oīa oſſa mea dicent.alter locus eſt.Prouer.19. כָּל־אַחֵי רָשׁ .i.omnes fratres pauperis. De ſeba.

VIus apicis complura ſunt officia:primum eſt de quo dictum eſt ſuperius:quod p̄ōitur loco.e.vocalis.ſcilicet quando venit in prīcipio dictionis. ſed quādo venit in medio dictionis tunc ſeba non profertur : & littera cui ſubſcribitur trahitur a ſyllaba precedenti.vt אֶפְקֹד Epdcod. ídeſt viſitabo.מִרְיָם miriam.ídeſt maria.que regula tribus in locis fallit.Primo ſi littera cuí ſubiicitur ſeba continet dagues . tunc enim ſeba profertur in.e.vt in dictione אִתְּכֶם íthechem.ídeſt vobiſcum. Secundo cum duo apices ſeba ſibi ipſis ſuccedunt: quia tunc prior ſilet : & poſterior profertur in vocalem . e. vt יִפְקְדוּ íphchedu.ídeſt viſitabunt. בֶּלְשַׁאצַּר Belteſaſar. Tertio cum eadem conſonans geminatur atq̄ prime earum ſubditur ſeba:tunc enim euphonie cauſa ſeba ꝓfertur.vt רַנְּנוּ Ranenu. ídeſt exultate. Dicunt preterea aliqui hebrei quod ſeba plerunq̄ fungitur aliorum apicum officio.idq̄ duobus modis.Primo cum poſt ſeba ſequitur iod cum aliquo apice tunc enim ſeba ꝓfertur quaſi hiric vt בְּיַד biiad.ídeſt in manu.vbi ſeba ſuppoſitus beth littere legitur quaſi hiric.Secundo cum ſeba ponitur in prīcipio dictionis & accentus collocatur in eadem ſyllaba & ſequitur littera que non ſit vocalis quocunq̄ apice illi ſubiecto:tunc enim ſeba profertur quaſi patha. vt בָּמְקֻהֲלוֹת Bámacheloth.ídeſt in eccleſiis.

De apice cere & cegol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si duo apices distant inter se: quod in prolatione cere nō protenditur: & cegol immoratur: maxime quando venit in principio dictionis polysyllabe: in penultima. inter cere quoq; et seba est differentia quod per alterutrum mutatur verbi significatio vt מֵתִים Methim per seba significat vivos: & cum cere significat mortuos. distat quoq; cegol a cere quod in hac dictione אֵל el. i. deus scribitur per cere. in hac vero particula אֶל el que est articulus datiui casus vel ponitur pro ista prepositione ad vel in: scribitur cum cegol vt אֶל הָאִישׁ el hais. i. viro siue ad virum. est & aliud officium cere quod in nominibus masculinis numeri pluralis quibus iungitur genitiuus possessionem significans semp subiicitur in fine dictionis vt בְּנֵי אַבְרָהָם. i. filii abraham. Sed de hoc in alio loco dicetur commodius.

De surech.

Surech apicis duo sunt genera: alterū in quo tria puncta scalariter descendunt hoc modo ׂ appellatur q̄ קִבּוּץ שְׂפָתַיִם. i. coniunctio labrorum. alterum cum vau apponitur punctū ad latus sinistrum hoc modo וׂ & differunt inter se ꝙ surech prior nunq̄ ponitur in fine dictionis nisi alia littera sequatur. surech vero posterior venire potest in quocunque loco.

De dagues.

Dagues qui apicib⁹ annumeratur multis fungitur officiis. Primū est de quo supra diximus ꝙ in quacunq̄ littera ponitur fortius sonat illa littera ac si esset duplicata. Secundum est ꝙ ubi ex regula memorata ꝙ seba silet cum subiicitur priori ex duabus consonantibus que veniunt in medio dictionis: si consonans illa prior habet dagues nihilominus profertur. vt in Exo. 15. מִקְדָּשׁ Micedas. i. templum: quod alias dicitur מִכְדָּשׁ Micdas. Ponitur etiam aliquando euphonie causa. Tertium est cum apponitur in supplementum alicuius littere. vt וַתִּקַּח vathichach. i. accepit: in quo verbo dagues ponitur ad supplendū. ל. lamed litterā pro וַתִּלְקַח vatilchach. quia eius primitiuum est לָקַח lachach. vbi lamed est littera substantialis. Quartum. cum ponitur differentie causa in significatione. vt in dictiōe אִמָּה Ama. si mem enim nō habet dagues significat ancillam. si autē habet: significat cubitum. & יָמִים. iamim si non habet dagues significat dies. si habet significat maria. Quintum. emphaseos id est vehemētie causa quod presertim in verbo accidit. vt פָּקֹד Piched. i. visitauit: quod est verbum secunde coniugationis: in quo littera media hoc est coph habet dagues per quem significatur quam diximus vehementiam. vt plenius dicetur vbi de verbo. Estq; aduertendum quī q; litteras finales non recipere dagues: preter chaph. que cum recipit dagues efficitur exilis atq; accedit ad sonum coph.

De accentu.

Postea quā lector didicit ex litteris cōpingere syllabas & ex syllabis dictiones: opus est vt cuiq; syllabe suum accentū accōmodet. est aūt accentus: vt a grammaticis definitur: certa lex vel regula ad eleuādam vel deprimendā cuiusq; dictionis syllabam. Nam id est naturale atq; omnibus linguis & nationibus cōmune: vt quasdā syllabas attolant: isq; dicitur acutus accentus: quasdam rursus deprimant. isq; est accentus grauis. Greci & latini habent etiam accentū circunflexum: atq; eo forsitan hebrei non carent: qui habent innumeras uocum flexiōes: sed ille ad cantū potius quā ad lectionē pertinēt. Nos itaq; in hebreo sermone duos tātū notauim⁹ accētus: acutū & grauē: cum presertim circunflexus nec ab ipsis quidē grecis & latinis percipiatur. legitur acutus accētus in qualibet dictione atq; ex ea causa dicitur accētus dictiōis: quia vnaqueq; dictio habet suū accentū per quē distinguitur ab alia dictiōe: vt sit accētus quasi forma vel potius anima dictionis. Accentus vero grauis non dicitur accētus dictiōis sed accētus syllabicus hoc est illius syllabe quā deprimit. Ex quo fit vt in vna dictiōe non possint esse duo accentus acuti: nō magis quā in vno corpore due anime. At accentus graues bene possunt esse plures tot scilicet quot sunt syllabe dictiōis: preter illam in qua collocatur accētus acutus. Qui aut collocatur in vltima dictiōis syllaba aut in penultima aut in tertia a fine. quod & omniū natiōnū linguis fere accidit. Sed hoc est hebreorū sermoni peculiare: quod plures dictiones in fine acuūt. paucas vero accentu in penultima vel in antepenultima proferūt. Et quia vt diximus illorum varios accentus magis ad suos cātores quā ad nostrorum hominū lectionē pertinent: duos tantū memoratos accentus precipimus obseruandos: hoc est acutū & grauem. nā circunflexū valere sinimus. Atq; omisso grauī qui omnibus aliis syllabis cōuenit. acutū qui dictionis accentus est fecimus notari per virgulam sursum ascendētem: ita tamen vt ratione hebreorū qui econtrario legūt q̄ nos paululū declinet ad sinistrā ecōtrario quā designatur a grecis & latinis i hūc videlicet modū. ׀. idq; tātū in penultimis aut antepenultimis dictionū hebraicarū syllabis: de quibus poterat esse dubitatio quo accentu essent proferēde. Nam de vltimis vulgo persuasum erat omnes in fine debere regi accentu acuto. & quoniā ars circa difficile versatur in vocabulario hebraicarū dictionū: quod impri mēdum curauim⁹: & in veteri instrumēto quod molimur imprimere: hāc rationē obseruari precepimus vt in dubiis tantū accentibus hac nota vterentur. Apud hebreos tamen vbi videris aliquē ex illorū accentibus: ibi collocandus est dictionis accētus. q̄d si in eadē dictiōe duos videris signatos accētus in priori syllaba collocabitur accentus.

De punctis.

Et quia ratio pungendi scripturā nō minus ad lectionē quā ad intellectū illi⁹ pertinet: visum est hoc in loco aliquid de punctis dicere: quibus lectio ipsa distinguenda est: cū p̄sertim hec pars ab hebreis nō sit neglecta. Sed illi complures alios habent accentus: qui magis ad cantū siue modulationē suam pertinent q̄ ad intellectū sacre scripture: idcirco nos duobus tantū vtemur qui sunt vsu apud latinos comate q̄d hebrei vocāt אֶתְנָח Athnach sic. ׀. & colo q̄d hebrei vocāt סוֹף פָּסוּק Soph pasuc. sic. : . quibus et hieronymus dicit prophetas esse distinctos. vt per cola inquit scribantur & comata. quā pungēdi rationē solā in testamēto veteris impressione obseruari iussimus. Et sic de pungendi ratione atq; ex inde de toto legendi modo hec fuerit satis.

Sequitur de aliis partibus grāmatice hebree & primo de partibus orationis.

Vemadmodū ex litteris colligitur syllaba: & rursus ex syllabis dictio. ita ex dictiōibus cōponitur oro. Sunt itaq; dictiōes: ptes oronis: quas alii plures alii pauciores posuerūt tam ex grecis q̄ ex latinis. hebrei tres tantū ennumerant. שֵׁם sem. i. nomē. פָּעַל póal. i. verbū. מִלָּה milla. i. dictionē. milla ponitur ab illis ꝓ eo ꝙ nō est nomē neq; verbū: cū alioquin milla sit dictio q̄ cōplectitur oēs partes oronis ex doctrina illa vulgata apd dialecticos & philosophos. ꝙ cū species nō habet nomē: appellatur generis nomine. & hebrei ad nomē referūt ꝓnomē. ad verbū participiū. ad dictionē alias partes oronis indeclinabiles. s. p̄positionē aduerbiū interiectionē cōiunctionē & articulū. Greci vocant articulū arthron q apud illos ē pars oronis q̄ addita nomini ostēdit cui⁹ generis sit: quēadmodū in sermone hispano dicim⁹. el. la. los. las. Sed hebrei nō vtūtur articulis ad designādū gen⁹ sed potius emphatice ad ostendendū. s. quādam vehementiam siue aliqd aliud de quo videpleni⁹ in vocabulista in prīcipio littere. he. & sic apud illos erūt nouem partes oronis quas reducūt ad tres partes supradictas. quem diuidendi modū in tres partes oronis Aristotiles quoq; secutus est ponens nomen verbum & sincathegoreuma. & ad istas tres partes reducit omnes alias. nam ad nomē refert pro

nomen & articulum. ad verbum simul cū nomine refert participiū. ad sincathegoreuma. i. partē orōnis consignificatiuā refert reliquas partes orationis indeclinabiles. his in genere dictis de nouem partibus orationis quas habent hebrei: restat vt de singulis dicamus: atq; imprimis de nomine.

De nomine.

NOmen est quod significat substantiam siue accidens sine tempore: & habet casus: licet apud hebreos nō declinetur. Duplex itaq; est nomē: substantiuū & adiectiuū. substantiuū est: quod per se subsistit. vt אִישׁ ideſt homo. adiectiuum est quod alteri adiicitur: vt אֱנוֹשִׁי hoc est humanus טוֹב טוֹבָה Bonus bona. Igitur nomini hebraico septem accidūt. q̄litas. species. figura. genus. numerus. persona. casus. Qualitates nominum due sunt: propria & appellatiua. Proprium nomen est quod vni tantum conuenit: vt אַבְרָהָם Abraham שָׂרָה Sara. Appellatiuum nomen est quod pluribus cōuenit. vt אָדָם ideſt homo quod conuenit petro & iohanni. quanquā & adam non solum est nomen appellatiuum: sed aliquando est etiam proprium: vt cum dicitur de solo primo parente. Species nominū due sunt. primigenia & deriuatiua. Primigeniū nomē est illud quod non habet aliud antiquius vnde deriuetur. vt אִישׁ. i. vir. Deriuatiuum est: quod ab alio priori deriuatur vt אִשָּׁה ab אִישׁ hoc est virago a viro. figure nominū due sunt. simplex & composita. Simplicis figure nomen est: quod non pōt diuidi ī partes significatiuas eius quod integrum significabat: vt adam in a. & dam. quius altera pars nihil significat. Compositę figure nomen est: quod potest diuidi in partes significatiuas eius qđ integrum significabat. vt abraam: ex ab quod interpretatur pater: & ram celsitudo מַלְכִּי־צֶדֶק melchisedec. i. rex iustitię. Genera nominum quinque sunt. Masculinum. femininum. Cōmune duorū. dubiū. promiscuum. Masculini generis nomen est quod maribus conuenit aut ad masculorū voces refertur. vt אַבְרָהָם abraam. אִישׁ vir. דָּבָר verbum. femininum est quod feminis conuenit: aut ad feminarum voces refertur. vt חַוָּה eua. אִשָּׁה mulier תּוֹרָה Lex. Cōmune duorū est quod tam maribus quā feminis conuenit. vt אָדָם ideſt homo חַיִל fortis, ſ. vir aut mulier. Dubium est quod aliquando profertur genere masculino aliquādo femininо. vt רוּחַ ventus שֶׁמֶשׁ sol. quod cū apud grecos & latinos rarum sit: apud hebreos latissime patet. Promiscuum genus: quod greci epicenum vocant: est illud quod sub vna terminatione vtrūq; sexū cōplectitur. vt גָּמָל pro camelo masculo siue femina. & יוֹנָה pro columbo & columba. Numeri nominum apud hebreos quemadmodū & apud grecos tres sunt. Singularis qui de vno loquitur. vt אִשָּׁה אִישׁ vir. mulier. Dualis qui de duobus loquitur: cuiusmodi sunt que fere nunquā reperiūtur nisi paria. vt עֵינַיִם oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis est qui de pluribus loquitur: de quibus etiam paulo post. Persone nominum tres sunt. Prima que de se loquitur vt אֲנִי ideſt ego. Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה ideſt tu. Tertia est: de qua prima loquitur. vt הוּא. i. ille: & omnia alia nomina. Sed de persona quod est accidēs cōmune nomini pronomini & verbo commodius vbi de pronomine agetur. Casus apud hebreos non distinguntur terminationibus: quemadmodū apud grecos & latinos: sed aut coordinatione: vt salomon filius dauid: ordo ostendit dauid esse casus genitiui. aut ostenditur prepositione articulari. vt psalmus le dauid. illa prepositio le ostendit dauid esse casus datiui vel gtī. Sed de hoc infradicetur. cū de casu disputabitur. Declinationes quoque apud eosdē nō distinguntur nisi ex singulari numero in pluralem. vt sit prima declinatio nominum masculinorū: que in plurali mittūt numerū multitudinis in im. vt אִישׁ אֲנָשִׁים vir. viri. Secunda declinatio femininorū: que mittūt eū dē numreū multitudinis in. oth. vt אִשָּׁה אֲשָׁרוֹת mulier mulieres. Patitur tamen hec regula exceptionem. nam & masculina exeunt aliqñ in oth. atq; e diuerso feminina in im. vt suo in loco postea dicetur.

De nominum deriuatiuorum specie.

QVas esse diximus noīm spēs primitiuā & deriuatiuā. Sed deriuatiuorū sunt rursus multe differentie. Patronymica: que noīa patrū signānt. vt a יְמִינִי בֶּן־יָמִין beiamī iemini pro filio beniamin: aut aliquò vno ex descēdētib⁹ ab illo. Gētilia: que gentē aut nationē aliquā designāt. vt ab אֲרָם aram arami. hoc est a syria syrus. Possessiua: hoc est que signñant quātū gtūs sui primigenii vnde deriuātur. vt a נְחוּשְׁתָּ נַחוּשׁ. ideſt ab ere ereus. que omnia noīa supradicta patronomica & gentilia eādē propemodū hñt formationē: nā terminātur in. i. iota. formāturq; a primigeniorū suorū terminatiōe si est consonās addita. i. littera. vt ab israel israeli. Si vero desinūt in he. aut he mutatur in nun & additur. i. iota. vt שְׁלָהִשְׁלֹנִי aut nihil mutatur sed primigeniū ponitur pro deriuatiuo. vt a יְמָנָה pro viro descendente ex genere imna. Quod si nomina primigenia desinunt in iod: deriuatiua nihil mutant: sed ponūtur pro illis. vt leui de leui. nepthali de nepthali. greci tamen & latini dicūt leuita. nepthalita. Que oīa sub hac terminatiōe gñis sunt masculini. nā feminina desinūt in. ith. formāturq; a masculinis addita tau. vt ab arami aramith. ab israelī israelith. Sunt quoq; noīa q̄ cū nō sint patronymica nec gētilia hñt tñ illorū formā. vt רֵאשִׁית. i. prīcipiū. Estq; aduertēdū quod hmōi patronymica plerūq; in plurali recipiūt alterū iod. vt מִצְרִי מִצְרַיִם. i. egyptius egiptii פְּלִשְׁתִּי פְּלִשְׁתִּים palestin⁹ palestini. Denominatiua quoq; sunt apud hebreos quemadmodū & apud nos: sic dicta quod a noībus deriuantur vt a צֶדֶק צַדִּיק. i. iustus a iusticia רֶשַׁע רָשָׁע. i. malus a malicia. Diminutiua noīa hoc est a suis primigeniis diminutionē significantia non sunt apud hebreos: sed circūloquūtur illa per hoc nomē קָטָן קְטַנָּה siue קְטַנָּה quod est parū. vt hec: אָדָם קָטָן. i. homo parvus hoc est homūcio. עִיר קְטַנָּה. i. ciuitas parua. Cōparatiua quoq; noīa no sunt apud eos. circūloquūtur tñ ea p̄ hoc adverbiū יֹתֵר. i. magis: & nomē adiectiuū qđ signare pōt magis & minus. & id ad quod fit cōpatio ponitur cū p̄pone. מִן vel. מ cū cere vel hiric. vt דָּוִד צַדִּיק יוֹתֵר מִשְּׁלֹמֹה dauid magis iustus salomone. & יוֹחָנָן צַדִּיק יוֹתֵר מֵאַבְיָה. i. ioānes magis iustus abia. & aliqñ fit cōparatio sine aduerbio יוֹתֵר cū sola prepositione מִן vel מ addita nomini cui fit cōpatio. vt צַדִּיק מִמֶּנִּי. i. iustior me טוֹב מִמֶּנּוּ. i. melior illo. Suplatiua preterea illi nō hñt: sed circū loquuntur ea p̄ hoc aduerbiū מְאֹד meoth: qđ signāt nimis sine valde & nomē adiectiuū qđ signñare pōt intēsionē & remissionē. vt וְדָוִד צַדִּיק מְאֹד. i. dauid iustus nimis vel iustissimus. sed cū exprimitur is ad quē fit superlatio: cōstruitur eodē mō quo cōparatiuū: hoc ē cū p̄positiōe מִן vel מ vt Nu. 12. עָנָו מְאֹד מִכָּל הָאָדָם. i. mitissim⁹ oīm hoīm. Verbalia quoq; noīa sūt apud hebreos. i. q̄ a verbis deriuātur. vt ab אַהֲבָה אָהַב. ideſt amor abamo. as. Illud vero qđ nos per nomē verbale dicim⁹: qa signāt actionē verbi: a quo deriuatur & participiale: qa formatur ab eiusdē verbi participio. vt amator. i. q amat: illi per participiū exprimūt. vt אֹהֵב. i. amans.

De numeralibus.

SVnt & alie spēs noīm tā primitiuorū q̄ deriuatiuorū q̄ lia sūt nūeralia: q̄ qa in freq̄nti sūt vsu: & nō nihil varietatis hñt: qđ in artē redigi debeat: aliqd de his hoc in loco dicēdū ē. ac primū de nūeralib⁹ simplr. Estq; aduertēdū qđ noīa nūeralia sūt adiectiua & p̄ter vnū & duo plūs nūeri. Itaq; a trib⁹ vsque ad decē masculina desinunt in he līam: & nonnū quam in tau: sed tunc possunt etiam femininis iungi. Atqui feminina in tau aliquando desinunt: & nunqua in he. hoc mō.

אֶחָד · אַחַת Vnus vna.
שְׁנַיִם שְׁנֵי שְׁתַּיִם שְׁתֵּי Duo due.

שְׁלֹשָׁה שְׁלֹשֶׁת שָׁלֹשׁ Tres mares.&.f.
אַרְבָּעָה אַרְבַּעַת אַרְבַּע Quattuor mares.&.f.
חֲמִשָּׁה חֲמֻשֶׁת חָמֵשׁ Quinque mares.&.f.
שִׁשָּׁה שִׁשֶּׁת שֵׁשׁ Sex mares. &.f.
שִׁבְעָה שִׁבְעַת שֶׁבַע Septem mares.&.f.
שְׁמֹנָה שְׁמֹנַת שְׁמֹנֶה Octo mares.&.f.
תִּשְׁעָה תִּשְׁעַת תֵּשַׁע Nouem mares.&.f.
עֲשָׂרָה עֲשֶׂרֶת עֶשֶׂר Decem mares.&.f.

Aduertendum tamen est: quod aliquando in numero designā te vnum gñis masculini: p apheresin aufertur áleph vt Ezech. 33. וְדַבֵּר אֶחָד אֶת אֶחָד hoc ē. & dicūt vnus ad alterū. Aliqñ p apocopē aufertur dáleth a fine. vt Ezech. 18. וְעָשָׂה אָח מֵאַחַת מֵאֵלֶּה. hoc est. & fecerit vnum de istis. Sunt tñ qui dicāt quod hoc verbum אָח sit frater: vt sit sensus & fecerit fratrivnum ex his. & cū numerus multitudinis repugnet vnitati: nihilominus in plurali dicimus. אַחִים. idest vnos. vt latine cum nominibus declinatis pluraliter dicimus vnas litteras vna menia. & vna in genere femínino hoc est אַחַת cū pōitur in fine oratiōis: áleph ponitur subiecto segol pro patha. & heth per camez loco patha. vt Exo. 36. אַחַת אֶל אַחַת hoc est. alteram alteri. s. cortine. & numerus septenarius generis masculini aliquando per epēthesin recipit nun litteram ante he finalem. vt Iob. 42. שִׁבְעָנָה בָנִים idest septem filii. Notandum preterea quod ab vno vsq; ad quinque ponuntur aliquando numeri non tam vt significent numeros illos: quam vt ostendant illud esse quid minimū vt tertio. Reg. 17. מִמְשֶׁשֶׁת שְׁנֵים עֵצִים hoc est. en colligo duo ligna. duo posuit pro pauca. E diuerso a quinque ad decem ponuntur aliquando nnmeri non vt illos precise significent: sed vt illius rei crebram repetitionem. vt prouerb. 24. כִּי שֶׁבַע יִפֹּל צַדִּיק. i. septies cadit iustus. vbi septies non tam pro septem vicibus: quam pro sepe siue frequenter positum est. Illud quoq; hoc in loco non omittēdum: quod ab his nominibus numeralibus figurantur verba denominatiua. vt a duobus diuido. is. pro in duas partes diuidere. tertio. as. pro in tres partes diuidere. quarto. as. pro inquattuor partes. quinto. as. pro in quinq;. sexto. as. pro in sex. A septem & octo & nouem huiusmodi verba non formantur. a decem vero bene formatur decimo. as. de quo in vocabulario pleni? dicetur. Atq; hi quidem numeri simplices sunt: qui vero sequuntur: vsq; ad vndeuiginti compo nuntur ex eisdem numeris simplicibus & decem preposito sp minori numero. Sed numeri denarii in gñe femínino hñt in fine he lītam. masculina vero nō habent: vt in hac serie patet.

אֶחָד עָשָׂר: אַחַת עֶשְׂרֵה Vndecim.m.f.
עַשְׁתֵּי עָשָׂר: עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה Vndecim.m.f.
שְׁנֵי עָשָׂר: שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה Duodecim.m.f.
שְׁנֵים עָשָׂר: שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Duodecim.m.f.
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר: שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה Tredecim.m.f.
אַרְבָּעָה עָשָׂר: אַרְבַּע עֶשְׂרֵה Quattuordecim.m.f.
חֲמִשָּׁה עָשָׂר: חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה Quindecim.m.f.
שִׁשָּׁה עָשָׂר: שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה Sedecim.m.f.
שִׁבְעָה עָשָׂר: שְׁבַע עֶשְׂרֵה Septendecim.m.f.
שְׁמֹנָה עָשָׂר: שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה Octo & decem.m.f.
תִּשְׁעָה עָשָׂר: תְּשַׁע עֶשְׂרֵה Nouem & decem.m.f.

A viginti vsq; ad nonagīta numeri maiores p masculino gñe & p femínino finiuntur in. im. in numero plurali. minores vero numeri precedunt maiores. vt vnus & viginti. duo & vigīti. tres & viginti. & eodem modo de aliis.

עֶשְׂרִים Viginti.m.f. אֶחָד וְעֶשְׂרִים Vnus & viginti.
אַחַת וְעֶשְׂרִים Vna & viginti. שְׁלֹשִׁים Triginta.m.f.
אַרְבָּעִים Quadraginta.m.f. חֲמִשִּׁים Quīquagīta. m.f.
שִׁשִּׁים Sexaginta.m.f. שִׁבְעִים Septuaginta .m.f.
שְׁמֹנִים Octoginta.m.f. תִּשְׁעִים Nonaginta . m .f.

Aliqñ tñ numerus maior precedit minorē: quod fere in esdra repītur. vt שְׁנַיִם וְשִׁבְעִים. i. septuaginta duo. & ibidem. חֲמִשִּׁים וְאַרְבָּעָה. i. quinquagīta q̄ttuor. Deinde a cētū vsq; ad mille numeri maiores ptinēt ad masculos & feminas. & cētenarij nūerus desinit in he vel in tau indifferēter. ducētenarius habet termínationē dualis hoc est in. im. p̄cedente patha vel camez: reliqui oēs vsq; ad nōgētos desinūt in oth. & iunguntur illis numeri minores terminationis femininorum: ita vt precedant illos significentq; masculos & femínas in hunc modum.

מֵאָה מְאַת Centum.m.f. מֵאוֹת Centum.m.f.
מָאתַיִם Ducentum.m.f. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת Tercentum.m.f.
אַרְבַּע מֵאוֹת Quater cētū.m.f. חֲמֵשׁ מֵאוֹת Quīquies cētū.m.f.
שֵׁשׁ מֵאוֹת Sexies cētū.m.f. שֶׁבַע מֵאוֹת Septies cētū. m.f.
שְׁמֹנֶה מֵאוֹת Octies cētū.m.f. תֵּשַׁע מֵאוֹת Nouies cētū. m.f.
אֶלֶף Mille.m.f. אַלְפַּיִם Duo millia.m.f.
אַלְפֵּי אַלְפִּים Millia.m.f. Sed millia a tribus vsq; decē plerūq; veniunt cū numeris minoribus masculinis desinētibus in tau prepositio eodem numero minori in hunc modum.
שְׁלֹשֶׁת אַלְפִּים Tria millia.m.f. אַרְבַּעַת אַלְפִּים q̄ttuor millia.
חֲמֻשֶׁת אַלְפִּים Quīque millia.m.f. שִׁשֶּׁת אַלְפִּים sex millia .m.f.
שִׁבְעַת אַלְפִּים Septē millia.m.f. שְׁמֹנַת אַלְפִּים Octo millia .m.f.
תִּשְׁעַת אַלְפִּים Nouē millia.m.f. עֲשֶׂרֶת אַלְפִּים Decē millia.m.f.

& deinceps ascendēdo vsq; ad cētū mille. & rursus a cētū mille vsq; ad mille millia idest decies centū mille. in hunc modum.

עֶשְׂרִים אֶלֶף Vigīti mille. m.f. מֵאָה אֶלֶף Centū mille . m . f.
אֶלֶף אַלְפִּים Mille millia.m.f. Sunt p̄terea & alie denominatiōes a nominibus numeralibus que dicuntur multiplicia. vt

שִׁבְעָתַיִם Septuplum. אַרְבָּעָתַיִם Quadruplum.
רִבֹּא רִבָּבָה Decem mille. רִבּוֹתַיִם Viginti mille.
רִבְבוֹת רִבְאוֹת Multa millia. Aduertēdum preterea quod nomina iuncta numeris ponūtur aliqñ in singulari cū nūero plu. & maxīe qñ ē nomē spēi. vt חֲמִשָּׁה בָקָר. i. quīq; bos: p quīq; boues. אַרְבַּע צֹאן. i. q̄ttuor ouis: p q̄ttuor oues. & hoc fit frequētius & q̄si sp ab vndecī & deinceps ascēdēdo in infinitū. vt illa nūero multitudinis iuncta licet ponātur ī singl'i: nihilominus intelliguntur pl'alia. vt gen. 5. וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה hoc est octingēti ann?: pro octīgēti anni. & ī eo. 32. אַרְבַּע מֵאוֹת א׳ש. i. quadringēti vir: p q̄dringēti viri. Alias cōbinationes numerorū ex iis que in supioribus dicta sunt: p te ipsum sine precepto re poteris confícere.

De numeris deriuatiuis.

Numeralibus noībus deriuātur noīa ordinalia hoc est ordinē aliquarū rerū ab vno aliquo prīcipio significātia. & sunt in termiatiōe silīa noīb? patronymicis de q bus supra dictū ē. formāturq; a noīb? mīorib?: a duob? vsq; ad decē. Nā prīus nō deriuatur ab vno sed a verbo רֹאשׁ qđ ē prīcipiū. vñ ē רִאשׁוֹן p eo qđ ē prim?. A secūdo āt ad decimū masculina desinunt in. iod. femi. in. ith. & aliqñ in. ia. in hūc modū.

רִאשׁוֹן רִאשׁוֹנָה רִאשׁוֹנִית Prim?. a. שֵׁנִי שֵׁנִיָּה שֵׁנִית Secūdus. a.
שְׁלִישִׁי שְׁלִישִׁיָּה שְׁלִישִׁית Tertius. a. רְבִיעִי רְבִיעִית Quartus. a.
חֲמִישִׁי חֲמִישִׁית Quintus quinta. שִׁשִּׁי שִׁשִּׁית Sextus sexta.
שְׁבִיעִי שְׁבִיעִית Septímus septima. שְׁמִינִי שְׁמִינִית Octau? octaua
תְּשִׁיעִי תְּשִׁיעִית Nonus. a. עֲשִׂירִי עֲשִׂירִית Decímus. a.

Masculina vero plia desinunt in ím p iod simplex & nōnūquā p iod duplex. femínina vero ī oth p̄cedēte iod excepto prīo. vt

רִאשׁוֹנִים רִאשׁוֹנוֹת Primi prime. שְׁנִיִּים שְׁנִיּוֹת Secundi secūde

Pro nūeris ordinalib? ponūtur nūeri nūerales ab vndecī advígīti & deīceps tā in singl'i q̄ in pl'i. tā pro masculinis quā p femininis. in hūc modū. בְּיוֹם עַשְׁתֵּי עָשָׂר In die vndecímo. בְּיוֹם שְׁנֵים עָשָׂר ī die duodecīo. בְּיוֹם שְׁלֹשָׁה עָשָׂר ī die tredecīo. Sed qa ordinalia plerūq; signant vnā aliq̄ portionē nūeri grādioris: partē illā hebrei designāt p nūerū diuidētē & diuisū. vt p eo qđ nos dícimus decimus q̄sq; illi dícunt אֶחָד מֵעֲשָׂרָה hoc est vnus de decem. & pro eo qđ nos due centesime: illi dícunt שְׁנַיִם מֵמְּאָה hoc est duo de centum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diſtributiua numeralia cuiuſmodi ſunt apud latinos bini bine bina:terni terne terna.quaterni quaterne quaterna:nō ſunt apud hebreos:deſignantur tamen per eiuſdem numeri geminationem vt pro bini viri:illi dicunt שְׁנַיִם שְׁנַיִם hoc eſt duo & duo.ſ.viri. Numeralia quoq; aduerbia nō ſunt apud eos: circumloquuntur tamen illa per nomina numeralia & hoc nomen פַּעַם quod vicem ſignificat.vt pro eo quod nos dicimus quater illi dicūt אַרְבַּע פְּעָמִים hoc eſt quattuor vicibus.

De numeris deſignandis per litteras alphabeti.

Latini in repreſentandis numeris aliam ſequuntur rationem quam hebrei & greci.nam illi per.i. iota deſignant vnum.per duo iota duo.p tria iota tria. p quattuor iota quattuor.per.v.quintam vocalium quinque. At greci quemadmodum & hebrei per litteras alphabeti per ordinē numeros ſcribunt.puta per alpha vnū.per beta duo. per gama tria.per delta quattuor.Hebrei quoq; ad eūdē modū ſic.

Vnus	א	Triginta	ל	Sunt tamen qui quin-	
Duo	ב	Quadraginta.	מ	gentenarium numerū	
Tria	ג	Quinquaginta.	נ	& deinceps vſque ad	
Quattuor	ד	Sexaginta.	ס	mille per quinque lit-	
Quinque	ה	Septuaginta.	ע	teras finales deſigna-	
Sex	ו	Octoginta.	פ	rent. puta quingenta	
Septem	ז	Nonaginta.	צ	per ך ſexcenta per ם ſe	
Octo	ח	Centum.	ק	ptingenta per ן octin-	
Nouem	ט	Ducenti.	ר	genta per ף nongenta	
Decem	י	Tercenti.	ש	per ץ Sed hec ratio nu	
Vigintí	כ	Quadringenti.	ת	meros deſignandi nō	

ab omnibus recipitur:ſed per litteras alphabeti compoſitas id faciunt.vt quingenta per תק hoc eſt per quadringenta & centum.atq; eodem modo de ceteris.Id quoq; non eſt diſſimulādum hebreos vſque adeo:reformidaſſe prodere nomen illud ineffabile tetragrammaton: vt quoties in numeris deſignādis aliquot ex illis inciderent:in alias litteras commutarent: que alios numeros exhibent.vt quindecim qui per יה deſignari deberant::hoc eſt per quinq & decem:per טו deſcriberent hoc eſt per ſex & nouē. Sed de numeris in preſentiarū ſatis multa.

De relatiuis.

Relatiuorum nominum duo ſunt genera:nam quedam ſunt relatiua ſubſtantie:quedam relatiua accidentis.Relatiua ſubſtantie ſunt:que referunt aliquod antecedens ſubſtantiuum.vt אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ Beatus vir:qui nō abiit:qui relatiuum refert antecedens illud vir: quod eſt nomē ſubſtantiuum. Eſt autem apud hebreos vnum relatiuum ſubſtantie. id autem eſt aſer.que eſt dictio per ſe poteſtq; referre antecedens vtriuſq; generis & numeri & cuiuſq; perſone: neq; declīatur ex ſingulari nūero in pluralē ſed tm̄ p articulos ſic. הָאִישׁ אֲשֶׁר בָּא Vir q venit. הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Viri qui venerūt הָאִשָּׁה אֲשֶׁר בָּאָה Mulier q̄ vēit. הַנָּשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Mulieres q̄ venerūt.& codē mō p alios caſus.Eſt p̄terea alterū relatiuū ſubſtātie: qđ nūquā repitur ſeparatū p ſe:ſed tm̄ in cōpoſitiōe cū verbo quod ſequitur:cuiuſmodi eſt in oratione dominica ſic. Pater noſter qui es in celis. pro quo in hebreo dicitur אֲבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם. שֶׁ non eſt dictio per ſe: ſed componitur cum verbo quod ſequitur בַּשָּׁמַיִם dicimuſq; ſub vno accētu. שֶׁבַּשָּׁמַיִם Eſt namq; regula apud hebreos:quod nulla dictio eſt que vna tantum littera contineatur. Quod ſi vſpiam reperitur huiuſmodi particula ſiue ſit nomen ſiue prepoſitio ſiue coniunctio ſiue articulus:non eſt cenſenda dictio per ſe ſed cum verbo ſequenti iungitur ſiue per compoſitionem ſiue per appoſitionē Relatiua accidentis ſunt:que referunt aliquod antecedens adiectiuū.vt ſi dicā ego reddo tibi librū pulchrū qualem mihi tu dediſti:qualem relatiuum eſt accidentis: quia non refertur ad librum ſed ad pulchrum.& huiuſmodi relatiua non ſunt apud hebreos: circumloquuntur tamen ea per hoc aduerbium כְּמוֹ quod poteſt interpretari ſicut. perinde ac ſi dicam reddo tibi librum ſicut dediſti mihi.Sunt preterea relatiua pronominū: ſed de illis diſſeretur vbi de pronomine & de verbo agetur. nunc ad genera pergamus.

De genere nominum.

Genera nominum que apud hebreos diximus eſſe quīque:aut cognoſcuntur ſola natura duce: hoc eſt ſexu quo diſtinguitur maſculus a femina.De quibus nō poteſt dari regula certior:q̄ quod nomina propria maſculorum aut appellatiua ad maſculos pertinentia ſunt generis maſculini.Quodq; nomina propria feminarum aut appellatiua ad feminas pertinentia ſunt generis feminini.Quodq; nomina appellatiua que poſſunt ad maſculos & ad feminas pertinere:ſūt communia duorum generum hoc eſt maſculini & feminini. Promiſcua vero ſiue habeant ſexum cōfuſum ſiue diſcretum: ſunt illius generis in quo proferri conſueuerunt. nam ſub alterutro genere comprehenditur vterq; ſexus. aliquando tamē diſtinguntur terminatione.vt כֶּבֶשׂ כִּבְשָׂה .i.agnus agna.& tūc cuique terminationi accommodatur ſuum genus. Que vero ſexum non habent:nihilominus neceſſe eſt ſub alterutro genere proferri:vt nō committamus ſoloeciſmum: cum fuerint illis accommodanda nomina adiectiua.aut participia. aut verba. Nam & verbo quemadmodum & nomini accidit genus:vt ſuo in loco dicetur.Greci huiuſmodi nominum genera diſtinguunt per articulos.Latini qui articulis carent per regulas aut ſignificationis aut terminationis. Hebrei qui neq; articulos habent.vt greci:neq; terminationum regulas ut latini: tribus modis poſſunt venire in huius rei cognitionem.primo terminatione.Nam feminina plerūq; tribus litteris his אתה terminantur. vt צָבָא militia. צָמָא ſitis.בְּרָכָה benedictio.אוֹת littera ſiue ſignum שִׁבֹּלֶת ſpica.Deſinentia vero in quamcunq; aliā litteram plerumq; ſunt generis maſculini: poſſunt quoq; eſſe generis feminini:quare ad genus dubium referenda ſunt. determinantur tamen ad certum genus per nomen adiectiuum aut pronomen relatiuum.aut per participium. aut per verbū. que coniunguntur generi feminino:deſinunt in he vel in tau. De aliis terminationibus nulla certa ratio tradi poteſt:cū non nunquam reperiantur duo adiectiua diuerſorum generū redita eidem ſuppoſito.vt in tertio regum. cap̄ .19. וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק מְפָרֵק .i.ſpūs grandis & fortis ſubuertēs .vbi גְּדוֹלָה gn̄is ē feminini:quia deſinit in he. חָזָק vero adiectiuum & מְפָרֵק participium que deſinunt in coph generis ſunt maſculini. Exemplū de verbo poſſum? habere ex eccleſiaſte cap̄.1. וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ ideſt oritur ſol. Vbi ſol generis eſt maſculini.quia verbum precedens eſt generis maſculini. & Naū .3. וְזָרְחָה שֶׁמֶשׁ ideſt ſol ortus eſt:vbi ſol generis eſt feminini:quia verbum precedens generis eſt feminini quia deſinit in he.& hic eſt ſecundus modus cognoſcēdi genus nominis ſubſtantiui hoc eſt per nomē adiectiuum.per pronomē.per verbum.per participium. Tertius modus cognoſcendi genus nominis eſt ex ipſius declinatione:quoniam maſculina mittunt numerum multitudinis in im.vt אִישׁ ideſt vir viri.feminina vero in oth. vt אִשָּׁה אִשּׁוֹת.ideſt mulier mulieres. Sed hec regula non vſquequaq; vera eſt:nam patitur plerumq; exceptionem: vt in declinatione nominis diſſeremus in.cap̄.ſequenti.

De declinatione nominum.

Declinationes nominum apud hebreos non diſtinguntur niſi a ſingulari numero in pluralem. que diuerſitates quia due ſunt tantum:due erunt apud illos nominū declinationes. Prima maſculinorum mittentia pluralē in.im. a quacunq; ſingularis terminatione.idq; duobus modis aut addita im.vt דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum verba.aut vltima littera

mutata in im. vt שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים idest ſpica ſpice. Secunda declinatio eſt femininorum mittentia pluralem in oth a quacumq; ſingularis terminatione: idq; duobus modis aut addita oth. vt צָבָא צְבָאוֹת idest milicia milicie. aut vltima littera mutata in oth. vt מִלָּה מִלּוֹת idest dictio. dictiones. Sed in hac formatione plerumq; precedentium ſyllabarum vocales mutantur. ſed nō vno modo. Nam monoſyllaba non mutant vocalem preter ad modum pauca: que nonnunquam mutant. e. vocalem in .a. vt בֵּן בָּנִים filius filii. ſed plerūq; in .i. vt חֵץ חִצִּים .i. ſagitta. נֵס נְסִים iaculum עֵז עִזִּים hircus ſiue capra. עֵת עִתִּים tempus ſiue hora. קֵן קִנִּים nidus קֵץ קִצִּים finis. שֵׁן שִׁנַּיִם dens. Alia quoq; ex hoc genere non mutant. vt עֵד עֵדִים teſtis. עֵץ עֵצִים lignum ſiue arbor. שֵׁם שֵׁמוֹת idest .nomen. Alia quoq; ex monoſyllabis mutant alias vocales in alias. vt יוֹם יָמִים dies. צַד צְדָדִים latus עִיר עָרִים ciuitas. ſed hec ſunt admodum rara. Nomina duarū ſyllabarum cuiuſcumq; ſint generis plerumq; mutant vocalem in vocalem. vt דָּבָר דְּבָרִים idest verbum. verba. חֵלֶק חֲלָקִים pars: partes. Excipiuntur illa que habent ſimilitudinem cum his dictionibus nihil ſignificantibus: פִּעוֹל : פִּעִיל : פְּעֵל : פָּעַל : פָּעוּל : פּוּעִיל : פּוֹעֵל : פֹּעַל : פֹּעֵל : פִּיעוּל quoniam ſequentes proportionem illarum nihil mutant. vt זְאֵב זְאֵבִים lupus lupi: quod ſequitur proportionem illius dictionis פְּעֵל. & ad hanc rationē reducuntur alia complura. Sed aduertendū quod nomina habentia ſimilitudinem cum dictione illa. פָּעוֹל ſi in littera ſubſtātiali in medio dictionis poſita non habent dages. mutant vocalem aliam in aliam. vt בָּרוּךְ idest benedictus. in בְּרוּכִים benedicti. Quod ſi habent dages nihil mutant. vt אַלּוּף אַלּוּפִים idest dux duces. טַבּוּר טַבּוּרִים vmbilicus vmbilici. תַּנּוּר תַּנּוּרִים furnus furni. תַּפּוּחַ תַּפּוּחִים pomum poma. & etiam quando prima littera eſt ex quattuor gutturalibus ſubſcripta cū apice camez vel patha nihil mutant ſiue habeant dages in medio ſiue non habeant. vt חָרוּץ חֲרוּצִים Solicitus ſoliciti. עָמוּד עַמּוּדִים colūna colūne. Nomina quoq; huius ordinis deſinentia in he: nihil mutant plerumque. vt שָׂדֶה שָׂדוֹת campus. campi. Nomina p̄terea trium aut plurium ſyllabarū plerūq; nihil mutāt ex ſingulari numero in pluralem. vt תְּאֵנָה תְּאֵנִים ficus fici.

De heteroclitis.

Sunt complura nomina que non ſubiiciuntur regulis q̄ ſuperius tradite ſunt de formatione nominum maſculinorum & feminīorum numeri pluralis ex ſingulari: quoniam ſunt complura feminina: quæ mittunt numerū multitudinis in im. Atq; ediuerſo maſculina: que mittunt eundem numerum in oth. Sunt præterea quedā q̄ cum in ſingulari ſint maſculina vel feminina: in plurali hūt vtrāq; terminationem.

De femininis in .im.

אֶבֶן אֲבָנִים Lapis lapides: אֹזֶן אָזְנַיִם Auris aures:
אֵלָה אֵלִים Querc⁹ q̄rc⁹. אֲלֻמָּה אֲלֻמִּים Māipulus .li.
אֵימָה אֵימִים Timor timores אִשָּׁה נָשִׁים. mulier mulieꝛs
בֵּיצָה בֵּיצִים ouum oua: בְּבֵלָה בְּבֵלִים Carica carice.
דֶּרֶךְ דְּרָכִים Via vie דְּבוֹרָה דְּבוֹרִים Apis apes.
חִטָּה חִטִּים Triticū trítica: יַעֲנָה יְעֵנִים Struthio. ones.
כֻּסֶּמֶת כֻּסְּמִים Far farra: לְבֵנָה לְבֵנִים Later lateres:
מוֹפֵת מוֹפְתִים Miraculū .cula. נְמָלָה נְמָלִים formica .mice.
סְאָה סְאִים Mēſura mēſure: עַיִן עֵינַיִם Oculus oculi.
עִיר עָרִים Ciuitas .tates. פִּילֶגֶשׁ פִּילַגְשִׁים Cōcubīa. bine.
צֶבֶת צְבָתִים Manipulus .li. רֶחֶל רְחֵלִים Ouis oues.
שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים Spica ſpice: שׁוֹשַׁנָּה שׁוֹשַׁנִּים Roſa roſe.
שָׁנָה שָׁנִים Annus anni שְׂעוֹרָה שְׂעוֹרִים Hordeū. dea.
תְּאֵנָה תְּאֵנִים Ficus fici. De maſculinis in oth.
אָב אָבוֹת Pater patres: בְּכוֹר בְּכֹרוֹת Prīogenit⁹. ti.
חֲלוֹם חֲלֹמוֹת Somniū ſomnia מָאוֹר מְאוֹרֹת Lumē lumina.
מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת Altare altaria: מָטָר מְטָרוֹת Pluuia pluuie.
מָקוֹם מְקוֹמוֹת Loc⁹ loci vel loca מִשְׁכָּן מִשְׁכָּנוֹת taberna culū. la.
סִיר סִירוֹת Olla olle: קָהָל קְהִלּוֹת Eccleſia. ſie.
קוֹל קוֹלוֹת Vox voces: קִיר קִירוֹת Paries parietes
שָׂדֶה שָׂדוֹת Campus campi. שֵׁם שֵׁמוֹת Nomen noīa.

De vtriſq; in im & in oth ſimul.

אֵימָה אֵימִים: אֵימוֹת Timor .res. אֹמֶר אֲמָרִים: אֲמָרוֹת verbū verba
דִּירָה דִּירִים דִּירוֹת Gñatio. tiōes. דֶּלֶת דְּלָתַיִם דְּלָתוֹת Ianua. nue.
חָצֵר חֲצֵרִים חֲצֵרוֹת Villa ville. מִלָּה מִלִּים: מִלּוֹת Dictio. ones.
עָוֹן עֲוֹנִים עֲוֹנוֹת P̄ccatū peccata. פֶּשַׁע פְּשָׁעִים פְּשָׁעִים Fōs fōtes.
צֶלַע צְלָעִים צְלָעוֹת Angulus āguli. פִּנָּה פִּנִּים: פִּנּוֹת Latus latera
קֶרֶן קְרָנַיִם קְרָנוֹת Cornu cornua. שָׁנָה שָׁנִים שָׁנוֹת Annus anni

Poteſt fieri vt alia complura interlegendum reperias: ſed q̄ impreſentiarum occurrerunt: exempli gratia ſufficiant.

De numero.

Numerus nō ſolum accidit nomini: ſed & pronomini: & verbo & participio. Sed quoniam declinatio fit p numeros & per caſus: dicendū eſt prius de numeris. tū de caſibus. Sunt autē numeri vt dictum eſt apud hebreos quē admodū & apud grecos tres. ſingularis qui hebraice dicitur. לְשׁוֹן אֶחָד hoc eſt lingua vnius. Dualis qui לְשׁוֹן שְׁנַיִם hoc eſt ligua duorū. P̄lis qui. לְשׁוֹן רַבִּים .i. līgua pluriū. Singꝛis nūerus in nomine non habet certam terminationem in maſculinis ſed neq; in femininis preter q̄ in illis que deſinunt in he ſiue in tau. A maſculino ſingulari formatur plurale atq; femininum ſingulare & plurale. Dualis numerus tam in maſculinis q̄ in femininis formatur a ſingulari addendo im ſiue vltima littera mutata in im. & ante iod plerumq; precedit patha ſiue camez: vt efficiatur áim accentu acuto ſupera. vt עֵינַיִם idest. oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis numerus tam maſculinorum quam femininorū quaratione formentur a ſingulari dictum eſt vbi de nominis declinatione. Sed ſunt complura nomina appellatiua atq; etiam propria locorum ſiue hominum: que cum ſint ſingularia habent terminationem pluralium hoc eſt in im. vt אַדְנִים .i. dñs. תָּמִים .i. innocēs. קְדֹרִים ſubiolanus vētus. מִצְרַיִם egypt⁹. לוּדִים nomen viri. Aduertendum preterea quod ab huiuſmodi nominibus in .im. deſinentibus aliquando per apocopen abiicitur mem illud finale. 2. Regū. cap̄. 22. וַתְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עַמִּי hoc eſt. liberabis me a cōtradictiōibus populorum. pro quo trāſlatio communis habet populi mei. Aliquando abſcinditur mem littera finalis: & profertur iod non quaſi vocalis ſed quaſi conſonans. ut Ieremie cap̄. 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי hoc eſt quí aperit ſibí feneſtras. pro eo quod eſſe debuit חַלּוֹנִים. Aliquando mem finalis mutatur in nun. vt Dañ. 12. לְקֵץ הַיָּמִין .i. in fine dierū. & Ezech. 4. קַח לְךָ חִטִּין hoc eſt: accipe tibi trítica. Notādum eſt preterea quod in nominibus deſinentibus in iod in numero ſingulari: que ex ratione declinatiōis debuerāt geminare iod in numero multitudinis abiicitur ex illis alterū iod. vt ab eo quod eſt גּוֹי .i. gēs. dicimus גּוֹיִם .i. gētes per vnum iod: cū debeꝛemus dicere per duplex iod. גּוֹיִים Illud quoq; aduertendum eſſe quedā noīa dualiter aut pluraliter declinata in im deſinentia: que carēt numero ſiugulari. cuiuſmodi ſunt: q̄ ſequuntur.

מִכְנָסַיִם Bracche. מַיִם Aque. מֹאזְנַיִם Statere.
נִכְלְאַיִם Res mixte חַיִּים Vite. שָׁמַיִם Celi.
רַחַיִם Mole. צָהֳרַיִם Meridies. פָּנִים Facies.
מֶלְקָחַיִם Forcipes

In quibus pōt itelligi nūerus ſingularis: niſi ſequatur aut p̄cedat nomen adiectiuum aut verbum aut participium numeri pluralis: quoniam tunc pluraliter nominantur. puta מַיִם רַבִּים idest aque multe. שִׁמְעוּ שָׁמַיִם .i. audite celi. Sūt e diuerſo nomina ſingulariter declinata que carent numero multitudinis. cuiuſmodi ſunt que ſequuntur: & fortaſſe alia plura.

צֹאן Ouis. פּוֹל Faba יַיִן Vinum חֹמֶץ Acetum
הִין Menſura. גֵּרָה Granum. קַיִץ Ver. חוֹם Calor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

קוֹר Frigus תֵּבֵל Mundus יָרֵחַ Luna שֶׁמֶשׁ Sol חֹרֶב Siccitas.
Ex quibus pōt figurari pluralis numerus: licet in sacris litteris nō reperiatur. plurali quoq; numero carēt noīa propria hoīm siue locorū. vt אַבְרָהָם abraam. בָּבֶל babylon. & nomina desinentia in .uth. nō habēt in vsu pluralē: quanquam possumus illum formare si fuerit opus. qualia sūt גְּבֶרוּת superbia יָלְדוּת Iuuētus כְּלִמּוּת Verecundia. שְׁפָלוּת Humilitas.

De casibus nominum.

CAsus noīm ꝓnoīm ac participiorū apud latinos & grecos distingūtur tū terminatiōe: tū articulis. tū signatione: siue partiū orōnis cōstructione. Apud hebreos casus plerumq; distinguntur constructione nominatiui cū verbo vt si dicam אִישׁ אֶחָל לֶחֶם hoc est vir comedit panem. manifestum est quod vir est casus noīatiui. aut genitiui qui regitur ex vi possessionis ab aliqua re possidente. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד .i. salomon filius dauid. clarum est quod dauid casus est genitiui. Alter modus cognoscendi casus est per articulos: siue proarticulos vt hieronymus appellat. Nā articulus est pars oratiōis q̄ additur nomini ad ostendendū cuius generis ē. proarticulus vero ad demonstrandū cuius est casus. Igitur apud hebreos casus sunt sex. articuli vero quattuor. Nominatiui articulus est הַ. genitiui quoq; articulus est idem הַ. datiui לְ. accusatiui אֶת. vocatiui non habent articulos sed aduerbia vocandi. Ablatiuus non habet articulum sed prepositionem. de qua in suo loco. Septimus vero latinorū casus apud hebreos exprimitur per ablatiuū & בְּ ꝓpositionē hoc est. in .vt in psalmo. 32. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם. i. verbo dñi celi firmati sunt. pro quo hebrei dicunt ī verbo domini. Sed aduertendum quod particula ha quam diximus esse articulum nominatiui & genitiui: potest etiam iungi aliis casibus. Et nunquam reperitur per se: sed semper in compositione cum suo casuali. & aduertendum quod in dictionib? disyllabis aut polysyllabis ab áin vel heth incipiētibus loco patha vel camez scribitur. per segol. veluti. הֶהָרִים mōtes. עֲרִים ciuitates. & quāquā diximus הַ esse articulū nominatiui: & vocatiuū nō habere articulū: aliq̄n nominatiuus reperitur sine articulo & vocatiuus cū articulo. Cū vero nomen aliquod post se regit genitiuum ex vi possessionis non admittit articulum. vt Geñ. cap̄. 2. תּוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ .i. generationes celi & terre. Nomina quoq; locorum siue hominum propria non recipiūt articulum. neq; regere possunt genitiuum: nisi interueniat nomen appellatiuum. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד .i. salamon filius dauid. potest tamen subintelligi etiam si non exprimatur. vt in euangelio: maria iacobi subintellige mater. Quare si duo nomīa propria aut etiam duo substantiua iunguntur: vtrumq; erit in eodem casu. vt רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן hoc est ruben. simeon. Quod si duo huiusmodi nomina iunguntur quorū alterū sit in genitiuo: illud nomen distinctionis gratia recipit. הַ. vt אִישׁ הָאֱלֹהִים hoc ē vir dei. reperitur etiam genitiuus huiusmodi sine articulo. vt in eodem exemplo. Potest etiam fieri vt genitiuus regatur ab altero genitiuo. vt Geñ. cap̄. 5. זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם .i. hic est liber generationis adam. Sed de articulis & prepositiōibus quo modo apponuntur nominibus & pronominibus: vbi departibus indeclinabilibus agetur copiosius differemus. nunc eorū que diximus exempla proponamus cum articulis & sine illis.

Masculina.

אִישׁ הָאִישׁ	Nominatiuo hic vir.
אִישׁ הָאִישׁ	Genitiuo viri.
לָאִישׁ לְאִישׁ לְהָאִישׁ	Datiuo viro.
אֶת אִישׁ אֶת הָאִישׁ	Accusatiuo virum.
אִישׁ הָאִישׁ	Vocatiuo o vir.
מֵאִישׁ מֵאִישׁ מֵהָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
בָּאִישׁ בְּאִישׁ בְּהָאִישׁ	Septimo casu. viro.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Plurali nominatiuo. viri.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Genitiuo virorum.
לָאִישִׁים לְאִישִׁים לְהָאִישִׁים	Datiuo viris.
אֶת אִישִׁים אֶת הָאִישִׁים	Accusatiuo viros.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Vocatiuo o viri.
מֵאִישִׁים מֵאִישִׁים מֵהָאִישִׁים	Ablatiuo a viris.
בָּאִישִׁים בְּאִישִׁים בְּהָאִישִׁים	Septimo casu viris.

Feminina.

אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Nominatiuo mulier.
אִשַּׁת הָאִשָּׁה	Genitiuo mulieris.
לְאִשָּׁה לְהָאִשָּׁה	Datiuo mulieri.
אֶת אִשָּׁה אֶת הָאִשָּׁה	Accusatiuo mulierem.
אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Vocatiuo o mulier.
מֵאִשָּׁה מֵהָאִשָּׁה	Ablatiuo a muliere.
בְּאִשָּׁה בְּהָאִשָּׁה	Septimo casu muliere.
אִשּׁוֹת הָאִשּׁוֹת	Plurali nominatiuo mulieres.

& de aliis casibus eodem modo dicendum quo dictū est de masculinis. Atq; ad proportionem horum duorum nominum alterius masculini & alterius femininí: declinātur omnia alía nomina si nō carēt alterutro nūero. Et de nomine dicta sufficiāt: qđ ad proportionē attinet. Est p̄terea aīaduertēdū: ꝙ īnoībus duarū aut plurium syllabarum que construuntur cum genitiuo: plerumq; mutant primas vocales a prima positione: nā monosyllaba raro mutant. Mutant igitur camez in seba. vt מָקוֹם ideſt locus. iunge illi genitiuum & tunc dices מְקוֹם הַמִּזְבֵּחַ .i. locus altaris. atq; eodem modo. דָּבָר iunge genitiuum & dices דְּבַר יְהוָה ideſt verbum domini. & שָׂדֶה iunge genitiuum & dices שְׂדֵה עֶפְרוֹן Campus ephron. In dictionibus preterea disyllabis: que habent in medio litteram iod: exteritur illud iod in prolatione: si dictiones ille cōstruuntur cum genitiuo. vt בַּיִת iunge genitiuum & dices בֵּית יִשְׂרָאֵל. ideſt domus israel. זַיִת ideſt oliuetum: adde genitiuum & dices זֵית שֶׁמֶן hoc est oliuetum olei. חַיִל .i. exercitus: adde genitiuum & dices חֵיל פַּרְעֹה .i. exercitus pharaonis. Exteritur etiam iod in prolatione qñ illud nomē componitur cum pronomine vt בֵּיתִי . ideſt domus mea. & etiam in numero plurali vt זֵיתִים. ideſt oliue. Aliquādo tamen in huiusmodi nominibus iod non exteritur in prolatione. vt in eo quod diximus חֵילִים. ideſt exercitus. Noīa quoq; nonnulla que in plurali desinunt in im. aliquando amittūt mem litteram si cum genitiuo construuntur: & littera que precedit iod scribitur ꝑ cere. et mutant prima vocales: sicuti mutabant in formatione pluralis ex singulari. vt בָּנִים ideſt filii. ad de genitiuum & dices בְּנֵי אַבְרָהָם. ideſt fili abraam. & eodem modo דְּבָרִים ideſt verba דִּבְרֵי הַיָּמִים. ideſt verba dierum. Nomina preterea trium syllabarum quarū due priores veniūt cū patha siue camez: si sequatur genitiuus: posterior apex vertitur in seua qui pertinet ad syllabam precedentem. hoc mō אֲנָשִׁים. ideſt homines. אַנְשֵׁי הָעִיר. ideſt homines ciuitatis. חֲכָמִים. ideſt sapientes. חַכְמֵי לֵב ideſt sapientes cordis. Cum nomina quoq; in plurali componuntur cum pronominibus: amittunt etiam mem. vt אֲדֹנִים. ideſt domini. אֲדֹנֶיךָ ideſt domini tui. sed hoc in cap̄. sequenti quod est de pronomine dicetur. Est etiam aduertendum quod nomina feminina desinentia in .ה. he. si post se construantur cum genitiuo: mutant illud. he. in tau. vt צְדָקָה ideſt iusticia. צִדְקַת הַצַּדִּיק. ideſt iusticia iusti שָׁנָה ideſt annus. שְׁנַת רָצוֹן ideſt annus propiciationis. Aliquando tamen in huiusmodi nominibus. ה. non vertitur in .ת. sed potius excluditur si sequatur genitiuus. vt in verbo לַיְלָה. ideſt nox. Exo. 12. ca. לֵיל שִׁמּוּרִים. ideſt nox obseruationum. Nomina quoq; feminina que non desinunt in he vel in tau. si construuntur cum genitiuo: recipiunt in fine tau. vt דָּבָר. ideſt verbum דְּבָרַת שְׁבוּעָה ideſt verbum iuramenti. אִמֶּר ideſt dictum אִמְרַת אֱלוֹהַ ideſt dictum dei. Quando nomen aliquod construitur cum genitiuo articulus datiui ꝑ camez accipit seba. vt Geñ. cap̄. 16. לְקוֹל שָׂרָי.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ídest voci ſare. Idem quoꝙ dicendum de prepoſitiõe. vt geñ. caꝑ. 21. בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים ídest in terra philiſtinorum. Recipiunt quoꝙ ſeua pro camez quando poſt nomen ſubſtãtiuum ſequí tur adiectiuum. vt geñ. caꝑ. 18. לְגוֹי גָּדוֹל. i. in gentẽ magnã. & Exodi. 12. בְּבַיִת אֶחָד ídest in domo vna. preter quã ſi adiectiuũ venit cũ he. articuli: quia tũc beth & lamed poſſunt accipere ca mez. vt Deut. caꝑ. 8. בַּמִּדְבָּר הַגָּדוֹל ídest in deſerto grandi. Nõ nunquam articulus datiui ſeruit pro genitiuo. ſicut geñ. caꝑ. 32. לְמִי אָתָּה. i. cuius es tu. & in eodẽ לְיַעֲקֹב לְיַעֲקֹב. i. ſeruí tuí ia cob. & pſalmo. 3. מִזְמוֹר לְדָוִד. i. pſalmus dauid. Articulus quoꝙ accuſatiui aliqñ ponitur pro prepoſitione ablatiui. vt geñ. 31. אֶת יוֹסֵף. i. cum ioſeph. Aliquando he ponitur in fine dictio nis ad oſtendendũ quod eſt accuſatiui caſus. vt הֹרֵבָה. i. ad oreb מִצְרַיְמָה ídest ad egyptum. Si preterea nominís littera prima habet ſeba: lamed datiui & mem & beth ablatiui accipiunt hí ric. vt לִצְדָקָה ídest iuſticie. & בְּצִדְקָה. i. in iuſticia. quod preci pue fit ſi huiuſmodi dictio conſtruitur cum genitiuo. ſicuti p̃s. 32. בִּדְבַר יְהוָה ídest in verbo domini. Illud quoꝙ aduertendũ quod nomina propria hominum ſiue locorũ: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt ſeba. vt Geñ. caꝑ. 6. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ. ídest dixit deus noe. & numeri. 12. בְּעַבְדִּי בְּמֹשֶׁה. i. in ſeruo meo moyſe. Quod ſi prima littera noīs proprii habet ſeba: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt hiric. vt לִשְׁלֹמֹה. ídest ſalomõi בִּרְאוּבֵן. ídest cum ruben.

De nominíbus anomalís.

IN ſuperioríbꝰ dictum eſt de nominibus regulariter declinatis: nunc de irregularíbus: hoc eſt que in declinatione aliquid mutant. Nam quod de nominum formatione a ſingulari in pluralem dictum eſt: quod maſculina exeunt in. im. addita im vel vltima littera ī im mutata: non vſque quaqꝙ obſeruatur quoniam aliquando additur vel detrahitur vel mutatur littera vel apex: aut vtrumqꝙ. vt ecce. אָזֶן hoc eſt auris per rectam formationem debuit facere אָזְנִים dicendũ eſt tamen אָזְנַיִם hoc eſt a vocalis addita. Et ne in ſinguliſ immoremur diſpoſuímus quedam nomina in quibus vna aut plures huiuſmodi irregularitates reperiuntur.

אָדֹם. אֲדוֹמִים	Ruber. rubrí.
אֹזֶן. אָזְנַיִם	Auris. aures.
אָחוֹת. אֲחָיוֹת	Soror ſorores.
אֱנוֹשׁ. אֲנָשִׁים	Homo homines.
אַף. אַפַּיִם	Naris nares.
אִשָּׁה. נָשִׁים	Mulier mulieres.
בַּיִת. בָּתִּים	Domus domus.
בֶּרֶךְ. בִּרְכַּיִם	Genu genua.
בַּת בָּנוֹת	Filia filie.
גְּדִי. גְּדָיִים	Hedus hedí.
דֶּלֶת. דְּלָתַיִם	Ianua ianue.
דֶּרֶךְ. דְּרָכִים	Via vie.
חֲלָץ. חֲלָצַיִם	Lumbus lumbí.
יָד. יָדַיִם	Manus manus.
יוֹם. יָמִים	Dies dies.
יֶרֶךְ. יְרֵכַיִם	Femur femora.
כָּנָף כְּנָפַיִם	Ala ale.
כַּף. כַּפַּיִם	Palma manus. palme.
כֶּפֶל. כְּפָלַיִם	Duplicatio. duplicationes.
כִּכָּר כִּכָּרִים	Talentum talenta.
כֶּרַע. כְּרָעַיִם	Crus crura.
לְאֹם. לְאָמִים	Populus populí.
לֶחִי. לְחָיַיִם	Maxilla. maxille.
מַלְכוּת. מַמְלָכוֹת	Regnum regna.
עַיִן. עֵינַיִם	Oculus oculi.
עֵרֹם. עֵרוּמִים	Nudus nudi.
פֶּה. פִּים. פִּיּוֹת	Os ora.
צְבִי. צְבָאִים	Hinnulus. hinnuli.
צַד. צְדָדִים	Latus latera.
צֵל. צְלָלִים	Vmbra vmbre.
קֶרֶן. קְרָנַיִם	Cornu cornua.
רֶגֶל. רַגְלַיִם	Pes pedes.
שַׁד. שָׁדַיִם	Mamma mamme.
שֵׁן. שִׁנַּיִם	Dens dentes.
שָׂפָה. שְׂפָתַיִם	Labrum labra.
תֹּם. תְּמִימִים	Perfectus perfectí.

Sunt preterea quedam nomina que per figuram quam greci vocant metatheſim ídest tranſpoſitionem littere mutant ordí nem a principio in medium ſiue in finem: aut a fine ſiue a me dio in principium. cuiuſmodí ſunt hec.

נְמֵא אָגָם	Iuncus ſiue pelagus.
כֶּבֶשׂ כֶּשֶׂב	Aries.
כְּסִיל סָכָל	Stultus
רֹעֶה. רֹעֵר	Reprehendens
שָׁחִיס. סָחִישׁ	Pomum.
שַׂלְמָה. שְׂמִלָה	Lintheum.

Atqꝙ ad hunc modum alia complura. que permutatio non ſolum reperitur in litteris: ſed etiam in ſyllabis & in partíbꝰ orationis: quoniam particule prepoſitiue poſtponũtur: & poſtpoſitiue preponuntur. Quod vitium excuſari poteſt: ſi intellectuí non nocet: vt geñ. 41. וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה hoc eſt omnes pro uincie veniebant egyptum in. pro in egyptum. & in eo. לִשְׁבֹּר אֶל יוֹסֵף. ídest vt emerent ad ioſeph. pro ad ioſeph vt emerent. i. veniebant ad ioſeph vt emerent. & 4. Regum. caꝑ. 9. וַיָּשֶׂם בָּפוּךְ עֵינֶיהָ ídest & poſuit in ſtibium oculos ſuos. pro & poſuit ſtibium in oculís ſuis. Sed de nomine ſatís multa dicta ſũt: nũc de pronomine agendum videtur: ſi premiſerímus antea eſſe alios articulos a ſuperioríbus qui non veniunt in compoſitione. puta שֶׁל genitiui. אֶל datiui. מִן ablatiui. עִם effectiui: que idcirco hoc in loco diximus quoniam ex his prepoſitionibus pronominum caſus deriuantur.

De pronomine.

QRonomen eſt pars oratiõis que loco proprií nominís ponitur. Pronomini accidunt ſex. Species. figura. perſona. genus. numerus. caſus cum declinatione. Species pronominum ſicut & nominum due ſunt. primigenia & deriuatiua. Primigenia vero reperiuntur ſeparata. deriuatiua tantum in compoſitione. Caſus quoꝙ primitiuorum deriuati ſũt a prepoſitionibus ſiue articulis nominum. vt שֶׁלִּי qui eſt genitiuus huius pronominis primitiui אֲנִי. & לִי ſiue אֵלַי qui ẽ datiuus ab eo quod אֶל. & eodem modo de aliis caſibus. idqꝙ p additionem vel detractionem littere. quí in prima perſona in ſingulari deſinunt in. iod. in plurali vero in nu. hoc modo.

אֲנִי. אָנֹכִי	Nominatiuo ego.	שֶׁלִּי	Genitiuo mei.
לִי. אֵלַי	Datiuo mihi.	אֹתִי	Accuſatiuo me.
	Vocatiuo caret.	מִמֶּנִּי. מֶנִּי	Ablatiuo a me.

Plurali numero.

אֲנַחְנוּ. נַחְנוּ. אָנוּ	Nominatiuo nos.	שֶׁלָּנוּ	Genitiuo nr̃m
לָנוּ. אֵלֵינוּ	Datiuo nobis.	אֹתָנוּ	accuſatiuo nos
	Vocatiuo caret.	מִמֶּנּוּ	Ablatiuo a nobis.

Pronomen primitiuum ſecunde perſone in nominatiuo ſingulari generis maſculini terminatur in he littera. femininũ vero eiuſdem numeri deſinit in tau cum ſeua. Caſus vero obliqui finiuntur in caph ſubiecto camez pro maſculinís: ſed pro femininís cum ſeba: quí pertinet ad ſyllabam precedẽtẽ: ſic.

אַתָּה. אָתְּ	Nominatiuo tu.	שֶׁלְּךָ שֶׁלָּךְ	Genitiuo tuí.
לְךָ. אֵלֶיךָ. לָךְ. אֵלַיִךְ	Datiuo tibi.	אֹתְךָ. אֹתָךְ. אֶתְכָה. אֶתְכֶן	Accuſatiuo te.
אַתָּה. אָתְּ	Vocatiuo o tu.	מִמְּךָ. מִמֵּךְ	Ablatiuo a te.

Plurali numero.

אַתֶּם. אַתֶּן. אַתֵּנָה	Nominatiuo vos.	שֶׁלָּכֶם. שֶׁלָּכֶן	Genitiuo vr̃m.

Universidad de Deusto
Biblioteca

לָכֶם אֲלֵיכֶם:לָכֶן	Datiuo vobis.
אֶתְכֶם:אֶתְכֶן	Accusatiuo vos.
אַתֶּם:אַתֶּן	Vocatiuo o vos.
מִכֶּם:מִמְּכֶם.מִכֶּן	Ablatiuo a vobis.

Aduertendum est:quod pronomen prime persone tam in recto quam in obliquis tam in singulari q̄ in plurali terminationes habet communes masculino generi ac femininо. Atuero pronomen secunde persone terminationes habet diuersas p masculinis & femininis vt dictum est. Illud preterea notandū est:quod pronominis huius generis feminini terminatio tribus in locis scripture tantum reperitur iuncta masculini generis nomini.Primo. Numeri.cap̄.11.וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשֶׂה לִי.ך quo latini habent.sin aliter tibi videtur.Secundo Deut.cap̄.5.וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ nos autem ad hunc modum. tu loqueris ad nos. Tertio Ezech.28.אַתְּ כְּרוּב מְמֻשָׁח הַסּוֹכֵךְ ídest tu cherub extentus & protegens.Nonnunquam preterea datiuus & accusatiuo generis feminini iungitur generi masculino.vt Deut.cap̄.7.תִּתֶּת לָךְ Latine sic: vt daret tibi.& Prouer.7.תַּנְחֶה אֹתָךְ Latine sic:gradietur tecū.quod maxime contingit in fine clausule. Aduertendum est quoq; quod huius pronominis plurale masculinum terminatur in mem precedente littera cui subiicitur segol.femininum vero mutat mem.in nun.

Pronomen primitiuum tertie persone generis masculini numeri singularis desinit in vau cum surech:sequenti aleph ociosa.Femininum vero desinit in iod precedente hiric sequenti quoque aleph ociosa.Obliqui vero masculinorum numeri singularis desinunt in.o.preter ablatiuum qui terminatur in .u. feminina vero desinunt in.a.per apicem cames sequenti he cū apice mapic.in modum sequentem.

הוּא:הִיא הִוא	Nominatiuo ille.illa.
שֶׁלּוֹ:שֶׁלָּהּ	Genitiuo illius vel sui.
לוֹ:אֵלֶיהָ לָהּ	Datiuo illi vel sibi.
אֹתוֹ:אֹתָהּ	Accusatiuo illum illam vel se.
	Vocatiuum non habet.
מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּהּ	Ablatiuo ab illo illa vel a se.
Plurali.	
הֵם הֵמָּה:הֵהֵן הֵנָּה	Nominatiuo illi ille.
שֶׁלָּהֶם:שֶׁלָּהֶן	Genitiuo illorum.arū. vel sui.
לָהֶם אֲלֵיהֶם:לָמוֹ אֲלֵיהֶן לָהֶן	Datiuo illis:vel sibi.
אֹתָם אֶתְהֶם:אֹתָן אֶתְהֶן	Accusatiuo illos illas vel se.
	Vocatiuum non habet.
מֵהֶם מִמֶּנָּהֶם:מֵהֵן מֵהֶנָּה	Ablatiuo ab illis vel a se.

Estq; hoc in loco notandum:quod ablatiuus numeri singularis huius pronominis assimilatur ablatiuo pronominis prime persone numeri pluralis.que ambiguitas non potest tolli nisi ex contextu partium orationis.Nominatiuus preterea huius pronominis in genere masculino numeri pluralis finitur in.em.per.m.femininum vero in.en.per.n. Notandum preterea quod aliquando reperitur nominatiuus generis masculini huius pronominis coaptatꝰ generi feminino.vt in libro ruth pri.וְהֵמָּה בָּאוּ hoc est ille venerunt.atq; ediuerso reperitur eiusdem pronominis genus femininum coniunctum generi masculino.vt secundo.Reg.5.וְהֵנָּה בָּאוּ hoc est & illi venerunt. In quibusdam tamen codicibus recentiores particulam illam aliter punxerunt in hūc modum. וְהִנֵּה.ídest & ecce.quē sensum trāslatio chaldaica sequitur. hoc modo.וְהָא אִנּוּן Pronomē superius est demonstratiuum rerum coniunctarum tertie persone:que sunt remotiores.quod vero sequitur demonstrat res p ximas prime aut secunde persone:cuius explicatio est.

זֶה זוֹ:זֹאת זֹו	Nominatiuo hic hec.
שֶׁל זֶה:שֶׁל זֹאת	Genitiuo huius.
לָזֶה:לָזֹאת	Datiuo huic.
אֹתָזֶה:אֶת זֹאת	Accusatiuo hunc hanc.
	Vocatiuum non habet.
מִזֶּה.מִזֹּאת	Ablatiuo ab hocab hac.
Plurali.	
אֵלֶּה:אֵלּוּ	Nominatiuo hi he.
שֶׁל אֵלֶּה	Genitiuo horum harum.
לָאֵלֶּה	Datiuo his.
אֶת אֵלֶּה	Accusatiuo hos has.
	Vocatiuum non habet.
מֵאֵלֶּה	Ablatiuo ab his.

Hoc in loco notādū est.qd plerūq; supius pronomē seqtur verbū & nō nomen. vt numeri.26.לַאֵלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ.ídest his diuidetur terra.nam apud hebreos elegantius dicitur viro huic quam huic viro. Et duobus proximis pronominibus in nominatiuo plerūq; preponuntur nominibus.vt זֶה הָאִישׁ .í.hic vir.in obliquis vero non preponuntur.dicimus namq; לָאִישׁ הַזֶּה & non לָזֶה הָאִישׁ At uero quando he cum patha vel camez anteponitur illis:tunc pronomina postponuntur nominibus in hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה.הַלָּזֶה	Vir iste.
הָאִשָּׁה הַזֹּאת:הַלָּזוּ הַלָּזֹ	Mulier ista.
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Viri isti.
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Mulieres iste.

Et hec de nominibus primitiuis dicta sufficiant: nunc de deriuatis siue compositis dicendum est. Componuntur vero pronomina deriuatiua cum nomine.aut cum verbo. aut cum participio:vel cum prepositione:neq; vnquam reperiuntur separata:semperq; illis preferuntur alie partes orationis supradicte atq; in hunc modum composita vocantur ab hebreis בְּנוּיִים que in formatione numeri pluralis ex singulari communiter mutant primas vocales:quemadmodum in nominibus dictū est. Et prime persone vtriusq; numeri sunt similes in genere masculino & femininо:sicut dictum est in pronominibus primitiuis.& sequuntur easdem terminationes casuum obliquorum supradictorum & easdem litteras in fine pronominū ad denotādū personā cuius est sermo.in hūc modum. דָּבָר verbū.

דְּבָרִי	Verbum meum.m.vel.f.
דְּבָרְךָ:דְּבָרֵךְ דְּבָרְכִי	Verbum tuum.m.f.
דְּבָרוֹ דְּבָרָהּ:דְּבָרָהּ	Verbum suum vel illius.m.f.
דְּבָרֵנוּ	Verbum nostrum.m.vl f.
דְּבַרְכֶם:דְּבַרְכֶן דְּבַרְכֶנָּה	Verbum vestrum.m.f.
דְּבָרָם דְּבָרָמוֹ:דְּבָרָן	Verbū suū vel illorū illarum.
דְּבָרִים	Verba. Plurali numero.
דְּבָרַי	Verba mea.m. vl f.
דְּבָרֶיךָ:דְּבָרַיִךְ דְּבָרָיִכִי	Verba tua.m.f.
דְּבָרָיו:דְּבָרֶיהָ	Verba sua vel illorum.m.f.
דְּבָרֵינוּ	Verba nostra. m.f.
דְּבְרֵיכֶם:דְּבְרֵיכֶן	Verba vestra.m.f.
דְּבָרֵיהֶם:דְּבְרֵיהֶן דְּבָרֵיהֶנָּה	Verba sua vel illorū illarum

Quando est finis clausule venit pronomen secūde persone generis masculini numeri singularis cum segol loco seba:inclina turq; eodem accentus.vt numeri.14.סְלַח נָא פִּשְׁעַ דְּבָרֶךָ.ídest perci iuxta verbum tuum.& notandum quod nomina feminina desinentia in he si componuntur cum pronomine mutant illud he in tau.ad hunc modum. תּוֹרָה Lex.

תּוֹרָתִי	Lex mea.m.vel f.
תּוֹרָתְךָ:תּוֹרָתֵךְ	Lex tua.m.f.
תּוֹרָתוֹ:תּוֹרָתָהּ	Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרָתֵנוּ	Lex nostra.m.vel f.
תּוֹרַתְכֶם:תּוֹרַתְכֶן	Lex vestra.m.f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרָתָן	Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרוֹת	Leges. Plurali numero.
תּוֹרֹתַי	Leges mee.m.vel f.
תּוֹרֹתֶיךָ:תּוֹרֹתַיִךְ	Leges tue.m.f.

תּוֹרֹתֵיהֶם:תּוֹרֹתֵיהֵן Leges eiꝰ.m.f.
תּוֹרֹתֵינוּ Leges noſtre.m.vel.f.
תּוֹרֹתֵיכֶם.תּוֹרֹתֵיכֶן Leges veſtre.m.f.
תּוֹרֹתֵיהֶם:תּוֹרֹתֵיהֶן Leges ſue.m.f.

Sunt tamen quedā nomina feminina in he deſinentia :in qui bus aliquando he non vertitur in tau.vt סֻכָּה ideſt tabernacu lum.Pſal.26.כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה ideſt abſcondet me in tabernacu lo ſuo.vbi pro סֻכָּתוֹ ponitur.סֻכֹּה Item פִּשְׁתָּה.ideſt linū.Oſee. 11.צַמְרִי וּפִשְׁתִּי ideſt lana mea & linum meū . vbi pro eo quod eſſe debuit פִּשְׁתָּתִי legitur פִּשְׁתִּי .& alia complura ad hunc mo dum.Et notandum quod pronomē tertie perſone numeri ſin gularis aliquando habet he ocioſam cum puncto mapic . vt דְּבָרָהּ תּוֹרָתָהּ.Nomina preterea ſimplicia nonnunquam repe riuntur terminari ad pronominum ſimilitudinem.vt Geñ.ca. 49.בְּנִי אַתְנוֹ ideſt filius aſine ſue.Ieremie quoꝯ caꝑ.22. וְקָרַע לוֹ חַלוֹנַי &aperit ſibi feneſtras.que poſſunt dignoſci ex cōtex tu partium orationis.Sunt preterea quedam nomīa monoſyl laba que finita in.iod poſſunt eſſe pronomina prime perſone numeri ſingularis:aut nomina que poſſunt conſtrui cum geni tiuo.vt אָב.i.pater.אֲבִי יִשַׁי.i.pater iſai.אָח.i. frater . אֲחִי אַבְרָם ideſt frater abraam.פֶּה os. פִּי יְהוָה .i.os domini . Que nomina ſi iunguntur pronominibus tertie perſone numeri ſingularis ponuntur dupliciter hoc modo.

אֲבִיו אֲבִיהוּ Pater eius vel illius.
אֲחִיו אֲחִיהוּ Frater eius vel illius.
פִּיו פִּיהוּ Os eius vel illius.

Notandum quod hoc pronomen כֹּל quando iungitur his pro nominibus mutat camez ſiue holem in ſurec.vt כֻּלָּנוּ.ideſt om nes nos.Alia pronominum accidentia ad nominis rationem reducenda ſunt.nunc ad verbi conſiderationem accedamus.

De verbo.

VErbum eſt ꝙ ſignificat cū modis & temporibus:cui p̄ ter ſpeciem ac figuram accidunt ſeptem.ſ.coniugatio. vox.modus.tempus.numerus.perſona.genus maſculi num aut femininum. Coniugationes verborum quattuor ſunt.Prima coniugatio eſt verborum habentium tres litteras ſubſtantiales tantum:quarum prima ſcribitur ſubiecto camez ſecunda ſubiecto patha.hoc modo.פָּקַד.ideſt viſitauit.vocatur ꝙ hec coniugatio בִּנְיַן הַקַּל ideſt coniugatio leuis & ſimplex: quia non recipit alias litteras preter quam illas que ſunt neceſ ſarie ad deſignanda ipſius verbi accidentia.& eſt fundamentū aliarum coniugationum.Appellatur quoꝙ leuis : quia profer tur leniter:ideoꝙ non admittit dagues: cuius eſt litteram du riorem facere:quod precipue recuſat in littera media . Secū da coniugatio eſt verborum habentium dagues in littera ſub ſtantiali media:vocaturꝙ פִּעֵל הַדָּגוּשׁ ideſt verbum durum pro latu:propter dagues quem habet.vt.פִּקֵּד. Tertia coniugatio eſt verborum habentium quinque litteras:quoniam in princi pio additur he ſubiecto hiric & in medio iod ocioſa . vt הִפְקִיד ideſt fecit viſitare:vocaturꝙ eodem nomine hoc eſt . הִפְעִיל

Quarta coniugatio eſt quattuor litterarum ſubſtantialium:& prima ſyllaba ſcribitur per vau.& tertia littera plerumꝙ gemi natur vt רוֹמֵם ideſt exaltauit.& vocatur פּוֹעֵל מְרוּבָּע hoc eſt ver bum quadratum:a quattuor litteris quas continet in tertia per ſona ſingulari preteriti indicatiui . Et ſunt quedam verba que poſſunt per omnes quattuor coniugationes declinari cuiuſmo di eſt verbum פָּקַד quo vſi ſumus exempli cauſa. Sunt tamen alia verba que non poſſunt declinari niſi per quaſdam illarū. Differunt he quattuor coniugationes inter ſe ratione ſignifi cationis:quia prima ſignificat actionem remiſſam . Secunda actionem intenſam. Tertia que facit actionem verbi tranſire in aliam perſonam.ſicuti.4.Reg.7.הִשְׁמִיעַ אֶת מַחֲנֵה אֲרָם ideſt audire fecit caſtra ſyrie: & propterea hec coniugatio habet du as litteras vltra ſubſtantiales. Quarta quē etiam ſignificat ali quando actionem tranſitiuam: ſicut & tertia . Signatur quoꝙ differentia in verbo:mutatione ſignificatiōis.vt in verbo דִּבֵּר ſi eſt ſecunde coniugationis ſignificat loqui. ſi tertie cōfregit aut occidit.vt Pſalmo.17.וַיְרַבֵּר עַמִּים ideſt confregit populos. preterea חָרַשׁ ſi eſt prime coniugationis ſignificat arare. ſi ter tie eſt tacere.& ad hunc modum alia complura.Sed aduertēdū imprimis: quod prima cuiuſꝙ verbi & coniugationis poſitio vnde alia tempora formantur:eſt tertia perſona numeri ſingu laris:preteriti p̄fecti indicatiui modi. Illud quoꝙ non omitten dum:eſſe quedam verba perfecta: & alia imperfecta . Perfecta ſunt:que non amittunt aliquam ex tribus litteris ſubſtantiali bus que ſunt proprie ſignificationis verbi.Imperfecta ſunt il la que amittunt aliquam exillis litteris in coniugationis diſ curſu:de quibus infra ſuo in loco dicetur.nunc interim de per fectis. Vox quam diximus eſſe ſecundum verbi accidens eſt illud quo diſtinguitur verbum actiuum a paſſiuo.vt פָּקַד ideſt viſitauit. נִפְקַד ideſt viſitatus eſt.in hac coniugatione vox acti ua difert a paſſiua per litteram nun ſubiecto hiric.in aliis aliter atꝙ aliter. Modi verborum ſunt tres.indicatiuus.imperati uus.infinitiuus.indicatiuus eſt:per quem ſimpliciter oſtendi mus quid fit.vt פָּקַד.ideſt viſitauit. imperatiuus quem vocant צִוּוּי eſt per quem imperamus aliquid fieri.vt פְּקֹד ideſt viſita. infinitiuus quem vocant מָקוֹר eſt cuius actio ſiue paſſio infini te hoc eſt ſine numeris & perſonis ponitur.vt פָּקֹד. ideſt viſita re. Optatiuus & ſubiunctiuus ſupplētur per aduerbia ſiue cō iunctiones:& per indicatiuum aut infinitiuum.

Tempora verborum tria ſunt.preſens. preteritum . futurum. Preſens tempus hebrei non habent :circumloquuntur tamen illud per participium & perſonam que illi adiungitur . & ꝑ eo quod nos dicimus ego audio:illi dicunt אֲנִי שׁוֹמֵעַ.ideſt ego au diens.ſ.ſum.& intelligitur verbum ſubſtantiuum: alioquin nō eſſet enunciatio. Preteritum imperfectum ſuppletur per futu rum indicatiui.aut per preteritum:ſed plerumꝙ per partici pium preſentis & verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis.pluſ quam perfectum vero confunditur cum preterito perfecto. Numeri verborum duo ſunt.Singularis qui de vno loquitur. vt פָּעַל.ideſt fecit.Pluralis qui de pluribus loquitur . vt פָּעֲלוּ .i. fecerunt. Perſone verborum quemadmodum nominum & pronominum tres ſunt.Prima que de ſe loquitur.vt אֲנִי פָּעַלְתִּי ego feci.Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה פָּעַל tu facis Tertia de qua prima loquitur vt הוּא פּוֹעֵל ille facit. Genera verborum quemadmodum & nominum & pronominū duo ſunt.maſculinum & femininum.maſculinum eſt quod iungi tur ſuppoſito generis maſculini expreſſo vel ſubintellecto.ſi cuti.אֵל פָּעַל ideſt deus fecit.Femininum verbi genus eſt:quod iungitur ſuppoſito generis feminini expreſſo vel ſubintellecto vt אִשָּׁה פָּעֲלָה.ideſt mulier fecit.Sed antea quam ad explicatio nem coniugationis uerborum veniamus aduertendum eſt:qđ in prima uerbi perſona tam in ſingulari quam in plurali genꝰ maſculinum & femininum aſſimilantur in preterito & in fu turo indicatiui modi.preterita quoꝙ eiuſdem modi in tertia p ſona plurali in genere maſculino & feminino ſunt in termina tione ſimilia.Illud quoꝙ notandum quod in prima coniuga tione prima verbi poſitio habet terminationes tres : primam in.a cum patha ſequenti alia littera .ut פָּקַד.ſecundam in. e.cū cere.vt חָפֵץ.ideſt uoluit.Tertiam in.o.cum holem .ut יָכֹל ideſt potuit.& in hac coniugatione prima littera ſcribitur ſubiecto camez.cuius explicatio in hunc modum ſequitur.

Prima coniugatio.

IN uoce actiua indicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	Viſitauit.m.	פָּקְדָה	Viſitauit.f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti.f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

פָּקַדְתִּי Vísitaui.m.&.f.

Plurali.

פָּקְדוּ Vísitauerunt.m.&.f. פְּקַדְתֶּם Vísitastís.m.
פְּקַדְתֶּן Vísitastís.f. פָּקַדְנוּ Vísitauímus.m.&.f.

Aduertendum quod quando prima verbí posítio hoc est פָּקַד iungitur dictioní monosyllabe aut habentí accentum in príma:ílla quoq; habet accentum in princípio. vt geñ.cap.1.בָּרָא ídest vocauit noctem.& numeri.27.וְשָׁאַל לוֹ ídest & ínterrogabit eum.Illud quoq; est notandum quod quando príma littera substantialis vel media est aliqua ex his quattuor ארחע & debebat scribí cum seba:tunc seba mutatur in camez: vel patha:vt אֲהַבְתָּם .i. dílexistís בָּחַרְתָּ ídest elegit.que regula obseruatur in omnibus modís.temporíbus.& personís. vbicūq; seba supponitur littere substantiali in medio ipsíus verbi:sí ílla littera est ex íllís quattuor:seba quoque vertitur in camez. Et quando venit in fine clausule: etiam sí littera substantialis media non sit aliqua ex íllís quattuor seba littere medie substātialis vertitur in camez vel patha:& in ea collocatur accentus. vt Numeri.19.אֶת מִשְׁמֶרֶת יְהוָה שָׁמָרוּ ídest custodiam dominí custodierunt.& Iudicum.19.חָלַב נָתָנָה ídest lac dedit. Tertia p̄ terea verbi pluralis persona recipit aliquando nun in fine. vt Deut.8.אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ.ídest que non cognouerunt patres tui.& per preteritum huiusmodí suppletur preteritum ímperfectum & plusquam perfectum eiusdem. vt Geñ.37. אָהַב ídest amabat ioseph.supletur etiam preteritum imperfectum per futurum.vt Iob.1.כָּכָה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב ídest sic faciebat iob.Nonnunquam additur he littera in fine verbi secunde pśone gñis masculini numeri singularis.vt geñ.3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר ídest mulier quam dedísti. Aliquando quoq; he finalis vertitur in tau: in verbis tertie persone generis femininí numeri singularis.vt Esaie.23.וְנִשְׁכַּחַת צֹר ídest obliuioni dabítur tyrus.Presens indicatiuí modi circūloquímur per partícipium quod derivatur a prima verbi posítione:& habet semper.o.vocalem in princípio.& est símile nomini adiectiuo tā in genere q̄ in terminatione & declinatione.sic.

פּוֹקֵד qui vísitat. פּוֹקֶדֶת vel פֹּקֶדֶת que vísitat.
פּוֹקְדִים qui vísitant. פֹּקְדוֹת que vísitant.

& quemadmodum in preterito dictum est quando alíqua íllarum quattuor litterarum אהחע est in medio:seba vertitur in camez.vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת ídest qui clamāt vel que clamant .& p hoc partícipium & pronomina circūloquímur personas vtríusq; numerí.sic.אֲנִי פּוֹקֵד ídest ego vísito: & preponitur pronomen partícipio:nōnunquam vero postponitur.vt Ieremíe 1.שֹׁקֵד אֲנִי ídest vígilo ego.que regula ad alias quoq; coniugationes pertinet.Cum vero littera substantialis in fine posítionis prime est א in sive heth.tunc in partícipio generis masculini numeri singularis suppletur.a.ante illud א in vel heth.& accentus ponitur in littera substantiali que est ī medio.vt בּוֹרֵחַ ídest qui fugit.genus vero femininū eiusdē numeri sic . בּוֹרַחַת ídest que fugit.& hec quoq; regula extendit se ad alias coniugationes: quoties littera substantialis in medio posita venit cū aliquo apice preterq̄ cum camez & patha . Aliquando tamen littera substantialis in medio posita recipit patha : & א in sive heth finalis pertinet ad vocalem precedentem:quia nullum habet apicē subiectum.vt psalmo.93.הַנּוֹטַע אֹזֶן ídest qui plantat aurem.& quando partícipium generis femininí numeri singularis venit in fine clausule:tunc in littera substantiali media habet camez:& in ea collocatur accentus.vt iosue.11 . בָּהוֹמָה הִיא יוֹשֶׁבֶת ídest in muro ílla habitabat.in verbis quoq; desinentí bus in.e.vel in.o.nulla est differentía preteriti ad presens . vt אֲנִי חֵפֵץ ídest ego volo.אֲנִי יָכֹל ídest ego possum. Non nunquā etiam partícipium generis masculini numeri singularis desínit in híric sequēti iod.vt geñ.44.אֹסְרִי לַגָּפֶן ídest qui allígat ad vítem.& Deutero.33.שֹׁכְנִי סְנֶה ídest qui habitat in rubo .& alia eodem modo.Et notandum quod per hoc partícipiū presentis quandoq; circumloquímur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiusdem temporis uerbo substantiuo.eram eras erat.ut אֲנִי הָיִיתִי פֹּקֵד ego eram vísitans.i.ego vísitabam Futurum in omnibus coniugationíbus scríbitur per unam ex his quattuor litteris איתן additam in prīcipio prime verbi positionis subiecto hiric:preter quā aleph prime persone numerí singularis cui subscribitur cegol.Terminatiōes uero prime persone utriusq; numerí sunt símiles in utroq; genere :quemadmodum in preterito dictum est.Quod in aliis quoq; coniugationibus obseruatur.in quibus etiam prime persone utriusq; numeri plerumq; recipiunt he in fine:aliquando tamen nō recipiunt.ut

אֶפְקֹד uel אֶפְקְדָה uísitabo.m.&.f.

תִּפְקֹד Vísitabís.m. תִּפְקְדִי Vísitabís.f.
יִפְקֹד Vísitabit.m. תִּפְקֹד Vísitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד uel נִפְקְדָה Vísitabímus.m.&.f.
תִּפְקְדוּ Vísitabitís.m. תִּפְקֹדְנָה Vísitabitís. f.
יִפְקְדוּ Vísitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה Vísitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponítur ante litteram substantialem finalem aliquando abiícitur . Notandum preterea quod terminatio secunde persone generis masculini numeri singularis est símilis tertie persone generis femininí numeri singularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam passiue. que voces non possunt dignosci nísi ex contentu partium orationís.Secūde quoq; & tertie persone voces generis femininí pluralis numeri símiles sunt . Eiusdem quoq; futuri persone omnes generis masculini numeri singularis atq; etiam príma persona pluralis quando iunguntur dictionibus monosyllabis cum accentu macaph aut habentíbus accentum in princípio:tunc littera substantialis medie dictionís habet camez & legitur quasi holem.vt Psalmo.88.אֶשְׁמֹר לוֹ חַסְדִּי .ídest seruabo illí misericordiam meam.& ad hunc modum alía complura.in omnibus etiam personis eiusdem temporis littera substātialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל ídest faciam.quod precipue fit in verbis quorum littera substātialis media aut finalis est alíqua harum quattuor . אהחע vt אֶשְׁמַע ídest audiam. אֶצְעַק ídest clamabo . & in vtríusq; huiusmodí futuris in eodem verbo littera substantialis media potest esse cum holem & potest esse cum patha.vt אֶחְפֹּץ volam. יֶחְפַּץ ídest volet :& in fine clausule seba littere substantialis medie aliquando vertitur in camez sive holem :& in ea collocatur accentus etiam sí littera substantialis non sit vna ex íllís q̄ttuor in hunc modum אֶפְקְדָה. אֶפְקֹד: תִּפְקְדִי תִּפְקֹדִי. תִּפְקְדוּ תִּפְקֹדוּ: יִפְקְדוּ תִּפְקֹדוּ .venit etiam ad eundem modum sepe:licet non sit in fine clausule.In quibusdam etiam verbis quorū littera substātialis prima est א in sive heth in prima persona singulari:subiicitur íllís cegol.sic אֶעְבֹּר ídest transíbo.Sed in alís personís vltra litteram que additur ad designandum personam futuri:littera substantialis prima habet camez vel patha. sic תַּעֲבֹר.ídest transíbis. תַּעֲמֹד ídest stabís.In quibusdam quorum principium est aleph:littere addite habent holem in prima persona:& aleph substantialis prima amittitur.vt אֹכַל .i. comedam אֹמַר.ídest dícam.in aliís vero personís aleph rursus emergit:sed non profertur:vt תֹּאמַר ídest díces. תֹּאכַל ídest comedes.Sunt preterea verba quorum ínitium est aleph:in quibus littere que adduntur futuro & substantialis prima habent cegol & non abiícitur aleph.qualía sunt . אֶאֱסֹף ídest congregabo אֶאֱסֹר ídest alligabo.Nonnūquam etiam secunde & tertie persone generis masculini numeri pluralis & secunda persona generis femininí singularis accípiunt in fine nun . vt

תִּפְקְדוּן יִפְקְדוּן תִּפָּקְדִין que regula seruit coniugationibus aliis tam in voce actiua quam in passiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez siue patha: & vau est particula coniunctiua: futurum vertitur i preteritum hoc modo. וַיִּפְקֹד idest & visitauit, quod si tau habet seba siue hiric: tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד idest & visitabit. Quod si vau preponitur preterito: subiecto quocunq; apice: preteritum vertitur in futurū. vt וְשָׁמַט idest & quiescet: preterquam in prima persona singularis numeri in cuius littera substantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Osee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים idest & locutus sum ad prophetas. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. cap. 12. וְעָבַרְתִּי בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם idest. & transibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoq; pertinet coniugationes in vtraq; voce. Per tempus etiā futurum aliquando suppletur preteritum imperfectum eiusdē modi. vt Genē. cap. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ idest fons ascendebat de terra.

De imperatiuo.

IMperatiuus modus qui hebraice dicitur צִוּוּי tantū habet vnum tempus presens: caretq; primis personis numeri vtriusq;: hoc modo. פְּקֹד vel פָּקֹד vel פִּקַּד visita. m. פִּקְדִי visita. f. פִּקְדוּ visitate. m. פִּקֹדְנָה visitate. f.
Et notandum quod ad proportionem trium illarum vocum secunde persone imperatiui: numeri singularis: generis masculini: declinantur alie persone eiusdem modi. hoc modo.
פִּקְדִי visita. f. פִּקְדוּ פִּקַּדוּ פָּקְדוּ visitate. m. פִּקַּדְנָה פִּקְדִי פִּקַּדִי visitate. f. quod plerumq; contingit in fine clausularum. Eadem quoq; secunda persona potest accipere he in fine: idq; tribus modis. Primo si littera substantialis prima legitur cum hiric & vltima cū camez siue patha. vt Genē. 39. שִׁכְבָה עִמִּי dormi mecū. Secundo cum littera substantialis prima legitur cum camez & profertur quasi holem. vt Nee. 13. זָכְרָה לִי אֱלֹהַי idest recordare mei deus meus. Tertio cum littera substantialis prima legitur cum seba. vt Danē. 19. יְהוָה שְׁמַעָה יְהוָה סְלָחָה .i. domine audi: domine parce. Generis quoq; femininī: numeri singularis: littera substantialis prima aliquando habet camez & profertur holem. vt Iudicum. cap. 9. מָלְכִי עָלֵינוּ idest regna super nos. Et cum aliqua littera substantialis prima vel media prime verbi positionis est gutturalis: tunc genus femininum numeri singularis & masculinum pluralis possunt habere primas & secundas litteras cum patha: hoc modo פַּעֲלִי idest fac. F. פַּעֲלוּ .idest facite. m. Nonnunquam vtreq; littere prime in masculino plurali veniunt cum cegol. hoc modo. אֶהֱבוּ idest amate. אֶחֱזוּ .idest comprehendite. Et in feminino singulari littera substantialis prima scribitur aliquando per camez hateph qđ profertur per holem. vt Hieremie cap. 22. וְצַעֲקִי .i. & clama: aliquando etiam he finalis in secunda persona femininī pluralis deficit. vt Ruth. 1. קְרֶאן לִי מָרָא idest vocate me amarā. In eodem quoq; verbo littera substantialis prima venit cum hiric & nun finalis pertinet ad vocalem precedentem. vt Exodi. 2. תִּרְאֶן לוֹ idest vocate eum. In verbis quoq; quorum tertia persona preteriti desinit in. e. vel in. o. sequenti consonante: preteritum non differt ab imperatiuo. vt Genē. 29. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת idest imple septimanam huius. Et notandum quod tertia persona presentis imperatiui tam singularis quam pluralis supplet̄ per futurum indicatiui. & quod per idem futurum indicatiui suppletur futurum imperatiui: quod est etiam aliarum coniugationum proprium.

De infinitiuo & gerundiis.

INfinitiuus modus qui ab hebreis dicitur מָקוֹר. idest origo: appellatur sic: quoniam ab illa verbi significatione confusa incipiunt distingui operationes. vt: פָּקַד. i. פְּקֹד idest visitare. Itaq; apud hebreos infinitiu⁹ aut iungitur prepositionibus: & tunc ponitur pro nostris gerundis: aut iungitur verbo indicatiui modi & tunc ponitur pro participio vel nomine infinito. vt Genē. 50. פָּקֹד יִפְקֹד idest visitās visitabit. & Exodi. 3. פָּקֹד פָּקַדְתִּי idest visitans visitaui. Prepositiones vero ad circumloquendum gerundia sunt בכלם quibus subscribitur hiric in hunc modum.

בִּפְקֹד	In visitando.	כִּפְקֹד	Cum visitando.
לִפְקֹד	Ad visitandum.	מִפְקֹד	De visitando.

Nonnunquam hec gerundia recipiunt in fine he: & littera substantialis prima habet camez qui profertur quasi holem. vt Exo. 36. לְמָרְבָּה אֶל הַמְּלָאכָה ad accedendū ad opus. idest vt accederet operi. Aliquando etiam veniunt cum hiric in fine: sequenti iod. vt Psalmo. 111. לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים idest ad habitandum cum principibus. vbi debuit dicere. לְהוֹשִׁיב. Per eundem quoq; infinitiuum suppletur subiunctiuus: mutato seba prime littere in holem. & prepositā beth siue caph cum seba: & in fine addito vno ex pnominibus: vt ex omnibus fiat vna dictio ad hunc modum. בְּפָקְדִי .i. in visitādo me. pro eo quod est cum visitem vel visitauero. & eodem modo alie persone.

בְּפָקְדֵךְ	cum tu visites. m.	בְּפָקְדֵךְ	cum tu visites. F.
בְּפָקְדוֹ	cum ille visitet.	בְּפָקְדָהּ	cum illa visitet.
בְּפָקְדֵנוּ	cum visitemus. m. vel. F.		De optatiuo.

Hebrei optatiuum non habent: circumloquuntur tamen illū p preteritum & futurum indicatiui modi & duo hec aduerbia optādi. לוּ: אֲחַלַי hoc est vtinā. vt Esaie cap. 48. לוּ הִקְשַׁבְתָּ idest vtinam audiuisses. & Psalmo. 118. אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי .idest vtinam dirigantur vie mee. De voce passiua.

IOcis passiue preteritum indicatiui modi formatur ex eodem preterito vocis actiue addita in principio nun cum hiric: & mutato camez prime littere substātialis i seba. vt.

נִפְקַד	visitatus fuit	נִפְקְדָה	visitata fuit.
נִפְקַדְתָּ	visitatus fuisti.	נִפְקַדְתְּ	visitata fuisti.
נִפְקַדְתִּי	visitatus vel visitata fui.		Plurali.
נִפְקְדוּ	visitati vel visitate fuerunt.		
נִפְקַדְתֶּם	visitati fuistis.	נִפְקַדְתֶּן	visitate fuistis.
נִפְקַדְנוּ	visitati vel visitate fuimus.		

Notandum tamen quod in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez. hoc modo. נִפְקַדוּ נִפְקָדָה quod si littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע tunc in omnibus personis littera substantialis prima & nū passiue vocis scribuntur per cegol. vt Genē. cap. 22. נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ .i. apprehensum in vepribus. Aliquando littera nun scribitur cū patha. vt Genē. 31. לָמָּה נֶחְבֵּאתָ idest quare absconditus es.
Presens tempus huius vocis & modi in tertia persona masculini singularis est simile participio eiusdem passiue vocis & preterito eiusdem vocis & modi. differunt tamen quod preteritū scribitur cum patha in littera substantiali media quando non est finis clausule. presens vero siue participiū scribitur cum camez nisi construatur cum genitiuo. vt.

נִפְקָד	qui visitatus est.	נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת	q̄ visitata ē
נִפְקָדִים	qui sunt visitati.	נִפְקָדוֹת	que sunt visitate.

Et cum littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע scribitur per cegol. Et similiter nun passiue vocis scribitur p cegol. vt Numeri. cap. 12. נֶאֱמָן הוּא idest fidelis est ille. & aliq̄ littera substantialis media participii generis masculini pluralis scribitur cū seba loco camez. Ester. 1. הַנִּמְצְאִים בְּשׁוּשָׁן .i. q̄ iuēti sūt in susis. futurū recipit has q̄ttuor litteras איתן vocis actiue: & deficit nun preteriti vocis passiue: que suppletur per dagues impositum littere substantiali prime: hoc modo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

אֶפָּקֵד vel אֶפְקְדָה visitabor.m.&.f.
תִּפָּקֵד visitaberis.m. תִּפָּקְדִי visitaberis.f.
יִפָּקֵד visitabitur.m. תִּפָּקֵד visitabitur.f.

Plurali.

נִפָּקֵד vel נִפָּקְדָה visitabimur.m.&.f.
תִּפָּקְדוּ visitabimini.m. תִּפָּקֵדְנָה visitabimini.f.
יִפָּקְדוּ visitabuntur.m. תִּפָּקֵדְנָה visitabuntur.f.

Et in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in ce re cum accentu. vt תִּפָּקֵדִי ídest visitaberis. Et notandum quod áleph prime persone aliquando recipit hiric. vt Exodi.14. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה. ídest honorabor in pharaone. Nonnunquam etiam cere littere substantialis medie vertitur in patha siue ca mez. vt Numeri.16. וַתֵּעָצֶר הַמַּגֵּפָה ídest & cessauit pestilētia. quo in loco tau futuri scribitur cum cere. & hoc est quia quando lit tera substantialis prima est aliqua istarum אהחע tunc littere que adduntur futuro recipiunt cere. vt Geñ. capᵒ. 42. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם ídest ligabitur in domo custodie vestre. Ione.1. וַיִּרְדָּם. i. & dormiuit Prouer.22. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת אֵבֵךְ. ídest in medio platearum occidar. Et quando littera substantia lis vltima est ain siue heth. scribitur subiecto patha. sic יִשְׁמַע. i. audietur. יִפְתַּח ídest aperietur. Nonnūquam etiam littera sub stantialis media vertit cere in patha. quod tenet verum cū non est clausule finis. vt. 4. Regum. 2. בְּמֹרֶם אֵלֵךְ מֵעִמָּךְ ídest ante quam tollar a te. & in femininо plurali plerumqᵓ littera substā tialis media scribitur cum camez siue patha. vt Psalmo.36. וְקַשְׁתוֹתָם תִּשָּׁבַרְנָה ídest arcus eorum confringentur.

De imperatiuo modo.

IMperatiuus formatur a secundis personis futuri eius dem vocis passiue mutata tau in he. & littera substantia lis prima habet dagues sicut in futuro vt suppleatur de fectus littere nun que erat preteriti. hoc modo.

הִפָּקֵד visitare.m. הִפָּקְדִי visitare.F.
הִפָּקְדוּ visitamini.m. הִפָּקֵדְנָה visitamini.F.

& quando littera substantialis prima est aliqua harum quattu or אהחע he addita scribitur cum cere. sicut Deutero.32. וְהַאֲסֵף אֶל עַמֶּיךָ ídest apponere populis tuis. & nonnunquam genus masculinum pluralis numeri accipit nun preteriti in prīcipio vt Iere.50. בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל יְהוָה. hoc est venite & iungimini dño.

De infinitiuo modo.

INfinitiuus vocis passiue similis est secūde persone im peratiui numeri singularis generis masculini. vt הִפָּקֵד ídest visitari. Aliquando infinitiuus accipit nun preteriti. vt Ester.3. וְנִשְׁלֹחַ סְפָרִים. i. & mittere epistolas. & ex hoc infinitiuo & prepositionibus harum quattuor litterarū כ ל ב ם fiunt gerundia vocis passiue: quemadmodum in infinitiuo ac tiue vocis dictum est. & nonnunquam he infinitiui amittitur. vt Exo.10. מֵאַנְתָּ לֵעָנוֹת מִפָּנַי ídest non vis subiici mihi. vbi de ficit he quia debuit dici לְהֵעָנוֹת Ex hoc infinitiuo passiue vo cis supplentur optatiuus & subiunctiuus eiusdem vocis: quem admodum in infinitiuo actiue vocis dicebamus. Et notādum qᵓ he regule cum plerisqᵓ ex superioribus non tam ad hanc cō iugationem quam ad omnes alias pertinent. Est & aliud parti cipium vocis passiue huiusmodi.

פָּקוּד visitatus. פְּקוּדָה visitata.
פְּקוּדִים visitati. פְּקֻדוֹת visitate.

Sunt qui inter hec duo participia faciant diferentiam: vt parti cipium de quo superius dictum est significet per modum actus in tempore. hoc vero per modum habitus.

Sunt preterea verba neutra vocis actiue que reperiuntur aliqn do in voce passiua significant tamen actionem: & carent parti cipiis vocis passiue: que tamen habent participia vocis actiue actionem quoque significantia: cuiusmodi sunt hec.

הָלַךְ vel נֶהֱלַךְ ambulauit יָשַׁב habitauit נָפַל cecidit עָמַד stetit. רָכַב Equitauit. In quibus quidem verbis non dicitur הָלוֹךְ neqᵓ in aliis huius generis. Sūt etiam quedam verba communia: quorū participia vocis actiue aliquando significant passionē. & vocis passiue actionem vt a בָּטַח. ídest confidit בּוֹטֵחַ בָּטוּחַ. i. confisus & confidēs: et a שָׁכַן. i. habitauit שׁוֹכֵן שָׁכֵן. i. habitatus & habitans. sunt alia verba que latinorum more possūt ap pellari deponentia: quia cum habeant vocem passiuam carent actiua. vt נִשְׁבַּע ídest iuratus vel iurauit. נוֹתַר ídest remansit siue relictum est. Sunt alia verba que carent participiis presentis actiue & passiue vocis: in quorum loco ponuntur nomina adiectiua. vt קָרַב. ídest accessit. רָחַק ídest recessit: a quibus deriuan tur nomina adiectiua a priori. קָרוֹב. ídest propinquus. a poste riori רָחוֹק. ídest longinquus: que in locum suorum partícipio rum succedere tam actiuorum qᵓ passiuorum. In participiorū quoqᵓ locum succedunt sequentia nomina adiectiua. גִּבּוֹר ídest fortis. חָזָק ídest fortis. חָכָם. ídest sapiens כְּסִיל ídest stultus צַדִּיק ídest iustus. קָטָן ídest paruus רָשָׁע ídest malus. Quoniam ver ba a quibus hec nomina deriuantur carent vtroqᵓ participio. & hoc verbum. יָכֹל ídest potuit: neqᵓ habet participium actiuū neqᵓ passiuum neqᵓ nomen adiectiuum: in quo preteritum po nitur pro presenti.

De secunda coniugatione.

SEcunda coniugatio est trium litterarum: quarum prima subscribitur cū hiric. secunda cum cere siue patha. vt פָּקַד פִּקֵּד & nonnunquam cum cegol. & littera substantialis media scribitur per dages: si non sit aliqua harum quinque. אהחע non recipiunt dagues. & tunc prima verbi positio vtroqᵓ mo do scribi potest. Possunt quoqᵓ prima & secunda substantialis littera scribi per cere. vt בֵּאֵר אֶת הַתּוֹרָה ídest declarauit legem. Possunt etiam venire prima cum cere & media cum patha. vt Geñ. 24. בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם ídest benedixit abraam. Sunt qui di cant quod littera substantialis media idcirco habet dagues: vt per eum suppleatur defectus littere iod: que debuit interponi duabus primis litteris substantialibus. Sensus huius coniugationis in omnibus modis & temporibus est similis coniugatio ni prime.

Secunda coniugatio actiue vocis. indi catiuo modo tempore preterito.

פָּקַד visitauit.m. פָּקְדָה visitauit.F.
פָּקַדְתָּ visitasti.m. פָּקַדְתְּ visitasti. F.
פָּקַדְתִּי visitaui.m.&.f. Plurali.
פָּקְדוּ visitauerunt.m.&.f.
פְּקַדְתֶּם visitastis.m. פְּקַדְתֶּן visitastis.F.
פָּקַדְנוּ visitauimus.m.&.f.

Et notandum quod in fine clausule seba littere substātialis me die vertitur in cere & in eadem collocatur accentus. vt Deut. 5: אֲשֶׁר דִּבֶּרוּ ídest quod locuti sunt. Aliquando etiam in prima verbi positione veniunt in principio due littere ex his אהחע simul. & vtraqᵓ cum cegol. vt iudicium. capᵒ. 5. מַדּוּעַ אֶחֱרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו ídest quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Et aliquando hec coniugatio reperitur sine dagues. vt Ezech. 9. וּמַלְאוּ אֶת הַחֲצֵרוֹת ídest implete atria.

Presens quod per participia vocis actiue & passiue huius cōiu gationis & earū que sequuntur suppletur: plerūque venit cum mem addita in principio. vt.

מְפַקֵּד qui visitat מְפַקֶּדֶת vel מְפֻקֶּדֶת que visitat
מְפַקְּדִים qui visitant מְפֻקָּדוֹת que visitant.

In fine vero clausule littera substantialis media in gñe femini no numeri singularis plerumqᵓ venit cū cere: & in ea nōnūquā accentus collocatur. ut מְפֻקֶּדֶת. ídest. que uisitat: & participi um quod desinit in tau venit in hunc modum. מְפֻקָּד Cum uero participium masculinum numeri singularis iun gitur pronomini: aliquando littera substantialis media

ſcribitur cum hiric.vt Leuitici.21.מְקַדִּשְׁכֶם ideſt qui ſanctifi-cat vos.Littere que adduntur futuro in principio veniunt cū ſeba preter aleph prime perſone ſingularis que venit cum pa tha.vt אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה viſitabo.m.&.f. תִּפְקֹד viſitabis.m. תִּפְקְדִי viſitabis.f.יִפְקֹד viſitabit.m.תִּפְקֹד viſitabit.f. Plurali. נִפְקֹד vel נִפְקְדָה viſitabimus.m.&.f. תִּפְקְדוּ viſitabitis. m. תִּפְקֹדְנָה viſitabitis.f. יִפְקְדוּ viſitabunt.m . יִפְקֹדְנָה viſitabunt.f.In fine vero clauſule ſeba littere ſubſtantialis me-die vertitur in cere:& in ea ponitur accentus. hoc mō. אֶפְקְדָה que regula obſeruatur in omnibus coniugationibus.

De imperatiuo.

פְּקֹד vel פִּקְדָה viſita.m. פִּקְדִי viſita.f.
פִּקְדוּ viſitate.m. פִּקֹדְנָה viſitate.f.

Aliquando ī ſecunda perſona maſculini ſingularis littera ſub-ſtantialis media venit cum patha.vt Pſal.54. בַּלַּע יְהוָה פַּלַּג ideſt precipita domine: diuide linguam eorum.

De infinitiuo.

פָּקֹד Viſitare.Aliquando in hoc modo littera ſubſtantialis me dia venit cum holem.vt Pſal.117.יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ ideſt caſtigans caſtigauit me dominus.Aliquando littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum hiric.vt Leuitici.14.אַחַר חִלַּץ אֶת הָאֲבָנִים.i.poſt ea quam eruti fuerint lapides.& ex hoc infinitiuo ſupplentur gerundia & ſubiunctiuus modus:antepoſita vna ex his quattu or litteris בכלם ſubſcriptis cum ſeba.vt in infinitiuo prime cō iugationis dictum eſt.Aliquando etiam cum he in fine. vt Le-uitici.26.לְיַסְּרָה אֶתְכֶם ad caſtigandum vos.

De voce paſſiua.

In voce paſſiua littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum ſurec. & appellatur נְנָיָן פָּקֹד quoniam ſic incipit.ad hunc modum.in dicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד viſitatus fuit.	פָּקְדָה viſitata fuit.
פָּקַדְתָּ viſitatus fuiſti.	פָּקַדְתְּ viſitata fuiſti.
פָּקַדְתִּי viſitatus fui vel viſitata fui.	

Plurali.

פָּקְדוּ Viſitati fuerunt vel viſitate fuerunt.
פְּקַדְתֶּם viſitati fuiſtis. פְּקַדְתֶּן viſitate fuiſtis.
פָּקַדְנוּ viſitati fuimus l'viſitate fuimus.

Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattu or אהער ſurec littere ſubſtantialis prime vertitur in holem . vt exo.12.כִּי גֹרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם.i.quia electi fuerūt ex egypto. & ī hūc modum alia cōplura.& licet littera ſubſtātialis media ſit heth: tñ prima ſubſtantialis ſcribi poteſt cum ſurec.vt Ezech.capᵒ.16 וּבַמַּיִם לֹא רָחַצְתְּ ideſt & aqua non es lota.Et quando littera ſub ſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהער ſeba eiuſdē lit tere vertitur in camez:vt in preterito vocis actiue prime con-iugationis dictum eſt.preterea in fine clauſule ſeba littere ſub ſtantialis medie vertitur in camez:& in ea collocatur accentus hoc modo.פָּקָדָה Preſens eiuſdem vocis aſſimilatur preteri to eidem:excepto q preteritum ſcribitur cum patha in littera media ſubſtātiali:preſens vero cū camez.ſic.פָּקֵד qui eſt viſita tus פְּקֻדָה que eſt viſitata פְּקֻדִים qui ſunt viſitati פְּקֻדוֹת que ſūt viſitate.Futurū cui littere addite recipiūt ſeba: & aleph prime pſone ſingularis habet patha hoc mō.אֶפְקֹד viſitabor . m. & f. תִּפְקֹד viſitaberis.m . תִּפְקְדִי viſitaberis.f. יִפְקֹד viſitabitur.m. תִּפְקֹד viſitabitur.f. Plu. נִפְקֹד vel נִפְקְדָה viſitabimur . m.f. תִּפְקְדוּ viſitabimini.m.תִּפְקֹדְנָה viſitabimini.f.יִפְקְדוּ viſitabun tur.m.תִּפְקֹדְנָה būtur.f.In fine vero clauſule ſeba lr̄e ſbālis me die vertitur in camez atq; in eadē accentus collocatur hoc mō. תִּפְקְדִי תִּפְקְדוּ & hec vox paſſiua caret imperatiuo modo.Infi nitiuus vocis paſſiue eſt פָּקֹד vel פָּקֵד.i.viſitari.cui ſi p̄ponātur p̄pōnes harū quattuor litterarum בכלם circūloquimur gerun dia .Subiūctiuus vero ſuppletur eo modo quo dictū eſt in infi nitiuo prime cōiugatiōis.Eſt & aliud participiū vocis paſſiue

מְפֻקָּד qui eſt viſitatus מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת que eſt .tata. מְפֻקָּדִים q ſunt viſitati מְפֻקָּדוֹת que ſunt viſitate .Et qñ littera ſubſtātialis media eſt aliqua harum quinque אהחער:ſurec littere ſubſtan-tialis prime vertitur in holem.vt Deutero.33.מְבֹרָךְ יְהוָה.i.be nedicta domini.

De tertia coniugatione.

Tertia coniugatio quēadmodū ſupra dictum eſt appel latur הִפְקִיד propterea quod facit actū verbi trāſire in aliā perſonā:quod fit precipue in verbis tranſitiuis. vt הִפְקִיד אֶת הַחֹלֶה.i.fecit viſitare infirmū . vbi ſunt tres perſone qui facit viſitare.qui viſitat.qui viſitatur . Et in verbis abſolu-tis actus tranſit in ſecundā perſonā & non vltra. vt הֶעֱמִיד fecit ſtare:quod verbū nō trāſit in aliā rē.Itaq; in hac cōiugatione per vnum verbum ſignificātur due actiones diuerſe . ſ. actio . principalis eiuſdem verbi:& actio huius verbi facio facis .vt a ſupradicto verbo פָּקַד.i.viſitauit dicitur הִפְקִיד.i.viſitare fecit. & a קָרַב.i.appropinquauit:dicitur הִקְרִיב.i.appropinquare fe cit.Et aliquando per huius coniugationis verba actus perma-net in prima vel in ſecunda p̄ſona.vt הֶחֱרִישׁ hoc eſt tacuit vel tacere fecit . & quando littera ſubſtantialis vltima eſt ain ſiue heth ſcribitur per patha hoc modo . הִשְׁמִיעַ ideſt audire fecit.Et in preterito huius coniugationis:iod exteritur ex me dio preterquam in tertiis perſonis vtriuſq; generis & nume-ri. hoc modo.

Indicatiuo modo actiue uocis in preterito.

הִפְקִיד fecit viſitare.m.	הִפְקִידָה fecit viſitare.f.
הִפְקַדְתָּ feciſti viſitare.m.	הִפְקַדְתְּ feciſti viſitare.f.
הִפְקַדְתִּי feci viſitare.m.&.F.	

Plurali.

הִפְקִידוּ fecerunt viſitare.m.&.F.
הִפְקַדְתֶּם feciſtis viſitare.m. הִפְקַדְתֶּן feciſtis. tare.F.
הִפְקַדְנוּ fecimus viſitare.m.&.F.

Quando vero littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor. אהחע he addita in principio & littera ſubſtantialis prima ſcribuntur per cegol hoc modo. הֶעֱבִיר ideſt fecit tranſire.Et aliquando littera ſubſtantialis prima tantum ſcri-bitur per ſeba hoc modo הֶעְלִים ideſt abſcondit vel fecit ab-ſcondere.Vno tamen in loco tantum he addita reperitur cum cegol quamuis littera ſubſtantialis prima non ſit aliqua ex ſu-pradictis quattuor.primo.Regum.25. לֹא הֶכְלַמְנוּם ideſt nunquam eis moleſti fuimus.

Preſens circumloquimur per participium : quod habet mem additam in principio ſubiecto patha ſiue camez:& abiicitur he preteriti addita ſic.

מַפְקִיד qui facit viſitare מַפְקִידָה vel מַפְקֶדֶת que fa-cit viſitare. מַפְקִידִים qui faciunt viſitare מַפְקִידוֹת que facia-unt viſitare. Et cum littera ſubſtantialis prima eſt aliqua ha rum quattuor אהחע illa littera ſcribitur cum patha loco ſeba in hunc modum. מַעֲבִיר ideſt qui facit tranſire . Et aliquā do littera ſubſtantialis media loco hiric habet cere: & excludi tur iod.vt Pſalmo.134. מֹצֵא רוּחַ מֵאֲצָרֹתָיו ideſt qui edu cit ventos de theſauris ſuis.

Littere que adduntur futuro ſcribuntur cum patha:& excludi tur he preteriti.& littera ſubſtantialis media habet hiric: ī hūc modum. אַפְקִיד vel אַפְקִידָה Faciam viſitare. m.&.f.
תַּפְקִיד facies viſitare.m. תַּפְקִידִי facies uiſitare.f.
יַפְקִיד faciet uiſitare.m. תַּפְקִיד Faciet uiſitare. f.

Plurali.

נַפְקִיד uel נַפְקִידָה faciemus viſitare.m.&.f.
תַּפְקִידוּ facietis viſitare.m. תַּפְקִדְנָה facietis viſitare. f.
יַפְקִידוּ facient viſitare.m. תַּפְקִדְנָה faciēt viſitare.F.

Cum vero littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor. אהחע littera illa ſcribitur cum patha hoc modo אַצַמִּיד ideſt faciam ſtare. & aliquando futurum recipit he preteriti. vt pſalmo. 114. וְלִי יְהוֹשִׁיעַ ideſt & me ſaluum faciet. Aliquando etiã littera ſubſtantialis media ſcribitur per cere loco hiric: & excluditur iod ex medio. vt Geñ. capꝫ. 1. וַיְבָדֵּל אֱלֹהִים .i. & diuiſit deus. & ad hunc modum alia complura. Nonnunquam preterea in plurali littera ſubſtantialis media ſcribitur cum ſeba loco hiric & excluditur iod ex medio. vt. 1. Regũ. 31. וַיִּדְבְּקוּ פְלִשְׁתִּים hoc eſt irrueruntq; philiſtim: pro quo debuit eſſe וַיִּדְבִּיקוּ. Q. d etiam fit cum pronomini iungitur. vt. 1. Reg. 17. יַעְשִׁירֵנוּ ideſt diuitem faciet illum rex. pro quo debuit eſſe יַעְשִׁירֶנּוּ.

De imperatiuo.

IMperatiuus habet in principio he additam cum patha & in ſecunda perſona maſculini ſingularis & feminini pluralis littera ſubſtantialis media plerumq; ſcribitur cum cere: & excluditur iod ex medio. In aliis tamen perſonis littera ſubſtantialis media ſcribitur cum hiric: & non abiicitur iod ex medio. ſic. הַפְקֵד vel הַפְקִידִי fac viſitare. m. הַפְקִידִי fac viſitare. f. הַפְקִידוּ facite viſitare. m. הַפְקֹדְנָה facite viſitare. f. Et cũ littera ſubſtãtialis media eſt aliqua harum quattuor. אהחע ſcribitur cum patha. vt. 2. Reg. capꝫ. 11. חַזֵּק מְלַחֲמְתֶךָ ideſt conforta bellum tuum. aliquando ſecunda perſona imperatiui maſculini ſingularis littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cegol. vt 1. Para. 21. הַעֲבֶר נָא ideſt fac tranſire nunc. Nonnunquam preterea idem imperatiuus venit cum hiric loco cere. vt Ieremie 17. הַבְרִא עֲלֵיהֶם hoc eſt. induc ſuper eos. & quandoq; littera ſubſtantialis media ſcribitur cum patha loco cere. ſicut in Pſalmo. 5. הַיְשֶׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ hoc eſt dirige in conſpectu meo viam tuam. Idem quoq; modus aliquando ſcribitur cum he in fine. vt Iere. 18. הַקְשִׁיבָה יְהוָה ideſt audi domine.

De infinitiuo.

INfinitiuus modus recipit he quemadmodum & imperatiuus. & littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cere ſiue hiric & iod. in hunc modum. הַפְקִיד vel הַפְקֵד .i. facere viſitare. Aliquando etiam he addita ſcribitur cum hiric. vt Eſaie. 31. נַטֹּן וְהַצִּיל פָּסֹחַ וְהִמְלִיט ideſt protegere & liberare. tranſire & ſaluare. & alia ad hunc modum. Per infinitiuũ quoq; ſupplentur gerundia & ſubiunctiuus prepoſitis illis quattuor litteris בכלם cum ſeba: quemadmodum in ĩfinitiuo prime coniugationis dictum eſt. Et cum ſic veniunt gerundia cum prefatis litteris nonnunquam he addita in principio excluditur: & littera addita ex quattuor predictis ſcribitur cum patha ſiue camez. vt Pſal. 25. לַשְׁמִיעַ בְּקוֹל תּוֹדָה hoc eſt ad audiẽdum vocem laudis. & alia ſimiliter.

Devoce paſſiua.

PAſſiua vox accipit he in principio ſubiecto ſurec ſiue camez quod profertur quaſi holem. hoc modo. הָפְקַד vel הָפְקֵד ideſt viſitatus fuit.

Indicatiuo modo tempore preterito.

הָפְקַד	Viſitatus fuit.	הָפְקְדָה	viſitata fuit.
הָפְקַדְתָּ	Viſitatus fuiſti.	הָפְקַדְתְּ	Viſitata fuiſti.
הָפְקַדְתִּי	Viſitatus vel viſitata fui.		Plurali.
הָפְקְדוּ	Viſitati vel viſitate fuerunt.		
הָפְקַדְתֶּם	Viſitati fuiſtis.	הָפְקַדְתֶּן	Viſitate fuiſtis.
הָפְקַדְנוּ	Viſitati vel viſitate fuimus.		

Et quando littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor. אהחע he addita ſcribitur aliquando cũ camez. & littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum camez hateph hoc modo. הָעֳמַד ideſt ſtatutus eſt: & quando eſt in fine clauſule: littera ſubſtantialis media ſcribitur cum camez loco ſeba accentu in eadem poſito. hoc modo הָפְקַדוּ. Preſens circumloquimur per participium quod habet he additam in principio ſubiecto ſurec ſiue camez quod profertur quaſi holem: ſicut in preterito. hoc mõ

הָפְקָד vel הָפֳקָד	qui viſitatur	הָפְקָדָה	que viſitatur.
הָפְקָדִים	qui viſitantur.	הָפְקָדוֹת	que viſitantur.

Futurum litteras additas accipit ſubſcriptas cum ſurec ſiue camez hateph quod profertur quaſi holem ad hunc modum.

אִפְקֹד vel אֶפְקֹד	viſitabor. m. & f.		
תִּפְקֹד	viſitaberis. m.	תִּפְקְדִי	Viſitaberis. f.
יִפְקֹד	Viſitabitur. m.	תִּפְקֹד	Viſitabitur. f. Plu.
נִפְקֹד vel נִפֳקֹד	viſitabimur. m. & f.		
תִּפְקְדוּ	Viſitabimini. m.	תִּפְקֹדְנָה	Viſitabimini. f.
יִפְקְדוּ	Viſitabuntur. m.	תִּפְקֹדְנָה	Viſitabuntur. f.

Et cum littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor אהחע tunc littere addite futuri ſcribuntur cum camez: & littera ſubſtantialis prima cum camez hateph quod profertur quaſi holem. vt Leuitici. 16. יֵעָמֵד חַי ideſt ſtatuatur viuus. Eſdre. 10 יֻחְרַם כָּל רְכוּשׁוֹ ideſt deſtructur omnis ſubſtãtia eius. & hec vox paſſiua non habet modum imperatiuum.

De infinitiuo.

INfinitiuus he additam in principio recipit ſcriptam cũ camez qui profertur quaſi holem: & littera ſubſtantialis media venit cum cere hoc mõ. הָפְקֵד vel הָפְקֹד Viſitari. Infinitiuus tamen qui frequentior eſt in ſacra ſcriptura: eſt qui venit cum he ſcripta cum camez quod profertur quaſi holẽ. vt Ezechielis. 16. וְהָמְלֵחַת לֹא הָמְלֵחַת וְהָחְתֵּל לֹא הָחְתַּלְתְּ ideſt & ſaliri nõ es ſalita. & inuolui non es inuoluta. p quo nos habemus nec ſale ſalita nec inuoluta pannis. & aliquando infinitiuus venit cum he addita in fine. vt Ezechielis. 32. רְדָה וְהָשְׁכְּבָה אֶת עֲרֵלִים ideſt deſcende & dormire cum incircunciſis. Participiũ huius vocis eſt huiuſmodi.

מֹפְקֵד	qui viſitatur	מֻפְקֶדֶת vel מֹפְקָדָה	que viſitatur
מֻפְקָדִים	qui viſitantur.	מֻפְקָדוֹת	que viſitantur.

Aliquando participium venit cum he preteriti poſt mem. vt Ezechiel. 46. לְאַרְבָּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת. hoc eſt. ad quattuor illa agulata. pro quo nos habemus menſure vnius quattuor. & quãdo littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהחע littera mem plerumq; venit cum camez. & littera ſubſtãtialis prima ſcribitur cum hateph camez. vt Ezechiel. 29. בְּתוֹךְ עָרִים מְחֳרָבוֹת hoc eſt inter vrbes deſtructas.

De quarta coniugatione.

QVarta coniugatio que vt in parte ſuperiori diximus vocatur qnadrata: quattuor habet litteras ĩ tertia perſona ſingulari preteriti: & habet duas ſyllabas: quarũ prima ſcribitur cum vau & holem & ſecunda cum patha. hoc modo. רוֹמַם ideſt exaltauit. & hec coniugatio plerumq; eſt verborum que dicuntur imperfecta. & in prima coniugatione ſunt vnius ſyllabe. vt קוֹם רוֹם hoc eſt leuauit ſurrexit. Et in ſecunda ſyllaba quarte coniugationis frequenter habet cere hoc modo קוֹמֵם. ideſt eleuauit: vbi omnes quattuor littere ſunt ſubſtantiales: quia etiam vau eſt de ſubſtantialibus. Hec quoq; coniugatio eſt verborum in quibus littera ſubſtantialis ſecunda geminatur. vt מָדַד ideſt menſus eſt. & tunc verbum quadratum ſcribitur cum patha ſiue cere in ſecunda ſyllaba. & illic non ſunt niſi tres littere ſubſtãtiales verbi quia vau eſt ocioſa. Et raro hec coniugatio reperitur in verbis in quibus littera non duplicatur aut non ſunt monoſyllaba. Et ſi quãdo aliter reperitur treſ tantum ſunt littere illius ſubſtantiales. & ſecunda ſyllaba ſcribitur cum patha ſiue cere. & in diſcurſu coniugationis horũ verborum ſecunda ſyllaba ſcribitur ſubiecto patha excepto in tertia perſona ſingulari feminini: & in tertia perſona plurali. in q bus ſcribitur cum ſeba. Indicatiuo modo vocis actiue.

פָּקַד	Viſitauit. m.	פָּקְדָה	viſitauit. f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti. m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti. f.
פָּקַדְתִּי	Viſitaui. m. & f.		Plurali.

פֹּקְדוּ visitauerunt.m.&f. פֹּקַדְתֶּם visitaſtis.m. פֹּקַדְתֶּן visitaſtis.f. פֹּקַדְנוּ visitauimus.m.&f. In fine vero clauſule ſeba littere ſubſtantialis tertie vertitur in camez & accẽtu in ẽadẽ vt Ieremie.capᵒ.12. נָטַעְתָּם גַּם שָׁרָשׁוּ ideſt plantaſti eos.& radices miſerunt. Preſens circumloquimur per participiũ quod habet mem additam in principio ſubiecto ſeba: hoc modo. מְפֹקֵד qui viſitat מְפֹקֶדֶת vel מְפֹקֶדָה que viſitat. מְפֹקְדִים qui viſitant. מְפֹקְדוֹת que viſitant. Inuenitur quoq; nonnunquam participium generis maſculini ſingularis addita iod in fine.vt Pſalmo. 99. מְלַשְׁנִי בַסֵּתֶר ideſt qui accuſat in ſecreto.pro quo debuit dici. מְלוֹשֵׁן Futuri quatuor littere que adduntur: recipiunt ſeba :preter aleph prime perſone ſingularis:que venit cum patha hoc modo. אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה viſitabo.m.&f. תִּפְקֹד viſitabis.m. תִּפְקְדִי viſitabis.f. יִפְקֹד viſitabit.m. תִּפְקְדִי viſitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד vel נִפְקְדָה viſitabimus.m.&f. תִּפְקְדוּ viſitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה viſitabitis.f. יִפְקְדוּ viſitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה viſitabunt.f. Et aliquando tertia littera generis feminini pluralis venit cum cere hoc modo. תִּפְקֵדְנָה. Et quando eſt in fine clauſule:ſeba ſecunde littere ſubſtantialis vertitur in cere accentu in eadem.hoc modo תִּפְקְדִי אֶפְקֵדָה יִפְקְדוּ.Imperatiui ſecunda perſona maſculini ſingularis & pluralis eſt ſimilis vocibus tertie perſone preteriti: que dignoſcuntur ex contextu partium orationis.hoc modo פְּקֹד vel פְּקֹדָה viſita.m. פִּקְדִי viſita.f. פִּקְדוּ viſitate.m. פְּקֹדְנָה viſitate.f. Infinitiuus eſt ſimilis imperatiuo generis maſculini ſingularis.hoc modo. פְּקֹד ideſt viſitare. & ad ſupplendum gerundia recipit prepoſitiones harum quattuor litterarum ב כ ל מ vt dictum eſt in infinitiuo prime coniugationis.

De voce paſſiua.

Vox paſſiua huius coniugationis appellatur verbum graue:quia eſt quinque litterarum. Ad tres namq; ſubſtantiales in principio adduntur due:hoc eſt he cum hiric & tau cum ſeba: vt pertineat ad litteram precedentem .& littera ſubſtantialis media habet dagues hoc modo הִתְפַּקֵּד. quo etiam nomine vocatur.& ſignificat paſſionem ſiue actionem que communiter non tranſit in aliam perſonam : ſed fit illius paſſionis vel actionis reciprocatio in perſonam agentem.& eadem eſt perſona agens & patiens.vt הִתְחַזֵּק ideſt confortatus eſt:vel confortauit ſe. הִתְפַּקֵּד ideſt viſitauit ſeipſum : ſiue viſitatus eſt a ſeipſo.Nonnunquam reperiuntur huius coniugationis verba tranſitiua :qualia ſunt verba prime coniugationis. vt הִתְפַּלֵּל ideſt orauit הִתְבּוֹנֵן ideſt intellexit ſiue intellectus eſt quod etiam poteſt eſſe abſolutum . vt הִתְהַלֵּךְ ideſt ambulauit Aliquando tau ſuperaddita deficit:que ſuppletur per dagues in littera ſubſtantiali prima.vt Ioſue.22. אֲשֶׁר לֹא הִטַּהֲרָנוּ ideſt a quo non mundauimus nos vel nõ ſumus mundati:& alia ad hunc modum. Aliquando littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cere quando non eſt in fine clauſule. Et aliquando ſcribitur per cegol.vt Genᵒ.15. הִתְהַלֵּךְ נֹחַ ideſt ambulauit noe.Quandoq; ex littera ſubſtantiali media deficit dagues . Et eſt notandum quod in hac coniugatione ſemper tau ponitur ante litteras ſubſtantiales:preter quam cum littera ſubſtantialis prima eſt vna ex his quattuor זסצש: quia tunc littera illa ponitur ante tau.vt Mich.capᵒ.6. וַיִּשְׁתְּמֵר חֻקּוֹת עָמְרִי ideſt ſeruabantur precepta ambri.quia ex huius coniugationis ratione debuit dici. וַיִּתְשַׁמֵּר.& cum venit cum aliqua ex illis quattuor litteris:aliquando tau vertitur in teth.vt geneſis. 44. מָה נִּצְטַדָּק ideſt in quo iuſtificabimus nos vel iuſtificabimur.quod verbum venit a. צָדַק cuius coniugatio explicatur hoc modo. הִתְפַּקֵּד viſitauit ſe.m. הִתְפַּקְּדָה viſitauit ſe.f. הִתְפַּקַּדְתָּ viſitaſti te.m. הִתְפַּקַּדְתְּ viſitaſti te.f. הִתְפַּקַּדְתִּי viſitaui me .m .&.f.

Plurali.

הִתְפַּקְּדוּ viſitatierunt ſe.m.&f. הִתְפַּקַּדְתֶּם viſitaſtis vos.m. הִתְפַּקַּדְתֶּן viſitaſtis vos.f. הִתְפַּקַּדְנוּ viſitauimus nos.m. &.f. In fine vero clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in camez:& accentu in eadem.ſic הִתְפַּקֵּדוּ Preſens circũloquimur per participium preſentis:addita mem in principio ſubſcripto hiric & excluditur he preteriti ad hunc modum. מִתְפַּקֵּד qui ſe viſitat מִתְפַּקֶּדֶת vel מִתְפַּקֵּדָה que ſe viſitat. מִתְפַּקְּדִים qui ſe viſitant. מִתְפַּקְּדוֹת que ſe viſitant. Futurum amittit he preteriti:quod fit ne proferantur tres littere addite ſimul.quod eſſet in prolatione perquam graue:& littere addite futuri ſcribuntur ſubiecto hiric preter aleph prime perſone que venit cum cegol:& littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cere.hoc modo. אֶתְפַּקֵּד vel אֶתְפַּקְּדָה viſitabo me.m.&f. תִּתְפַּקֵּד viſitabis te.m. תִּתְפַּקְּדִי viſitabis te.f. יִתְפַּקֵּד viſitabit ſe.m. תִּתְפַּקֵּד viſitabit ſe.f.

Plurali.

נִתְפַּקֵּד vel נִתְפַּקְּדָה viſitabimus nos .m .&.f. תִּתְפַּקְּדוּ viſitabitis vos.m. תִּתְפַּקֵּדְנָה viſitabitis vos.f. יִתְפַּקְּדוּ viſitabũt ſe.m. תִּתְפַּקֵּדְנָה viſitabunt ſe.f. Aliquando littera ſubſtantialis media ſcribitur cum patha.vt prouer.25:אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ ideſt non glorieris coram rege.Et cum venit in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in camez: et accentu in eadem.vt Exo.19. הַנְּגָשִׁים אֶל יְהוָה יִתְקַדָּשׁוּ ideſt qui accedunt ad dominum ſanctificentur. Imperatiuus accipit he additam in principio ſubiecto hiric.hoc modo.

הִתְפַּקֵּד viſita te.m. הִתְפַּקְּדִי viſita te.f. הִתְפַּקְּדוּ viſitate vos.m. הִתְפַּקֵּדְנָה viſitate vos.f. Infinitiuus hoc modo profertur. הִתְפַּקֵּד l' הִתְפַּקֵּד Viſitare ſe. Paſſiue vocis aliud pticipipiũ eſt מְפֹקָּד viſitatus. מְפֹקָּדָה vel מְפֹקָּדֶת viſitata. מְפֹקָּדִים viſitati מְפֹקָּדוֹת viſitate.

Quattuor itaq; coniugationes regulares atq; perfecte ad hunc modum explicate ſunt.

Sed antea quam ad verba irregularia deſcendamus:nõ eſt omittendum id quod hebrei dicunt: eſſe videlicet quedam verba ex duabus coniugationibus compoſita vt pſalmo. 7. יִרְדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי ideſt perſequatur inimicus animam meam.quod verbum eſt futuri tertie perſone ſingularis Hoc igitur verbum componitur ex futuro prime coniugationis vocis actiue hoc eſt.יִרְדֹּף:& ex futuro ſecunde coniugationis eiuſdem vocis hoc eſt יִרַדֵּף: quoniam hiric qui ſubiicitur iod & holem qui imponitur daleth:ſunt coniugationis prime: & patha qui ſubiicitur littere res & dagues qui ſubiicitur daleth ſunt ſecunde coniugationis. Ad eundem quoq; modum reperiuntur verba compoſita in voce paſſiua.vt numeri.1. לֹא הֻתְפְּקְדוּ בְּתוֹכָם ideſt nõ ſunt numerati inter illos: quod verbum componitur ex voce paſſiua tertie coniugationis que eſt הֻפְקַד: & ex voce paſſiua quarte coniugationis:que eſt הָתְפָּקַד quia camez qui ſubiicitur he:eſt vocis paſſiue tertie coniugationis.& tau eſt eiuſdem vocis quarte coniugationis.Sunt etiã alia verba que componuntur ex duobus temporibus. vt Ezechielis.8. וְהֵמָּה מְשְׁתַּחֲוִיתֶם ideſt illi humiabant ſe ſiue adorabant:componitur namq; ex preterito & preſenti vocis paſſiue quarte coniugationis.quia mem prima eſt participii preſentis.& tau ſecunda eſt preteriti.

De verbis irregularibus ſiue defectiuis.

Poſtea quam explicata eſt ratio verborum regularium conſequens eſt vt de irregularibus & defectiuis differatur:idq; ſecundum ordinem coniugationum. Eſtq; in primis animaduertendum quod verba hebraica communiter habent ternas litteras ſubſtantiales illius verbi:que ſunt immutabiles in omnibus vocibus.modis.tpibus.numeris.gñib? & perſonis que inde deriuantur. Et tres ille littere vocantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

שׁרשׁ ideſt radix: quoniam ſunt radix & fundamentum omnium coniugationum que ex illis deriuantur: atq; ex eis formantur partes illarum. Eſto exempli gratia פָּעַל ideſt fecit que eſt tertia perſona preteriti indicatiui modi prime coniugationis: & tres littere hoc eſt pe. aáin lámed ſunt ſubſtantiales omnium verborum ab illo deſcendentiuum. & prima littera huius verbi dicitur. pe verbi. ſecunda aáin verbi. tertia lámed verbi. & verbum quod in omnibus modis & temporibus retinet has tres litteras ſubſtantiales dicitur verbum perfectum. quod aūt amittit aliquā ex illis dicitur imperfectum ſiue defectiuum. Et ſunt quedam verba imperfecta quantum ad vocem tātum: quoniam licet habeant omnes tres litteras ſubſtantiales: non proferuntur ex illis niſi due tantum priores: & finales plerumq; ſunt áleph ſiue he ocioſe. vt קָרָא ideſt vocauit. עָלָה. ideſt aſcendit. Sunt etiam verba in quibus non proferuntur littere ſubſtātiales medie que ſunt plerūq; vau ſiue iod. vt בִּין hoc eſt intellexit. שׁוּב ideſt reuerſus eſt. que verba dicuntur נָחֵם ideſt ocioſa quia habent litteras ocioſas. Sunt quoq; verba imperfecta: quibus in proceſſu coniugationis deficiunt alique littere ſubſtantiales: quod contingit modis quattuor. Primo quando prima littera deficit. Secundo quando deficit ſecunda. Tertio quando deficit vltima. Quarto cum deficit prima & vltima. que verba dicuntur חֲסֵרִים ideſt defectiua. Sunt preterea verba que appellantur duplicia: quibus in diſcurſu coniugationis deficiunt due littere. de quibus omnibus infra dicetur: & primo de illis q bus prima littera deficit ex iis que ſubſtantiales ſunt. Que verba plerumq; ſunt incipientia ab aliqua harum litterarum לני vt לָקַח ideſt accepit נָגַשׁ. ideſt acceſſit. יָרַע. ideſt cognouit. Et ex verbis defectiuis incipientibus a lámed tantum reperitur לַקַח ſupradictum. Et defectus horum verborum plerumq; eſt in imperatiuo & in futuro indicatiui: quia in preterito & p̄ſenti communiter retinent tres litteras ſubſtātiales. & formantur ex proportione aliorum verborum perfectorum que ſupradicta ſunt. & quia huiuſmodi verba defectiua plerumq; incipiunt a littera nun: de his primū agendum eſt. Ponimuſq; exempli cauſa hoc verbum נָגַשׁ ideſt acceſſit. cuius preteritum & p̄ſens poſſunt formari ex proportione preteriti & preſentis prime coniugationis verborum perfectorum. Sed in futuro deficit nun ſubſtantialis prima: que ſuppletur per dages littere ſubſtantialis medie cui ſubiicitur camez. ſic. אֶנְגַּשׁ vel אֶגַּשׁ accedām. & f. תִּגַּשׁ Accedes. m. תִּגְּשִׁי accedes. f. יִגַּשׁ accedet. m. תִּגַּשׁ accedet. f.

Plurali.

נִגַּשׁ vel נִגָּשָׁה accedemus. m. & f. תִּגְּשׁוּ accedetis. m. תִּגַּשְׁנָה accedetis. f. יִגְּשׁוּ accedent. m. תִּגַּשְׁנָה accedent. f. Et quando ē in fine clauſule: ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in camez: accentu in eadem. vt Geñ. 45. גְּשׁוּ נָא אֵלַי וַיִּגָּשׁוּ. ideſt accedite ad me & acceſſerunt. & dages littere ſubſtantialis medie venit etiam in nomine quod a verbo deriuatur. vt מָבוּעַ ideſt manauit. vnde deriuatur nomen. מָבוּעַ. hoc eſt fons vnde aliquid manat. in quo nun littera ſubſtantialis prima deficit: q̄ ſuppletur per dages vt dictum eſt. Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua ex his quattuor אהחע non excluditur nū littera ſubſtantialis prima: quia non recipit dages: preter quā in hoc verbo. נָחַת ideſt deſcendit. quia in futuro amittit nun: & venit in hunc modum אֶחַת תֵּחַת In quibuſdam etiam verbis incipientibus a nun: littera ſubſtantialis media ſcribitur per holem. vt נָגַף ideſt percuſſit. נָפַל ideſt cecidit: quorum futura exeunt in hunc modum. אֶגּוֹף ideſt percutiam אֶפֹּל. i. cadam. atq; ſic alia complura. Imperatiuus horum verborum explicatur ad hunc modum. גַּשׁ vel גֹּשׁ accede. m. גְּשִׁי accede. f. גְּשׁוּ accedite. m. גְּשֶׁנָה accedite. f. Secunda p̄ſona imperatiui maſculini ſingularis: loco cere ſcribitur aliqñ per cegol & aliquando recipit he in fine. vt גְּשָׁה accede. m. ali as ſcribitur cum holem hoc modo. גּוֹשׁ גּוֹשִׁי ideſt accede. m. f. Et aliquando venit cum nun ſubſtantiali prima: hoc modo. נְגוֹשׁ. Infinitiuus explicatur ſic. גֶּשֶׁת. נְגוֹשׁ ideſt accedere. Subiunctiuus & gerundia ſupplentur per prepoſitiones harū quattuor litterarum. בכלמ vt ſupra in verbis perfectis. & quando littera ſubſtantialis vltima eſt aliqua ex his אהחע: littera ſubſtantialis media ſcribitur per patha atq; etiam vltima. vt eccleſiaſtes. 3. עֵת לַטַּעַת ideſt tempus plantandi.

De voce paſſiua

In preterito vocis paſſiue littera ſubſtantialis prima deficit. a qua licet verbum incipiat: non eſt ſubſtantialis: ſed ponitur ad deſignandum vocem paſſiuam prime coniugationis. & littera ſubſtantialis prima ſupletur per dagues littere ſubſtātialis medie. & explicatur hoc modo. Indicatiuo modo tempore preterito. נִגַּשׁ oblatus fuit נִגְּשָׁה oblata fuit נִגַּשְׁתָּ oblatus fuiſti נִגַּשְׁתְּ oblata fuiſti נִגַּשְׁתִּי oblatus vel oblata fui.

Plurali.

נִגְּשׁוּ oblati vel oblate fuerūt נִגַּשְׁתֶּם oblati fuiſtis נִגַּשְׁתֶּן oblate fuiſtis נִגַּשְׁנוּ oblati vel oblate fuimus. Preſens. נִגָּשׁ qui oblatus eſt נִגָּשָׁה vel נִגֶּשֶׁת que oblata eſt נִגָּשִׁים qui oblati ſunt נִגָּשׁוֹת que oblate ſunt. Et quando littera ſubſtantialis vltima eſt aliqua harum quattuor אהחע littera: ſubſtantialis media & vltima participii generis feminini ſingularis ſcribūtur per patha. vt Ezechiel. 34. וְאֶת הַנִּדַּחַת לֹא הֲשִׁבוֹתֶם. i. quod abiectum eſt non reduxiſtis. In futuro nun vocis paſſiue excluditur. & nun remanens eſt littera ſubſtantialis. & dages littere ſubſtantialis medie venit ad ſupplementum nun vocis paſſiue. hoc modo. אֶנָּגֵשׁ vel אֶגָּגֵשׁ oblatus vel oblata ero תִּנָּגֵשׁ oblatus eris. תִּנָּגְשִׁי oblata eris. יִנָּגֵשׁ oblatus erit תִּנָּגֵשׁ oblata erit.

Plurali.

נִנָּגֵשׁ vel נִגָּגֵשׁ oblati vel oblate erimus. תִּנָּגְשׁוּ oblati eritis תִּנָּגַשְׁנָה oblate eritis. יִנָּגְשׁוּ oblati erunt. תִּנָּגַשְׁנָה oblate erunt. Imperatiuus modus explicatur ſic. הִנָּגֵשׁ oblatus eſto הִנָּגְשִׁי oblata eſto הִנָּגְשׁוּ oblati eſtote. הִנָּגַשְׁנָה oblate eſtote. Infinitiuus eſt ſimilis imperatiui modi ſecunde perſone generis maſculini ſingularis numeri ad hunc modum. הִנָּגֵשׁ Applicari. Subiunctiuus modus & gerundia ſupplētur per prepoſitiones illarum quattuor litterarum de quibus in aliis coniugationibus dictū ē: cum agebatur de illarum infinitiuis. Et quia verbū hoc נָגַשׁ eſt neutrum: ideo in hac coniugatione caret participiis vocis paſſiue: quia ſupplentur per tempus preſens. Cum vero ſin ſcribitur cum ciboleth mutat ſignificationem in id quod eſt angere vel conſtringere: & tunc non eſt neutrum: & habet participia vocis paſſiue ad modum actiuorum. vt נָגוּשׁ qui cōſtrictus ē נְגוּשָׁה que cōſtricta נְגוּשִׁים qui conſtricti נְגוּשׁוֹת que conſtricte ſūt. Et notandum quod in hac coniugatione & in cōiugationibus verborum imperfectorum que ſequuntur: ſeruatur ordo & forma verborum perfectorum de quibus dictū eſt. quia ſemper incipiunt a tertia perſona generis maſculini ſingularis preteriti indicatiui modi: & habent eaſdem terminationes: quas habent verba perfecta. Secunda coniugatio non inuenitur in hoc verbo נָגַשׁ.

De tertia coniugatione.

TErtia coniugatio huius verbi נָגַשׁ eſt ī qua deficit nun littera ſubſtantialis prima: & ſuppletur per dagues littere ſubſtantialis medie. & explicatur ad hunc modum הִגִּישׁ fecit accedere. m. הִגִּישָׁה fecit accedere. f. הִגַּשְׁתָּ feciſti accedere. m. הִגַּשְׁתְּ feciſti accedere. f. הִגַּשְׁתִּי feci accedere. m. & f.

Plurali.

הִגִּישׁוּ fecerunt accedere. m. & f. הִגַּשְׁתֶּם feciſtis accedere. m. הִגַּשְׁתֶּן feciſtis accedere. f. הִגַּשְׁנוּ fecimus accedere. m. & f. In cuius preterito ſi non fuiſſet excluſa nun littera ſubſtantialis prima debuit dici הִנְגִּישׁ הִנְגִּישָׁה. deficit preterea nun prima

in tota hac coniugatione tam in voce actiua quam passiua.
Presens circumloquimur hoc modo. מַגִּישׁ qui facit accedere. מַגִּישָׁה vel מַגֶּשֶׁת que facit accedere מַגִּישִׁים qui faciunt accedere מַגִּישׁוֹת que faciunt accedere. In futuro venit littera substantialis media subiecto hiric sequenti iod ociosa ad hunc modum. אַגִּישׁ vel אַגִּישָׁה faciã accedere. תַּגִּישׁ facies accedere.m. תַּגִּישִׁי facies accedere.f. יַגִּישׁ faciet accedẽ.m. תַּגִּישׁ faciet accedere.f.

Plurali.

נַגִּישׁ vel נַגִּישָׁה faciemus accedere.m.&.f. תַּגִּישׁוּ facietis accedere.f. יַגִּישׁוּ facient accedere.m. תַּגֵּשְׁנָה facient accedere .f.
Et in omnibus personis supradictis: littere substantiali medie potest subiici cere & sequens iod excludi. sic אַגֵּשׁ תַּגֵּשׁ Imperatiuus explicatur ad hunc modum. הַגֵּשׁ fac accedere.m. הַגִּישִׁי fac accedere.f. הַגִּישׁוּ facite accedere.m. הַגֵּשְׁנָה facite accedere.f.
Et aliquando imperatiuus secunde persone numeri singularis generis masculini accipit hiric in littera substantiali media vt Gen̄.27. הַגִּישָׁה לִי וְאֹכְלָה ideſt accede ad me & comedam. Infinitiuus explicatur hoc modo. הַגֵּשׁ. l'. הַגִּישׁ facere accedere.

De voce passiua.

In voce passiua huius coniugationis deficit nun littera substãtialis prima: & est similis verbis perfectis vocis passiue tertie cõiugationis: que est הָפְקַד. hoc modo. Indicatiuo modo tempore preterito הֻגַּשׁ oblatus fuit הֻגְּשָׁה oblata fuit. הֻגַּשְׁתָּ oblata fuisti הֻגַּשְׁתְּ oblata fuisti הֻגַּשְׁתִּי oblatus vel oblata fui. Et alie persone ad eundem modum. Presens explicatur isto modo. הֻגָּשׁ qui oblatus est הֻגָּשָׁה que oblata est הֻגָּשִׁים qui oblati sunt הֻגָּשׁוֹת que oblate sunt. Futurum explicatur hoc modo. אֻגַּשׁ oblatus ero.m.&.f. תֻּגַּשׁ oblatus eris תֻּגְּשִׁי oblata eris יֻגַּשׁ oblatus erit תֻּגַּשׁ oblata erit. Imperatiuus deficit. & infinitiuus huius coniugationis explicatur sic. הֻגַּשׁ Applicari.
Partícipia vocis passiue sunt. מוּגָּשׁ oblatus מוּגָּשָׁה vel מוּגֶּשֶׁת oblata מוּגָּשִׁים oblati מוּגָּשׁוֹת oblate.

Vuarte coniugationis vox actiua non reperitur in hoc verbo nisi tantum passiua: que potest formari ad proportionem vocis passiue verborum perfectorum quarte coniugationis. Sunt etiam quedam verba incipientia a littera nun & desinentia in aleph sicut נָשָׂא ideſt portauit: que possunt declinari ad proportionem superius dicti verbi נָגַשׁ. preterquam quod aleph non profertur. sic. נָשָׂא נָשָׂאתָ נָשָׂאתִי. i. portauit. portauisti portaui: & pari modo in aliis modis. temporibus. numeris. personis & generibus. Et quemadmodum in predicto verbo excluditur nun in processu coniugationis: ita & in hoc verbo. לָקַח ideſt accepit excluditur lámed: quod solum vt diximus reperitur defectiuum in verbis incipientibus a littera lámed. & in preterito & in presenti habet omnes suas litteras quasi verbum perfectum: ad cuius proportionem declinatur in preterito & in presenti prime coniugationis. & aliquando in preterito reperitur sine lámed: & coph venit cũ camez. vt Ezechielis. 17 לָקַח עַל מַיִם רַבִּים ideſt accepit sup aquas multas. pro quo nos habemus. vt firmaret radicem sup aquas multas. In futuro āmittit hoc verbum lámed litteram substantialem primam: que suppletur per dagues impositum littere coph. & potest formari ad proportionem futuri prime cõiugationis huius verbi נָגַשׁ in hunc modum אֶקַּח vel אֶקְּחָה accipiam.m.&.f. תִּקַּח accipies.m. תִּקְּחִי accipies.f. יִקַּח accipiet.m. תִּקַּח accipiet.f. Et quando littera substantialis media scribitur cum seba tunc venit sine dagues. hoc modo תִּקְּחוּ יִקְּחוּ. i. accipietis. accipient. quod fit vt prolatio sit facilior in hoc verbo quod in sacris litteris frequentatur. Imperatiuus duob? modis reperitur. primo quando habet lámed litteram substantialem primam. hoc modo. לְקַח accipe. m. לְקְחִי accipe. f. לְקְחוּ accipite. m. לְקַחְנָה accipite. f. Secundo modo quando scribitur sine lámed in hunc modum. קַח accipe. m. קְחִי accipe. f. קְחוּ accipite. m. קַחְנָה accipite. f. Secunda persona masculini singularis imperatiui scribitur per patha. & hanc differẽtiam hebrei ponunt inter imperatiuum & preteritum sine lamed de quo superius dictum est. Inuenitur quoq; hic modus cũ camez quando venit in fine clausule. vt. 1. Reg. 21. אִם אֹתָהּ תִּקָּח לְךָ ideſt si istum vis tollere tolle. Infinitiuus explicatur ad hunc modum. לָקַחַת. l'. לָקוֹחַ Accipere. De voce passiua.
Vocis passiue preteritum aliquando venit sine lamed substantiali prima. sic נָקַח נָקַחְתָּ ideſt fuit l' fuisti acceptus: & nonnunquam cum lamed substantiali. vt Ezechiel. 33. הוּא בַּעֲוֹנוֹ נִלְכַּד ideſt propter peccatum suum captus est. & .1. Regum. 4. וַאֲרוֹן הָאֱלֹהִים נִלְכָּדָה ideſt arca dei capta est. Presens. & futurum. & imperatiuus modus huius verbi possunt formari p vocem passiuam prime coniugationis. Et hoc verbum לָכַד non reperitur in voce actiua secunde neq; tertie neq; quarte coniugationis: sed reperitur in vocibus passiuis. vt Esaie. 52. כִּי לֻקַּח עַמִּי ideſt quia captus est populus meus. quod verbum est temporis preteriti vocis passiue secunde coniugationis. & Gen̄. 18. יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם ideſt accipiatur nunc paululum aque: quod verbũ est futuri tertie coniugationis. & Exo. 19. וְאֵשׁ מִתְלַכַּחַת ideſt ignis & grando pariter ferebantur. quod est participium generis feminini singularis vocis passiue quarte coniugationis. & quia heth est littera gutturalis: littera substantialis media & vltima scribuntur per patha. Et dicunt hebrei quod propterea quod hoc verbum לָכַד inuenitur in voce passiua: potest etiam ex eo per proportionem fingi actiua: quod etiam in aliis verbis potest fieri.

De verbis a iod incipientibus.

Erba a littera iod incipientia: plerumq; amittunt illã. aut iod vertitur in vau tam in voce actiua quam passiua: ponimusq; exempli causa hoc verbum יָדַע ideſt scivit vel cognouit: quod verbũ in preterito indicatiui actiue vocis prime coniugationis & in presenti: retinet tres litteras substantiales & formatur ex proportione aliorum verborum perfectorum in eisdem temporib?. Sed in futuro huiusmodi & in imperatiuo plerumq; deficit iod littera substantialis prima: littere vero que adduntur: veniunt cum cere hoc modo. אֵדַע vel אֶדְעֶה sciam.m.&.f. תֵּדַע scies.m. תֵּדְעִי scies.f. יֵדַע sciet.m. תֵּדַע sciet.f.

Plurali.

